This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH 3W7L W

Harvard Depository
Brittle Book

יהוה

INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX.
169.
JOH. XVII.
17.
ὁ λογος
ὁσος
αληθεια
εστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

1802, Victoria.

BIBLIOTHECA

PATRUM GRAECORUM DOGMATICA.

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM EDENDAM

CURAVIT

IOANNES CAROLUS THILO,

PHILOS. ET THEOL. DOCTOR HUIUSQUE IN ACADEMIA HALENSI PROFESSOR PUBL. ORDINAR.

Vol. II.

S. BASILII CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI

ET

S. GREGORII THEOLOGI

OPERA DOGMATICA SELECTA.

LIPSIAE,

T. O. WEIGEL.

MDCCCLIV.

SANCTI BASILII
CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI

ET

SANCTI GREGORII THEOLOGI
VULGO NAZIANZENI
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

OPERA DOGMATICA SELECTA.

EX RECENSIONE
MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI
E CONGREGATIONE S. MAURI
CUM EORUNDUM INTERPRETATIONE ET ANIMADVERSIONIBUS.

ACCEDIT
APPENDIX
EUNOMII APOLOGETICUM ET CONFESSIONEM
ET
AMPHILOCHII EPISTOLAM SYNODALEM
CONTINENS.

EDENDA CURAVIT
IOANNES DAVIDES HENRICUS GOLDHORN,
PHILOS. ET THEOL. DOCTOR ET BIBLIOTHECAE PAULLINAE LIPSIENSIS BIBLIOTHECARIUS.

LIPSIAE,
T. O. WEIGEL.
MDCCCLIV.

603.5
B50,2
1857
Cop. 2

PRAEFATIO.

Pauca admodum sunt quae alteri huic Bibliothecae nostrae volumini praemittenda esse videntur. Consilium enim et ratio ac principia totius libri ex iis satis constant, quae b. THILO ipse primo volumini praefatus est vel quae in epilogo illius praefationi a me subiecto dicta sunt; de rebus vero atque doctrina auctorum, quorum libri hic denuo prodeunt, et de horum librorum natura ac momento disputare, ut nuper professus sum, meum esse non arbitror, praesertim quum ea, quae scitu necessaria videantur, ab editoribus Benedictinis ipsis et caeteris plerumque haud inepte exposita sint.

Hoc volumine continentur

I. Basilii Magni *libri adversus Eunomium* tres priores, quartum enim et quintum b. THILO ut suppositicios in hanc collectionem recipi vetuit, et liber *de Spiritu sancto,* omnes ex editione Iuliani Garnerii a Prudentio Marano absoluta (III Tomi. Paris. 1721 — 1730.) accurate expressi, adhibita simul editione Parisina altera, clarissimi Ludovici de Sinner ut fertur studio a. 1839. tribus Tomis in sex Partes divisis publici iuris facta. Marani additamenta et corrigenda, quae in utraque editione Tomo III. in Appendice adhaerent, suis locis inserta sunt, sicut etiam ea, quae in editione altera Parisina accesserunt. Praeterea in margine librorum adversus Eunomium iis locis, qui ex Eunomii Apologetico afferuntur, numeri paginarum Fabricianarum appositi sunt, ita ut e comparatione cum Apologetico ipso, qui infra adiectus est, cuiusvis loci genuinus contextus et nexus facili negotio inveniri possit.

II. Gregorii Nazianzeni *Oratio XX.,* cui de dogmate et constitutione episcoporum antiquitus inscriptum est, *Orationes theologicae V.* sive *Oratio XXVII — XXXI., Epistolae II. ad Cledonium* et *Epistola ad Nectarium,* omnia exscripta ex editione splendidissima Parisina, cuius Tomus I. (opera Caroli Clemencet) primum a.

1778. et altera vice cum II°. accurante A.. B.. Caillau a. 1840. prodiit.

III. Appendix, in qua adiiciuntur aliquot opuscula, quibus antecedentia et suppleri et illustrari possint:

1. Eunomii duo opuscula, et primum quidem *Liber apologeticus* e Ioannis Alberti Fabricii *Bibliotheca Graeca* repetitus. Emendationes, quas editio Parisina II. e codicis optimi collatione attulit, adoptatae, numeri paginarum Fabricianarum margini adscripti, et ei Basilii loci, qui Apologetici verba referunt, secundum nostrae editionis paginas subiecti sunt.

Alterum Eunomii scriptum est *Confessio fidei*, descripta e Christiani Georgii Rettberg Marcellianis (Gottingae, 1794.) p. 147—170., cum eius adnotationibus maximam partem integris. Versio latina e Valesii adnotatione ad Socratis *Hist. Eccl.* Lib. V. cap. 10. repetita est; numeri margini adscripti ad libellum Rettbergii spectant.

2. Amphilochii Iconiensis *Epistola synodalis*, a Ioanne Baptista Cotelerio in *Ecclesiae Graecae Monumentis* Tom. II. p. 99—102. primum edita, quam b. Thilo (Praef. ad Vol. I. p. 24.), si voluminis mensura permitteret, Basilii libro de Spiritu sancto subiectum iri promiserat, haud alia de causa, ut puto, quam ut exemplum etiam simplicioris et practicae de eodem argumento doctrinae exstaret. Adnotationes a Cotelerio p. 560 sq. additae quum nihil plane ad rem faciant, absque ullo detrimento omitti posse videbantur.

Scripsi Lipsiae Nonis Decembribus MDCCCLIII.

CONTENTA.

S. Basilii Magni Libri adversus Eunomium . . . . . p. 2
Liber de Spiritu sancto . . . . . p. 182
S. Gregorii Theologi Oratio de dogmate et constitutione Episcoporum . . . . . p. 346
Orationes theologicae . . . . . p. 366
Epistolae ad Cledonium . . . . p. 538
Epistola ad Nectarium . . . . p. 568
Eunomii Apologeticus . . . . . p. 578
Confessio fidei . . . . . p. 616
Amphilochii Epistola synodalis . . . . . p. 630
Indices . . . . . p. 637
Corrigenda et Addenda . . . . . p. 735

S. BASILII MAGNI

OPERA DOGMATICA

SELECTA.

S. BASILII MAGNI

LIBRI

ADVERSUS EUNOMIUM.

MONITUM.

T. I. p. 205. 1. *Basilii in Eunomium libros antiquitus celeberrimos fuisse, nemini, qui paulum modo versatus sit in hoc literarum genere, ignotum est. Passim enim laudantur, passim commendantur apud antiquos. Horum meminit Hieronymus*[1]*, Amphilochius*[2]*, Theodoretus*[3]*, Concilium Chalcedonense*[4]*, Leontius Bysantinus*[5]*, Imperator Iustinianus*[6]*, Ephraemus Antiochensis*[7]*, et alii multi, quos longum esset recensere omnes. Imo eorundem mentionem fecisse videtur Basilius ipse. Cum enim rescivisset suspectum se haberi quorundam errorum ab Athanasio Ancyrano vel potius se ab eo aperte argui, suspicionem immeritam ne dicam falsissimam criminationem longe ab se removet his verbis: οὐ γὰρ δὴ τοῖς γεγραμμένοις ὑφ' ἡμῶν πρὸς τοὺς ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν τολμήσαντας εἰπεῖν τὸν υἱὸν καὶ θεὸν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ ἢ πρὸς τοὺς κτίσμα καὶ ποίημα εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσαντας ταύτην ἂν ἐπενεγκεῖν τὴν λοιδορίαν ἠνέσχου ὁ τοὺς μεγάλους ἄθλους ἐκείνους καὶ περιβοήτους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδο-*

1) V. ill. c. 116.
2) Amphil. Method. et Andr. Cret. Opp. ed. Combef. p. 18.
3) Dial. 2. p. 97.
4) Conc. Tom. IV. p. 828. Mansi Conc. Coll. T. VII. p. 468.
5) Contra Nest. et Eut. l. I. (Gallandi Bibl. vett. Patr. T. XII. p. 669.)
6) Conc. Tom. V. p. 697. Mansi Conc. Coll. T. IX. p. 552 sq.
7) Photii Bibl. cod. 229. ed. Roth. p. 820. 825. 828.

ξίας διενεγκεῖν[1]). Non enim ob ea, quae a nobis scripta sunt adversus eos, qui Filium et Deum Deo et Patri secundum substantiam inaequalem dicere ausi sunt, aut adversus eos, qui Spiritum sanctum creaturam et opificium esse blasphemo ore docuerunt, calumniam istam inferre voluisses, tu qui magna illa ac celebria certamina pro recta fide pertulisti. *Quibus verbis, ut mihi quidem videtur, Basilius eos quos adversus Eunomium scripserat libros tam clare designat, ut ipsos tantum non nominare videatur.* T. I. p. 205.

2. *Causam autem, cur libros illos composuerit Basilius, cum nemo melius noverit quam ipse, eum ea de re loquentem audire praestat. Verba igitur illius haec sunt num.* 2: Sed iam, *inquit*, ad arguendum accedam, ex ipsa inscriptione sumens exordium. Primus enim omnium dolus hic ille ei excogitatus est dicendi modus, ut in speciem apologiae ac defensionis doctrinam suam composuerit, ne velut aggressor videatur dogmata impia exponere, sed coactus ad hos sermones devenisse. Cupiebat quidem omni modo pravum illud ac impium dogma promulgare et quam olim conceperat ac pepererat blasphemiam proferre in medium; sed videbat fore, ut si aperte doctoris locum arriperet, praeterquam quod id grave admodum esset ac molestum audientibus, praeterea se etiam fide indignum ac suspectum apud plerosque redderet, qui videlicet gloriae cupiditate aggressus esset innovare. Sin autem simulata apologia verba faceret, et innovationis se suspicionem evasurum putabat, et hoc pacto auditores magis allecturum, cum soleant homines omnes suapte natura lacessitis favere. *Plura qui volet, numerum secundum, quo Basilius malam Eunomii artem fuse exagitat, legere poterit.*

3. *De tempore autem, quo illi libri conscripti sint a Basilio, nihil aliud dicere habemus, nisi quod confectos esse eos ab ipso constet ante episcopatum, si modo Photio credere velimus. Refert enim olympiades multas insumsisse Eunomium in iis confutandis, illamque suam responsionem statim post Basilii mortem promulgasse*[2]). *Haec autem nequaquam fieri potuissent, nisi opus suum Basilius in lucem edidisset ante episcopatum, quem multis olympiadibus breviorem fuisse omnes confitentur. Accedit etiam, quod Basilius, ut ex initio libri primi patet, nihildum scripserat adversus haereticos tum, cum Eunomianae haeresi profligandae operam navavit. Quod argumento est, eum, cum esset iunior, hoc operis suscepisse. Quamquam autem, ut ipse ait, in hoc scribendi genere inexercitatus erat, eo tamen successu rem gessit, ut, nisi inexercitatum se monuisset, exercitatissimum eum*

1) Epist. olim 53 (XXV, 2 extr. ed. Garn.).
2) Cod. 138 in.

T. I. p. 205. *in debellandis haereticis atque paratissimum fuisse dicas. Nihil enim opere Basilii solidius, nihil absolutius, nihil magis idoneum ad divinitatem Verbi et Spiritus sancti, quam Eunomius impugnabat, comprobandam. Ipsa Eunomii verba, quo magis eius errores innotescerent. referenda esse censait Pater gravissimus, atque hoc pacto eius audacia temeritasque ita repressa est, ut responsionem suam, quoad Basilius vixit, publicare ausus non sit. Sed statim atque mortuus est vir sanctissimus, impius ille quos diu praeparaverat libros in lucem edendos curavit. Sperabat, nisi valde fallor, non repertum iri qui mortui defensionem susciperet, sed sua eum spes fefellit. Nam praeter Gregorium Nyssenum, cuius etiamnum exstant libri, Theodorus Mopsuestenus*[1] *atque Sophronius*[2] *Basilii aut ut melius dicam Verbi ipsius et Spiritus sancti causam egisse memorantur.*

T. I. p. 206. 4. *Traditum quidem est ab antiquis, aliquot in Eunomium libros a Basilio conscriptos fuisse, sed quot composuerit, tres an quinque, ex eisdem certo cognosci non potest. Quod si librorum γνησιότης aut νοθεία ex multitudine aut ex paucitate testium penderet, controversiae omni finem imponere facillimum esset. Cum enim non amplius tres aut quatuor numerari vulgo soleant, qui duos libros posteriores pro falsis habuerint, contra innumeros celeberrimos viros eosdemque doctissimos reperias, qui duos posteriores libros perinde ut tres priores Basilio Magno adscribant. Nam ut interim de antiquioribus scriptoribus taceam, Bellarminus*[3]*, Fronto Ducaeus*[4]*, Franciscus Combefisius, Tillemontius*[5]*, Elias Dupinus*[6] *et alii permulti Basilium horum quinque in Eunomium librorum auctorem faciunt. Et quod maius est, illi quinque libri in Concilio Florentino ut a Latinis ita a Graecis Basilii nomine pariter citantur*[7]*. Quoniam tamen eiusmodi quaestiones ex tutioribus principiis diiudicari debent, res semper in controversia versabitur, donec aliquid certius ad omnem dubitationem tollendam afferatur. Hic esset ea de re loquendi satis idoneus locus, sed tamen hoc argumentum ut decet tractare cum longioris sit operae, id commodius multo in Praefatione facturos nos credidimus. Neque tamen opinor videbitur alienum, praecipuas duas causas, cur posteriores duo libri suspecti sint, hoc loco in medium proferre. Prima igitur haec est, quod scriptionis genus tam aperte*

1) Photii Bibl. cod. 4.
2) ib. cod. 5.
3) de scriptor. eccles.
4) Notae in libros adv. Eun. (Basil. ed. Garn. T. I. p. 697).
5) Mémoires etc. T. IX. Partie 3. Note 87.
6) Nouv. biblioth. etc. T. II. p. 184 sqq.
7) Conc. Tom. XIII. p. 246 sqq. 279 al.

diversum sit, ut de hoc inter utriusque opinionis patronos plane con- T. I. p. 206.
veniat, altera, quod posteriores duos libros in veteri editione Veneta et in aliquibus mss. deesse constet. De his, ut dixi, uberius in Praefatione disputabitur[1]).

5. *Hactenus de Basilii libris; nunc pauca de opere Eunomii. Contigit autem non immerito, ut luce indignus libellus diu in tenebris latuerit; sed tandem inopinato emersit. Nam vir eruditissimus Ioannes Albertus Fabricius cum eiusmodi opusculum ad quosdam Basilii locos explanandos utile fore iudicasset, id edendum duobus abhinc annis curavit*[2]). *Nos igitur, viri doctissimi exemplo, hoc idem in Appendice rursus typis mandare statuimus, ne, si secus faciamus, aliquid in nostra editione deesse videatur.*

1) Tom. I. p. LXIII—LXXIV.
2) Biblioth. Graeca Tom. VIII. p. 262 sqq. ed. vet.

[a]ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΑΝΑΤΡΕΠΤΙΚΟΣ

τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου.

ΛΟΓΟΣ Α΄.

T. I. p. 207. *Εἰ μὲν ἐβούλοντο πάντες, ἐφ᾽ οὓς τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπικέκληται, μηδὲν τῇ ἀληθείᾳ τοῦ εὐαγγελίου παρεγχειρεῖν, τῇ δὲ παραδόσει τῶν ἀποστόλων καὶ τῇ ἁπλότητι τῆς πίστεως ἐξαρκεῖσθαι, οὐδὲν ἂν ἡμῖν ἔδει λόγων ἐν τῷ παρόντι, ἀλλὰ καὶ νῦν ἂν πάντως ἦν ἐξ ἀρχῆς ἐτιμήσαμεν σιωπὴν ἡσπασάμεθα· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας [b]προσθήκαις ἀεὶ τὸ κακὸν πλεονάζων πρὸς οἷς ἐξ ἀρχῆς ἐπέσπειρε ζιζανίοις τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ καὶ νῦν εὑρὼν ὄργανα πᾶσαν ἀθρόως αὐτοῦ τὴν τέχνην ὑποδεχόμενα ἐν προσχήματι Χριστιανισμοῦ τὴν ἄρνησιν τῆς Θεότητος τοῦ μονογενοῦς παρεισάγει, τῇ ἔξωθεν ταύτῃ καὶ ματαίᾳ σοφίᾳ τὸ καθαρὸν καὶ ἁπλοῦν τῆς διδασκαλίας [c]τοῦ Θείου πνεύματος συνταράσσων καὶ ἐν πιθανολογίᾳ τοὺς ἀκεραιοτέρους παρακρουόμενος, ἀναγκαίως καὶ ἡμεῖς διά τε τὴν ὑμετέραν τῶν ἐπιταξάντων ἀγάπην καὶ διὰ τὸ [d]ἡμῶν αὐτῶν ἀσφαλὲς ἐν τούτῳ τῆς ἀσθενείας ὑπεριδόντες, καίτοι παντελῶς ἀγύμναστοι τοῦ τοιούτου*

a. Tot sunt fere tituli, quot codices. Vir doctissimus Combefisius sibi legere visus est in antiquo suo codice *τοῦ ἁγίου ... ἀντιῤῥητικὸς τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου, Confutatio Apologetici impii Eunomii.* Sed bona illius venia dicam in eo libro non legi *ἀντιῤῥητικός*, sed *ἀνατρεπτικός, Anatrepticus Apologetici impii Eunomii.* Nec aliter habent editio Ven. et Regii quartus et quintus, in quibus sic legitur: *ἀνατρεπτικὸς τοῦ ἀπολογητικοῦ Εὐνομίου.* Hic et illud notandum, legi in Reg. quinto ante titulum: *τοῦ βροντοφώνου καὶ σοφοῦ Βασιλείου, Basilii tonantis ac sapientis.* Reg. primus simpliciter *κατ᾽ Εὐνομίου, in Eunomium.* Reg. secundus *κατ᾽ Εὐνομίου, ἀντιῤῥητικός, contra Eunomium, confutatio.* Denique codex Colb. *τοῦ ἁγίου Βασιλείου τῶν πρὸς Εὐνόμιον ἀντιῤ-*

SANCTI PATRIS NOSTRI

BASILII

CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI

LIBRI

quibus impii Eunomii apologeticus evertitur.

LIBER PRIMUS.

1. Si omnes, super quos nomen Dei ac Salvatoris nostri Iesu Christi invocatum est, nihil voluissent tentare et aggredi praeter evangelii veritatem, sed traditione apostolorum fideique simplicitate contenti esse, nihil nunc opus nobis esset oratione, sed quam ab initio coluimus taciturnitatem etiamnum omnino amplecteremur. At enim cum veritatis inimicus praeter ea quae a principio in ecclesia Dei conserit zizania additamentis semper malum augeat, nuncque instrumenta omnem simul eius artem suscipientia nactus per Christianismi simulationem negationem deitatis Unigeniti introducat, externa illa ac vana sapientia puritatem ac simplicitatem doctrinae divini Spiritus conturbans ac verbis persuasibilibus simpliciores seducens; necessario et nos tum propter vestrum qui imperastis amorem tum propter nostram ipsorum securitatem nostram interim imbecillitatem non curantes, quamquam in hoc dicendi genere inexercitati sumus, tamen pro tra- T. I. p. 207.

ῥητικῶν λόγ. α', *Liber primus antirrheticorum sancti Basilii contra Eunomium.* [Ed. Paris. II.: Ad manus nobis fuit cod. Regius nunc 503., temporibus Garnier. 2286., quem Regium secundum nuncupat, et editio Basileensis anni 1551.]

b. Editio Paris. et mss. non pauci ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας διάβολος, *veritatis inimicus diabolus*; sed vox διάβολος non invenitur neque in Colb. neque in Reg. quinto neque in editione Ven. Unde suspicor vocem διάβολος primum ab aliquo librario appositam fuisse in ora sui libri, ut indicaret verbis ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας hoc loco diabolum significari. Cum autem non raro contingat, ut lectio aliqua e margine in textum irrepat, id hic contigisse puto, ob idque eam vocem expunxi.

c. Codex Colb. τοῦ ἁγίου πνεύματος.

d. Antiqui duo libri ἡμῶν αὐτῶν. Vox posterior in editis desideratur.

T. I. p. 207. εἴδους τῶν λόγων ὄντες; κατὰ τὸ [a]ἐπιχορηγηθὲν ἡμῖν παρὰ τοῦ κυρίου τῆς γνώσεως μέτρον τῇ τε ἀληθείᾳ συνίστασθαι καὶ ἀπελέγχειν τὸ ψεῦδος ὑποδεξάμεθα, ἡγούμενοι τριῶν ἀγαθῶν ἑνός γε πάντως μὴ ἁμαρτήσεσθαι, ἢ γὰρ τοῖς ἤδη προειλημμένοις ἀλεξη-
T. I. p. 208. τήριον τοῦ κακοῦ τὸν ἔλεγχον δώσειν, ἢ φυλακὴν μετρίαν παρέξειν τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἢ πάντως γε αὐτοὶ τῶν ἐπὶ τῷ [b]προελέσθαι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τὰ βέλτιστα μισθῶν ἐπιτεύξεσθαι. ἔστι δὲ ὁ μὲν πρῶτος εἰπεῖν φανερῶς καὶ διδάξαι τολμήσας ἀνόμοιον εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν τὸν μονογενῆ υἱὸν τῷ θεῷ καὶ πατρί, ὅσα γε ἡμεῖς ἴσμεν, [c]Ἀέτιος ὁ Σύρος, ὃν οὐκ ἐρῶ [c]ποδαποῖς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐντετραμμένος ἐπιτηδεύμασι ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ προϊὼν εἰσεφθάρη, ἵνα μὴ δόξω λοιδορεῖν τῶν ἐλέγχων ἀφέμενος· ὁ δὲ ἐκδεξάμενος τὴν ἀσέβειαν καὶ τελειώσας αὐτὴν Εὐνόμιος οὗτος ὁ [d]Γαλάτης, ὃς ἐκ τῶν αἰσχίστων ἑαυτῷ τὴν περιφάνειαν κτώμενος (ἡ γὰρ δόξα, φησίν, ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν[1])) τὴν ἐκ τοῦ γράψαι ἃ μηδεὶς ἄλλος τετόλμηκε πώποτε φιλοτιμίαν τῶν ἀποκειμένων τοῖς εὐσεβέσιν ἀγαθῶν προτιμήσας [a]ὑπ' ὀδόντα τέως λαλουμένην τὴν βλασφημίαν ἐπήρθη δημοσιεῦσαι τῷ λαμπρῷ τούτῳ συντάγματι, ἀρχηγὸς καὶ πρωτοστάτης ὅλης αἱρέσεως ἀναρρηθῆναι φιλοτιμούμενος· ὅπερ οὖν καὶ εὐθύνειν πρόκειται ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι. ἑνὸς δὲ κακοῦ ἐν ἀμφοτέροις ὑπάρχοντος ὅλον ὡς ἐν τῷ μαθητῇ τῷ κατηρτισμένῳ καὶ ὁ διδάσκαλος συναπελεγχθήσεται ὁ τὰ σπέρματα τῆς ἀσεβείας [e]καταβαλόμενος· εἴπερ δὴ ὑπάρξειεν ἡμῖν διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν τοσαύτην λαβεῖν τοῦ λόγου δύναμιν, ὥστε κατὰ τὸν ζηλωτὴν Φινεὲς τῇ μιᾷ πληγῇ τοῦ ἐλέγχου ἀμφοτέρων ὁμοῦ καθικέσθαι τῶν κατὰ τὴν ἀσέβειαν συμπεπλεγμένων ἀλλήλοις[2]). πολλὰ τοίνυν ἔχων αὐτὸν ἐν τούτῳ δεικνύναι τῷ λόγῳ ψεύστην, ἀμαθῆ, ὑβριστήν, εἴρωνα, βλάσφημον, τῶν μὲν ἄλλων τὴν μνήμην ἐν παρέργῳ θήσομαι, τὴν δὲ βλασφημίαν, ἣν εἰς τὸ ὕψος τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς ἐλάλησε, τῶν ἐκ τῆς τέχνης προκαλυμμάτων ἀπογυμνώσας ἐμφανῆ πᾶσι καταστῆσαι πειράσομαι.

1) Phil. 3, 19. 2) Num. 25, 8.

a. Colb. et Reg. quintus *κατὰ τὸ ἐπιμετρηθέν*, eodem sensu, *pro admenso nobis scientiae modo*.

b. Colb. *ἐν τῷ προελέσθαι*.

c. Editi cum aliquibus mss. *ποταποῖς*. Alii mss. numero plures *ποδαποῖς*.

d. Illud *ὁ Γαλάτης* deest in Reg. tertio. Nec cuiquam mirum videri debet, si vox *Γαλάτης* in hoc Reg. libro non legatur, cum Gregorius Nyssenus moneat, eam vocem in aliquibus mss. statim post mortem Basilii inventam non fuisse. Nam conquerenti Eunomio, vocatum se esse a Basilio Galatam, cum esset Cappadox, respondit Gregorius hoc in suis codicibus non reperiri. Ubi notandum, Gregorium rem non negasse, sed simpliciter dixisse, id in suis deesse exemplaribus. Imo, ut mox patebit, Gregorius ipse Basilium excusavit, tanquam si Eunomium Galatam vocasset. Quare Basilius non iniuria credi potest in errorem geographicum incidisse,

dita nobis a Domino scientiae mensura et veritati patrocinari et mendacium confutare recepimus, rati e tribus bonis unum saltem omnino consequuturos nos, nimirum aut iis, qui iam praeoccupati sunt, confutationem hanc velut morbi remedium daturos, aut sanis oblaturos tutamen qualecunque, aut certe nos ipsos, qui nostris fratribus optime consuluerimus, mercedem adepturos. Qui autem primus dicere aperte ac docere ausus est, dissimilem esse substantia unigenitum Filium Deo et Patri, quantum certe nos novimus, Aëtius ille est Syrus, de quo non dicam quibus ab initio innutritus artibus sese perniciose in Dei ecclesias intruserit, ut ne omissa confutatione conviciari videar. At in impietate qui successit eamque perfecit, Eunomius hic est Galata, qui sibi ipse ex rebus turpissimis claritudinem comparans (*Gloria enim*, inquit, *in confusione ipsorum*), cum reposita piis bona postposuisset honori ei, quem se sperabat acquisiturum, si scriberet quae nullus unquam alius ausus fuisset, sic animo elatus est, ut blasphemiam hactenus sub dentibus deblateratam hoc suo splendido opere evulgarit; quippe haeresis totius auctor atque architectus praedicari ambibat. Quem sane etiam redarguere in praesenti propositum nobis est. Cum autem eadem in utrisque improbitas sit, palam est in perfecto discipulo magistrum quoque, qui semina impietatis iecit, refutatum iri; si modo nobis vestris precibus datum fuerit vim dicendi tantam accipere, ut exemplo aemulatoris illius Phinees utrosque inter se impietate coniunctos uno redargutionis ictu simul configamus. Etsi igitur multa suppetunt mihi, quibus ostendere possim eum fuisse in eo libro mendacem, imperitum, conviciatorem, cavillatorem, blasphemum; caetera quidem obiter commemorabo, blasphemiam vero, quam in sublimitatem gloriae Unigeniti loquutus est, artis involucris detectis manifestam omnibus facere conabor.

T.I. p. 207.

T.I. p. 208.

praesertim cum editi et codices omnes, si excipiatur Reg. tertius, magno inter se consensu vocem Γαλάτης exhibeant. Puto igitur Basilium scripsisse Γαλάτης, sed id nomen deletum fuisse ab aliquo, qui aegre ferret mendam vel minimam in illius libris inveniri, quique fortasse arbitraretur se Gregorio rem gratam facturum, si hanc maculam e fratris carissimi scriptis tolleret. Sed quam levis sit et pusillus error ille, ostendit fratrum optimus Gregorius lib. I. in Eunom. [Opp. ed. Paris. 1638. T. II.] p. 307.: *Mirum vero*, inquit, *si eum, qui in confiniis duarum regionum habitabat in obscuro quodam Corniaspinae angulo, non Oltiserium, sed Galatam nominavit, si tamen nominasse ostendi potest. Non enim hoc reperi in nostris codicibus; sed esto, dixerit hoc Basilius.* Aëtius ille Syrus, cuius aliquanto ante mentio facta est, ex impietate cognomen Athei accepit. De eo copiosissime loquuntur tum alii multi tum Gregorius Nyssenus lib. I. contra Eunom. p. 292 sq.

e. ὑπ' ὀδόντα, *blasphemiam sub dente prolatam*, hoc est *blasphemiam clanculum disseminatam*. Mox editi προστάτης. At Reg. tertius, cui prima manu consentit Colbertinus, πρωτοστάτης.

f. Antiqui duo libri καταβαλόμενος. Editi καταβαλλόμενος.

T. I. p. 208. Ἤδη δὲ βαδιοῦμαι πρὸς τοὺς ἐλέγχους, ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπιγραφῆς τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῷ πάντων κακούργημα τὸ σχῆμα τοῦτο τῶν λόγων ἐπικενόηται ἐν ἀπολογίας εἴδει τὴν διδασκαλίαν [a]συνθέντι, ἵνα μὴ δόξῃ προηγουμένως ποιεῖσθαι τῶν δογμάτων τῆς ἀσεβείας τὴν ἔκθεσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τοὺς λόγους τούτους ἐληλυθέναι. ἐβούλετο μὲν γὰρ ἐκ παντὸς τρόπου τὸ πονηρὸν τοῦτο καὶ ἄθεον περιαγγεῖλαι κήρυγμα, καὶ εἰς μέσον ἐνεγκεῖν ἣν πάλαι συνέλαβε καὶ [b]ὠδινε βλασφημίαν· ἑώρα δὲ ὅτι τὰ μὲν ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐν διδασκάλου τάξει προκαθεσθῆναι πρὸς τῷ λίαν φορτικῷ καὶ προσάντει τοῖς ἀκούουσιν ἔτι καὶ ἀπίθανον ἑαυτὸν καὶ ὕποπτον τοῖς πολλοῖς καταστήσει ὡς
T. I. p. 209. δόξης ἐπιθυμίᾳ ἐπὶ τὸ νεωτερίζειν ἐληλυθότα, εἰ δὲ ἐν ἀπολογίας πλάσματι τοὺς λόγους ποιοῖτο, [c]τῆς τε καινοτομίας τὸ ὕποπτον διαφεύξεσθαι καὶ μᾶλλόν τι τούτῳ προσάξεσθαι τοὺς ἀκούοντας, φύσει πάντων ἀνθρώπων ταῖς εὐνοίαις εἰωθότων τοῖς ἐλαττουμένοις προστίθεσθαι. διὰ τοῦτο κατηγόρους αἰτιᾶται καὶ συκοφάντας κἀκείνοις τοῦ λόγου τὴν αἰτίαν προσάπτει. ὥστε δὲ πᾶσιν αὐτοῦ γενέσθαι τὴν τέχνην καταφανῆ, οὐδὲν χεῖρον αὐτῆς ἀκοῦσαι τοῦ προοιμίου τῆς λέξεως. ἔχει δὲ οὕτως·

Fabr. p. 262. [d]ΕΥΝ. Τὸ μὲν οὖν συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τινὰς ἐξ ἀκολάστου γλώττης καὶ γνώμης ἀγνώμονος [e]μοχθηρῶν καὶ φιλαπεχθημόνων ἔργον εἰδότες, τὸ δὲ τοὺς ἐκ διαβολῆς εἶναι δόξαντας πονηροὺς πάσῃ προθυμίᾳ πειρᾶσθαι τὸ ψεῦδος τοῖς ἐλέγχοις ἀποτρέπειν ἀνδρῶν σωφρόνων καὶ μετὰ τῆς ἰδίας εὐβουλίας τὴν τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν περὶ πολλοῦ ποιουμένων.

ΒΑΣ. Τὸ μὲν οὖν σχῆμα τοῦ λόγου τοιοῦτον, οἷον ἂν γένοιτο τοῦ μηδὲν ἁπλῶς μηδὲ ἀδόλως ποιοῦντος, τό τε γὰρ περὶ τὴν καινοτομίαν ὕποπτον τῷ τῆς ἀπολογίας προκαλύμματι συσκιάζει καὶ εὔνοιαν θηρᾶται παρὰ τῶν ἀκουόντων, ὡς τῇ ἀνάγκῃ τῆς διαβολῆς ἐπὶ τοὺς λόγους τούτους ἐλθών· ἐλέγχεται δὲ αὐτοῦ ἡ περὶ τὴν ἀπολογίαν σκηνή, ὅτι τοῦ ἐγκλήματος, ἐφ' ᾧ διαγωνίζεσθαι προσποιεῖται, κατήγορον εἰπεῖν οὐκ ἔχων ἀπρόσωπον τὸ τῆς ἀπολογίας [f]ὑπεισέρχεται δρᾶμα, οὐ διὰ μακροθυμίαν ὀνομαστὶ μνησθῆναι τῶν λελυπηκότων ἀπεχόμενος (πῶς γὰρ ὅς γε τοσαύταις λοιδορίαις πλύνει τοὺς ἀντιλέγοντας;), ἀλλὰ τοῦ ψεύδους τὸ περιφανὲς ὑφορώμενος ἐπιφημίζειν ἑαυτῷ ὡρισμένα πρόσωπα κατηγόρων αἰσχύνεται. εἰ γὰρ εἶχεν ὀνομάσαι τινάς, εἶπεν ἂν πάντως καὶ διεβόησεν, εἰ καὶ μὴ τὴν ἑαυτοῦ ὀργὴν ἐκπληρῶν, ἀλλὰ τήν

a. Colb. *συντιθέντι.*
b. Reg. quartus *καὶ ὠδωνεν ἀδικίαν, et peperit iniquitatem*, sed in ore libri legitur *γρ. βλασφημίαν.*
c. Editi *τῆς γε.* At Regii duo *τῆς τε.*
d. Legitur in editis intra contextum *Εὖν.*

2. Sed iam sumto ex ipsa inscriptione argumento accedam ad arguendum. Primus enim omnium dolus hic ille ei excogitatus est dicendi modus, ut in speciem apologiae ac defensionis doctrinam suam componeret, ne velut aggressor videatur dogmata impia exponere, sed coactus ad hos sermones devenisse. Cupiebat quidem omni modo pravum illud ac impium dogma promulgari, et quam olim conceperat ac pepererat blasphemiam proferre in medium; sed videbat fore ut si aperte doctoris locum arripuisset, praeterquam quod id grave admodum esset ac molestum audientibus, praeterea se etiam fide indignum ac suspectum apud plerosque redderet, qui videlicet gloriae cupiditate aggressus esset innovare. Sin autem simulata apologia verba faceret, et innovationis se suspicionem evasurum putabat et hoc pacto auditores magis allecturam, cum soleant homines omnes suapte natura lacessitis favere. Quapropter accusatores calumniatoresque culpat eisque sui scripti causam adscribit. Quare ut eius artificium fiat perspicuum omnibus, melius fuerit ipsum proloquentem audire. Sic autem habet: T. I. p. 206. T. I. p. 209.

Eunomius. Cum calumniari et petulanti lingua ac improba mente aliquibus detrahere opus sciamus esse hominum flagitiosorum seque simultatibus oblectantium; contra si qui per calumniam pravi esse visi sunt, omni studio mendacium redarguendo propulsare conentur, id opus esse virorum, qui probi sunt quique sibi privatim bene consulentes multorum securitatem plurimi faciunt. Fabr. p. 262.

Basilius. Genus igitur orationis tale est, quale esse possit eius, qui nihil simpliciter, nihil sine dolo efficit. Nam et innovandi suspicionem praetextu apologiae tegit, et quasi calumniae obterendae necessitate ad hos sermones devenerit, auditorum captat benevolentiam. Inde autem illius circa apologiam commentum deprehenditur, quod cum non possit nominare accusatorem ullum criminis, cuius causa se decertare simulat, tamen citra oppositam sibi personam ad agendam apologiae fabulam furtim accedat. Nec ex tolerantia eos, qui sibi molesti fuerunt, nominatim dicere abstinet (qui enim fieri possit ut id faciat qui tantis convitiis contradicentes impetit?), sed mendacii evidentiam veritus certas accusatorum personas producere erubuit. Nam si nominare aliquos potuisset, dixisset profecto ac divulgasset; videlicet

... *Bασ.*; contra illa *Εὐν*... *Bασ.* in ora Regii tertii inveniuntur. Nihil tamen mutandum iudicavimus.

e. Reg. tertius et Colb. *ἀγνώμονος πονηρῶν καί.*

f. Antiqui duo libri *εἰσέρχεται*, non ita recte.

T. I. p. 209. γε τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν διοικούμενος, ὧν δὴ καὶ μάλιστα προνοεῖν ἐπαγγέλλεται· λανθάνουσα γὰρ πονηρία τῆς προκεκηρυγμένης βλαβερωτέρα. ὥστε εἴπερ ἔγνωμεν τοὺς συκοφάντας, ῥᾷον ἂν διεφύγομεν τὰς ἀκολάστους γλώσσας αὐτῶν καὶ τὰς ἀγνώμονας γνώμας, αὐτοῖς γὰρ χρήσομαι τοῦ σοφωτάτου τοῖς ῥήμασιν. ἀλλ' ἐπειδὴ τότε δι' ἣν δήποτε αἰτίαν ἀπεσιώπησε, νῦν ἐρωτάσθω, νῦν [a] ἀποκρινέσθω. τίνες οἱ κατήγοροι οἱ τῷ προλαβεῖν ταῖς διαβολαῖς ἀναγκαίαν αὐτῷ τὴν ἀπολογίαν κατασκευάζοντες; ἐκ ποίας οἰκουμένης ἐλθόντες; τίνες οἱ δικασταί, ἐφ' ὧν διατίθεται τὸν ἀγῶνα; ἐν ποίῳ δικαστηρίῳ τὴν γραφὴν [b] ταύτην ὑπεισῆλθε; ποῦ γῆς ἢ θαλάττης συγκροτηθέντι; τί γὰρ ἂν καὶ εἴποιεν; ἐν Σελευκείᾳ; ἀλλὰ [c] σιωπήσαντες ἐάλωσαν, οἵ γε προκαλουμένων πολλάκις τῶν συνελθόντων εἰς τὰς ὑπὲρ τῶν ἐπιφερομένων εὐθύνας οὐκ [a] ἀπήντησαν, ἐφ' οἷς δὴ καὶ κατεκρίθησαν τηνικαῦτα. κοινὸς γάρ μοι ὁ λόγος πρὸς ἅπαν ὁμοῦ τὸ σύνταγμα τὸ διὰ τὴν κοινωνίαν
T. I. p. 210. τῆς ἀσεβείας ὥσπερ τι μέλος νενοσηκὸς τοῦ ὑγιαίνοντος σώματος τῆς ἐκκλησίας ἀπορῥαγέν. ἀλλ' ἐν [e] Κωνσταντινουπόλει; ἀλλ' οὐδὲν ἐκεῖ ἀπολογίας ἔδει καὶ λόγων. τοὺς γὰρ ἐκ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς καὶ τῶν λοιπῶν τοὺς τὰ μέγιστα δυναμένους ἑαυτῶν ποιησάμενοι ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τοῖς πράγμασι προσεφέροντο, αὐτοὶ καὶ κατήγοροι καὶ δικασταὶ καὶ δήμιοι καὶ πάντα ὄντες ὅσα ἐβούλοντο, ὅτε τῶν ἐπισκόπων τοὺς μὲν ἐκβάλλοντες, τοὺς δὲ ἐγκαθιστῶντες, τοῖς δὲ τὸν περὶ τοῦ ζῆν [f] ἐπικρεμῶντες κίνδυνον, αὐτοὶ τὰς πόλεις ἐν ἀλλήλοις κατ' ἐξουσίαν πολλὴν διελάγχανον, καὶ ὁ μέν [g] τις τῶν ἐν Συρίᾳ πόλεων ἐκπεσὼν τὴν Κωνσταντινούπολιν ὡς ἐπὶ τυραννίδι κατέλαβεν, αὐτὸς δὲ οὗτος ὁ ἅμαχος καὶ δεινὸς [h] λογογράφος ἆθλον τῆς ἀσεβείας τὴν Κύζικον ἀπηνέγκατο,

a. Codices duo ἀποκρινέσθω. Editi ἀποκρινάσθω.

b. Veteres aliquot libri γραφὴν εἰσῆλθεν. Nec ita multo post Reg. quartus ἂν καὶ εἴποι.

c. Editi ἀλλὰ σιωπῶντες, at codices melioris notae σιωπήσαντες.

d. Idem docet Athanasius lib. de Syn. num. 12.: τοῦτο δὲ πεποιήκασιν, ἐπειδὴ κληθέντες ἀπολογήσασθαι ἐφ' οἷς αὐτῶν πλεῖστοι κατηγόρουν οὐκ ἀπήντησαν. *Ideo autem hoc fecerunt, quod in ius vocati, ut a multis allatas adversum se criminationes depellerent, non comparuissent.* Loquitur Athanasius de episcopis, qui in Concilio Seleuciensi aut depositi aut communione privati fuerunt. Athanasium sequutus Socrates lib. II. cap. 40. ita scripsit: ἐπεὶ οὖν πολλάκις καλούμενοι οὐκ ἀπήντησαν, καθεῖλον αὐτόν τε Ἀκάκιον, Γεώργιον Ἀλεξανδρείας etc. *Sed quoniam saepius accersiti venire detrectabant, deposuerunt et ipsum Acacium, Georgium Alexandriae* etc.

e. Concilium illud, cuius hoc loco fit mentio, habitum fuit Constantinopoli anno 360. De eo autem nihil attinet dicere, cum quale fuerit, satis superque ex verbis Basilii colligi possit. Eius meminere multi gravesque auctores, Basilius ipse in suis Epistolis [251, 2. 263, 3.], Socrates lib. II. cap. 41. Soz. lib. IV. cap. 23. et 24 etc. Mox mss. aliquot δυναμένους δι' ἑαυτῶν. Subinde editi αὐτοὶ καί. At particula καί deest in multis mss.

f. Editi et nonnulli mss. ἐπικρεμαννύντες. Alii quidam mss. antiquiores ἐπικρεμῶντες. Ibidem mss. ἐν ἀλλήλοις. Vocula ἐν in editis non invenitur.

g. Reg. secundus καὶ Εὐδόξιος μὲν

etiamsi haud explesset suam iram, at certe securitati multorum, quibus se maxime prospicere profitetur, consuluisset. Etenim quae latet improbitas perniciosior est quam quae promulgata est. Quare cum calumniatores noverimus, eorum linguas petulantes ac mentem improbam facilius effugere poterimus; ipsis enim sapientissimi illius utar verbis. At quoniam tunc ob quamvis tandem causam conticuit, nunc interrogetur, nunc respondeat, qui fuerint calumniatores, qui eum calumniis lacessere incipientes ad respondendum coegerint. Unde terrarum venerunt? qui iudices, coram quibus subiit certamen? quo in consessu hanc accusationem sustinuit? ubi terrarum et marium congregato? Quid enim possint dicere? In Seleucia? At ob silentium convicti sunt, qui scilicet, etiamsi ad obiecta sibi crimina depellenda ab iis, qui convenerant, saepius invitarentur, tamen non occurrerint, ob idque damnati sunt. Alloquor enim in communi omnem simul coetum, qui propter impietatis societatem velut morbosum quoddam membrum a sano Ecclesiae corpore abruptus est. An Constantinopoli? Verum illic ipsis nihil opus erat apologia atque oratione. Nam cum aulae regiae viros ac reliquos, qui plurimum pollebant, conciliassent sibi, longe superiores effecti res aggrediebantur, iidem ipsi accusatores et iudices et carnifices et omnia quae volebant existentes, cum episcoporum alios eiicerent, substituerent alios in illorum locum, alios in periculum vitae adducerent, ipsi vero magna cum potestate inter se partirentur civitates. Tum demum quidam ex Syriae urbibus pulsus Constantinopolim quasi ob tyrannidem exercendam occupavit. Hic autem iste inexpugnabilis et gravis orator praemium impietatis Cyzicum retulit, Theosebio vero post maxi- T. I. p. 209. T. I. p. 210.

τῶν etc. Unde interpres: *Tunc ex urbibus Syriae pulsus Eudoxius.* Alii sex mss. cum utraque editione Ven. et Paris. ut in contextu, nomine *Εὐδόξιος* omisso. Quamquam autem nomen *Εὐδόξιος* non invenitur in iis quos dixi codicibus, bis tamen in ora Regii quinti legitur. Facit quidem tot codicum auctoritas, ut vix existimem Eudoxium a Basilio nominatum fuisse; sed mihi dubium non est, quin de eo sermonem habuerit. Postquam enim duas Syriae urbes Germaniciam et Antiochiam occupavit, tum demum ad sedem Constantinopolitanam translatus est. Lege Socratem lib. II. cap. 37. et 42. Hic notam quandam Regii quinti adscribere non pigebit. Ita igitur legere est in extrema pagina: *οὗτος ἦν μὲν Ἀντιοχεύς, διεδέξατο δὲ τὸν Μακεδόνιον, ἀντ' αὐτοῦ παρὰ Κωνσταντίνου ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως ἀποκατασταθείς· ὃς εἰς τὸν θρόνον αὐτῆς ... πρῶτος τὴν πολυθρύλλητον ἀφῆκε φωνήν· φήσας, ὁ πατὴρ ἀσεβής, ὁ υἱὸς εὐσεβής, ὁ μὲν ὡς μηδένα ὄντα σεβόμενος, ὁ δὲ ὡς σεβόμενος τὸν πατέρα. Hic erat Antiochenus, successit vero Macedonio: loco illius constitutus episcopus Constantinopolis a Constantino [Constantio]: qui cum in thronum illius ascendisset, primus celeberrimam vocem emisit, dicens: Pater est impius, Filius pius, ille quidem tanquam nullius cultor, hic vero tanquam cultor Patris.* Haec autem Eudoxii subtilitas risum movit audientibus, ut auctor est Sozomenus lib. IV. c. 26. Post illud *εἰς τὸν θρόνον αὐτῆς* sequitur vox quaedam ita detrita, ut eam legere non potuerim.

b. Vir eruditissimus Ducaeus ex suo Regio codice, qui est noster Reg. secundus, post vocem *λογογράφος* edenda curavit illa: *διὰ τῆς τούτου προστασίας ἱδρύσαι τὸ δόγμα ἐπειγομένου, huius auxilio, qui dogma stabilire studebat.* Sed cum haec verba non legantur neque in reliquis mss. neque in edit. Ven., ea expun-

T. I. p. 210. Θεοσεβίῳ δὲ μετὰ τοὺς ἐπὶ ταῖς ἀρρήτοις βλασφημίαις ἐλέγχους ἡ ἐκκλησία Σάρδεων προεπόθη. καὶ σιωπῶ Βιθυνοὺς καὶ Παφλαγόνας καὶ Κίλικας καὶ πάντας [a]ὅσους ἐν κύκλῳ φερόμενον τὸ κακὸν ἐπενείματο. ποίας οὖν ἀπολογίας ἔτι καιρὸς ἦν τότε; ἀλλ' οἶμαι οὐδὲ βουλομένῳ δυνατὸν ψεύσασθαι, ὥστε παντὸς ἀληθέστερον, ὅτι τὸ σχῆμα τοῦ λόγου μηχάνημα αὐτῷ [b]πρὸς τὴν ἀπάτην ἐστίν. καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον· ὁ δὲ μικρὸν προελθὼν σκέψασθε οἷα γράφει. οὐδὲ γὰρ ἄχρηστον ἴσως πρὸ τῶν ἐλέγχων τῆς ἀσεβείας ὀλίγα τοῦ περὶ αὐτὸν τύφου παραθηλῶσαι.

Fabr. p. 264 md. ΕΥΝ. Αἰτοῦμαι δὲ πρὸ πάντων ὑμᾶς τούς τε νῦν ἀκουσομένους καὶ τοὺς εἰς ὕστερον ἐντευξομένους, μὴ τῷ πλήθει διακρίνειν ἐθέλειν τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, τῇ πλείονι μοίρᾳ τὸ κρεῖττον [c]συνάπτοντας, μήτε μὴν ἀξιώμασι προσέχοντας ἀμαυροῦσθαι τὴν διάνοιαν, ἢ τῇ τάξει τῶν προλαβόντων τὸ πλέον νέμοντας ἀποφράττειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ὑστέροις.

ΒΑΣ. Τί λέγεις; μὴ νείμωμεν τὸ πλέον τοῖς προλαβοῦσι; μὴ αἰδεσθῶμεν τὸ πλῆθος τῶν τε νῦν ὄντων Χριστιανῶν καὶ τῶν ὅσοι γεγόνασιν ἀφ' οὗ κατηγγέλη τὸ εὐαγγέλιον; μὴ λογισώμεθα τὸ ἀξίωμα τῶν ἐν παντοίοις χαρίσμασι διαφανέντων πνευματικοῖς, οἷς ἅπασιν ἐχθρὰν καὶ πολεμίαν τὴν πονηρὰν ὁδὸν ταύτην τῆς ἀσεβείας ἐκαινοτόμησας, ἀλλὰ μύσαντες ἁπαξαπλῶς τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς καὶ παντὸς ἁγίου μνήμην τῆς διανοίας ὑπερορίσαντες
T. I. p. 211. σχολάζουσαν καὶ σεσαρωμένην τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν ἕκαστος ταῖς παραγωγαῖς σου καὶ τοῖς σοφίσμασι φέροντες ὑποθῶμεν; μεγάλης μέντ' ἂν εἴης τῆς δυναστείας ἐπειλημμένος, εἴπερ ὧν ταῖς ποικίλαις ἑαυτοῦ μεθοδείαις ὁ διάβολος οὐκ ἐπέτυχε, τούτων σοὶ τυχεῖν ἐξ ἐπιτάγματος περιέσται, ἐάν περ πεισθέντες σοι τὴν ἐν παντὶ τῷ παρελθόντι χρόνῳ ὑπὸ τοσούτων ἁγίων κεκρατηκυῖαν παράδοσιν ἀτιμοτέραν [d]κρίνωμεν τῆς δυσσεβοῦς ὑμῶν ἐπινοίας. τῷ δὲ οὐκ ἐξαρκεῖ μόνον τῶν νῦν ἀκουόντων τοὺς λογισμοὺς ὑφελέσθαι, ἀλλ' ἀξιοῖ καὶ τοὺς ὕστερόν ποτε συνεσομένους τῷ λόγῳ τὴν αὐτὴν ἔχειν γνώμην. ὦ τῆς ἀλαζονείας· [e]τὸ καὶ εἰς ὕστερον οἴεσθαι αὐτῷ διαρκέσειν τὸν λόγον καὶ ἀθάνατον εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον τὴν μνήμην αὐτοῦ φυλαχθήσασθαι. καὶ ταῦτα νῦν ἀπαυθαδιάζεται ὁ μετ' ὀλίγα πρὸς τοὺς ἀκροωμένους διαθρυπτόμενος ὡς τύφου παντὸς ἀμελῶν, οὕτωσι λέγων τοῖς ἐν τῷ δράματι δικασταῖς·

gere non dubitavimus. Ducaeus in suis notis iure redarguit quosdam, a quibus Sardica et Sardes, cum duae sint civitates, confunduntur tamen et oppidum unum efficiuntur. Sardica igitur urbs est Thraciae mediterraneae, Sardes vero seu Sardis Lydiae est urbs ad latus Tmoli montis sita. Plura qui volet, notam viri doctissimi legere poterit. Theosebius, ut de eo quoque aliquid dicamus, successerat Heortasio, qui apud Sozomenum lib. IV. cap. 24. in Concilio Constantinopolitano anni 360 depositus fuisse dicitur.

a. Reg. tertius οὓς ἐν πόλῃ.

marum blasphemiarum redargutionem Sardiensis ecclesia propinata est. T. I. p. 210. Taceo autem Bithynos, Paphlagones, Cilices, et omnes quoscunque depasta est circumlata improbitas. Cuius ergo apologiae necessitas tunc erat? Sed opinor mentiri ne volens quidem potuit. Quare quavis re verius est, hanc orationis formam ei ad decipiendum excogitatam esse. Sed de his hactenus. Quae vera paululum progressus scribat considerate. Neque enim fortasse inutile fuerit, anteaquam confutemus eius impietatem, pauca de fastu ipsius in medium proferre.

3. Eun. Ante omnia autem rogamus vos, qui et nunc audituri Fabr. p. 264 estis et postmodum lecturi, ut ne velitis ex multitudine verum a falso md. discernere parti maiori tributa palma, neque mente caecutire dignitatum habita ratione, neque aures obturare posterioribus priorum agmini concessa victoria.

Bas. Quid dicis? Palmam ne demus antiquioribus? ne revereamur multitudinem Christianorum, neque eorum, qui nunc sunt, neque eorum, qui fuerunt ex quo praedicatum est evangelium? ne reputemus dignitatem eorum, qui donis spiritualibus cuiuscunque generis claruerunt, quibus omnibus inimicam et adversam hanc viam impietatis recens excogitasti, sed clausis prorsus animae oculis et sancti cuiuslibet viri memoria e mente depulsa unus quisque cor nostrum otio- T. I. p. 211. sum ac purgatum captionibus ac sophismatis tuis subdamus? Magna profecto foret tua potentia, si quae multiplici suo artificio diabolus consequutus non est, ea tibi solo imperio assequi contingeret, si videlicet persuasu ac inductu tuo traditionem, quae per praeteritum omne tempus apud tot sanctos obtinuit, impio vestro commento postponeremus. Huic autem satis non est, eorum duntaxat, qui nunc audiunt, animum avocare, sed postulat etiam, ut ii, qui deinceps libellum lecturi sunt, habeant mentem eandem. O fastum! putare librum sibi etiam in posterum superstitem fore et memoriam suam nunquam perituram. Et nunc quidem tantopere intumescit qui paulo post apud auditores ioculari quadam simulatione utitur, quasi fastum omnem negligens sicque quos finxit iudices alloquens:

b. Editio Paris. et Reg. secundus *πρὸς τὴν τῶν ἁπλουστέρων ἀπάτην, ad simpliciores decipiendos.* Editio Ven. et reliqui sex mss. simpliciter *πρὸς τὴν ἀπάτην.* Quod diximus aliquanto ante, nomen *Εὐδόξιος* in Reg. secundo additum fuisse, id de illo *τῶν ἁπλουστέρων* dici posse arbitramur. Mox editi *ἐπὶ τοσοῦτον.* Libri veteres *εἰς τοσοῦτον.* Nec ita multo infra editio nostra *καὶ τοὺς ὕστερον.* Antiqui duo libri *ὕστερον.*

c. Reg. tertius *συνάψαντας.*

d. Reg. quartus *κρινοῦμεν*; quo in codice legitur quidem *περινοίας*, sed ita tamen, ut vera lectio *ἐπινοίας* in ora libri addita sit.

e. Editi *καὶ ὕστερον.* Codices non pauci *εἰς ὕστερον.*

T. I. p. 211. Fabr. p. 265 md. ΕΥΝ. Πρὸς δὲ τούτοις μηδὲ ἡμῖν χαλεπαίνειν, εἰ τύφου μὲν ἀμελήσαντες καὶ φόβου, τῆς δὲ παραυτίκα χάριτος καὶ ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν προτιμήσαντες καὶ πάσης ἐπιγείου κακοπαθείας θανάτου τε προσκαίρου φοβερωτέραν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὡρισμένην ἀπειλὴν εἶναι κρίναντες, παντὸς ἐπικαλύμματος γυμνὴν ἐκτιθέμεθα τὴν ἀλήθειαν.

ΒΑΣ. Ποίας ἀλαζονείας ὑπερβολὴν ὁ κόμπος οὗτος τῶν λόγων οὐχ ὑπεραίρει; καὶ πρόσεστι τῇ εἰρωνείᾳ καὶ ὕβρις κατὰ τῶν δικαζόντων, εἴπερ τῷ πρὸς τὰ [a]καλὰ δυσχερῶς ἔχειν μόλις κατέχονται χαλεπαίνοντες ἀμελοῦντι μὲν αὐθαδείας καὶ τύφου, τῆς δὲ ἐν τῷ παρόντι ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν προτιμῶντι καὶ τοῦ προσκαίρου θανάτου φοβερωτέραν κρίνοντι τὴν [b]εἰς ὕστερον κόλασιν. τοῦτο δέ ἐστι τί; μὴ χαλεπαίνετέ μοι, ὦ ἄνδρες, πρὸς αὐτὸ τὸ ἀκρότατον τῆς ἀρετῆς ἀνελθόντι, καὶ ὑπερβάντι μὲν τὰ γήϊνα, πᾶσαν δὲ τὴν πολιτείαν εἰς οὐρανὸν μεταθέντι. καινὸς οὗτος ἀλαζονείας τρόπος. δι' ὧν γὰρ ἀμελεῖν προσποιεῖται τοῦ τύφου πρὸς τὴν ἐσχάτην φυσίωσιν ἑαυτὸν ὑπεραίρει. εἰ γὰρ ἐφ' οἷς ἐνδείκνυται συγγνώμης ἀξίως πράσσειν τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας ἐστὶ τὰ κεφάλαια, εἰκάζειν ἀφίησιν ὁποῖόν τινα αὐτὸν ἐν τοῖς κατωρθωμένοις ἡγεῖσθαι προσῆκε. ταῦτα μὲν οὖν ὡσανεὶ χαρακτῆρα τῆς ὅλης αὐτοῦ προαιρέσεως ἔχοντα πολλῶν ἀποσιωπηθέντων ἱκανῶς εἴρηται, ἵνα δι' ὧν μὲν ἐψεύσατο τὸν πατέρα τοῦ ψεύδους ἐν αὐτῷ λαλοῦντα γνωρίσωμεν, ἐκ δὲ τῶν ἀλαζονευμάτων τίνι συγκατακέκριται διδαχθῶμεν, σαφῶς τοῦ ἀποστόλου λέγοντος τὸν τυφωθέντα εἰς κρῖμα ἐμπίπτειν τοῦ διαβόλου[1]). ἐπ' αὐτοὺς δὲ λοιπὸν τοὺς ἐλέγχους τῆς ἀσεβείας ἔλθωμεν.

Πίστιν ἐκτίθεται πρῶτον ἐξ ἁπλῶν καὶ ἀδιορίστων λέξεων συγκειμένην, ᾗ [c]ἐχρήσαντο καί τινες τῶν πατέρων, οὐχὶ πρὸς ζητήσεις ὑποκειμένας ἀποτεινόμενοι, ἀλλ' ἁπλῶς οὕτως ἐφ' [d]ἑαυτῶν
T. I. p. 212. ἐν ἁπλότητι καρδίας διαλεγόμενοι. [e]εἴ τε καὶ [f]Ἄρειος, ὥς φασι, σοφιζόμενος τὸν [g]Ἀλέξανδρον ταύτην αὐτῷ προετείνατο (καὶ γὰρ τοῦτο λέγουσιν), ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ταύτην ὡς ὁμολογοῦσαν τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ προΐσχεται, διὰ δύο προφάσεις, μίαν μὲν ὥστε τὴν τῆς καινοτομίας ὑπόνοιαν ἐκφυγεῖν ἐν τῷ τὴν τῶν πατέρων πίστιν ὡς

1) 1. Tim. 3, 6.

a. Horum verborum ea est sententia: Eunomius in suos iudices contumeliosus est, cum de eis ita loquatur quasi res laudandas animo iniquo ferre potuissent. Mihi, inquit, ne succenseatis, quod fastum ac tumorem neglexerim etc. Nemo enim non videt, Eunomium, si bene, ut par erat, de suis iudicibus existimasset, nunquam verbis ita iniuriosis usurum fuisse.

b. Libri veteres εἰς ὕστερον. Abest εἰς a vulgatis. Hoc ipso in loco editi τοῦτο δέ ἐστι τοιοῦτον. τίς [sic] μὴ [Basil. τί δὴ] χαλεπαίνετε. Antiqui tres libri ut in contextu. [Garn. τοῦτο δέ ἐστι; τί μὴ χ.]

EUN. Ad haec neque nobis succenseatis, si fastum negligentes ac timorem, gratiaeque praesenti et securitati praeferentes securitatem ad futura attinentem, atque intentatas impiis minas magis quam terrenam omnem afflictionem ac mortem temporalem metuendas esse arbitrati, veritatem nudam absque ullo velamine exponamus. T. I. p. 211. Fabr. p. 265 md.

BAS. Quam superbiae immoderationem haec verborum pompa non excedit? Quin adest cavillo etiam contumelia in iudices, siquidem propterea quod bona aegre ferant, vix possunt quin succenseant viro, qui negligit fastum ac tumorem, qui spectantem ad futura securitatem praesenti suae securitati anteponit, qui futurum supplicium morte temporali horribilius iudicat. Quid autem hoc sibi vult? Ne, viri, succenseatis mihi, qui ad ipsum virtutis apicem ascendi, qui transcendi terrena ac conversationem omnem in caelum transtuli. Novus hic est arrogantiae modus. Quibus namque negligere se fastum simulat, iisdem se ipse ad summum animi tumorem effert. Nam si quibus ostendit venia esse digna quae gerit, ea evangelicae vitae capita sunt; coniectare sinit, qualem se in reliquis praeclare gestis haberi conveniat. Et quidem haec, quibus totus illius animus quasi exprimitur, multis silentio praeteritis abunde memorata sunt, ut per ea, quae mentitus est, patrem mendacii in eo loquutum cognoscamus, discamusque ex eius arrogantia, quocum sit condemnatus; cum aperte dicat Apostolus fastu tumidum in diaboli iudicium incidere. Iam tandem ad redarguendam impietatem accedamus.

4. Fidem proponit primum ex simplicibus ac vagis vocibus compositam, qua quidam ex Patribus usi sunt, ad propositas quaestiones non attenti, sed simpliciter sic a se ipsis in simplicitate cordis disserentes. Quamquam autem Arius, ut aiunt, hanc Alexandro obtulit ipsum decipiens (nam et hoc dicunt), nihilominus tamen eandem tanquam suae ipsius sententiae consentaneam profert propter duas causas, primam quidem, ut innovandi effugiat suspicionem, cum Patrum T. I. p. 212.

c. Editi *ἐχρήσαντό τινες καί τινες*. Vocula *καί* in mss. non invenitur. Praeclara sententia dignaque Basilio Magno. Quotiescunque igitur haeretici proferunt Patrum testimonia, quae sibi favere videantur, si testimonia illa petita sint ex peregrinis quibusdam locis, in quibus Patres de aliqua re non consulto, sed fortuito obiterque loquantur, toties egregia illa Basilii sententia debet adhiberi.

d. *ἐφ' ἑαυτῶν, sponte naturae*, hoc est primo mentis impetu, id quod agitur quasi non cogitantes.

e. Editi *εἰ δὲ καί*. Libri veteres *εἴτε καί*. Athanasius lib. de Syn. [Opp. ed. Ben. T. I. P. II. p. 729] refert quandam Arii ad Alexandrum epistolam, in qua impius ille fidei professionem ediderat. Lege Epiph. Haer. 69. n. 7. et 8.

T. I. p. 212. ὀρθῶς ἔχουσαν ἀποδέχεσθαι, ἑτέραν δὲ τοῦ πάντας ἀπροράτως ταῖς πάγαις αὐτοῦ τῶν σοφισμάτων περιπεσεῖν τῇ ἁπλότητι τῶν ῥημάτων τούτων καταπιστεύσαντας. ὁμοῦ δὲ κἀκεῖνο [a]συνεῖδεν, ὅτι καὶ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην εὐπροσώπως αὐτῷ παρεισαγαγεῖν ὑπάρξει ἐξηγουμένῳ θῆθεν τὰ τῶν πατέρων, καὶ μάλιστα μὲν λήσεσθαι ἀσεβῶν, εἰ δ' ἄρα καὶ φωραθείη, ἀναίτιος εἶναι δόξειν ὡς οὐδὲν οἰκοθεν οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ τι λέγων, ἀλλ' ἀλλοτρίας γενόμενος διανοίας ἐξηγητής. ἐν ᾧ δὴ καὶ γελοιότατόν τι παθὼν οὐκ ἐπήσθετο. ἐπαινέσας γὰρ [b]αὐτὴν πολλὰ καὶ μεγάλα μικρὸν ὑποβὰς τοῖς αἰσχίστοις πάλιν ὀνείδεσι περιβάλλει. ἀλλ' ἵνα σαφέστερον ὃ λέγω γένηται, κατὰ μέρη τὸν λόγον διελόμενος ἐξετάσω. καὶ πρῶτόν γε τὴν [c]πίστιν, ἣν προτείνεται, καταμάθωμεν, αὐτὰς τὰς ἐκείνου φωνὰς παραθέμενοι.

Fabr. p. 266 extr. ΕΥΝ. Τὴν δὲ κρατοῦσαν, φησίν, ἄνωθεν παρὰ τῶν πατέρων εὐσεβῆ παράδοσιν ὥσπερ τινὰ γνώμονα καὶ κανόνα προεκθέμενοι ἀκριβεῖ τούτῳ [d]χρησώμεθα κριτηρίῳ πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐπίκρισιν.

ΒΑΣ. Τούτοις ἐπάγει τὴν πίστιν ἔχουσαν οὕτως·

Fabr. p. 267 in. ΕΥΝ. Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, θεὸν λόγον, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, δι' οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς ἓν [e]πνεῦμα ἅγιον τὸ παράκλητον.

ΒΑΣ. Εἶτα εὐθὺς ἐπισυνάπτει·

Fabr. p. 267 md. ΕΥΝ. [f]Ἡ μὲν οὖν ἁπλουστέρα πίστις καὶ κοινὴ πάντων, ὅσοις τὸ δοκεῖν ἢ τὸ εἶναι Χριστιανοῖς ἐπιμελές, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ κεφαλαιωδέστερον εἰπεῖν, αὕτη.

ΒΑΣ. Περὶ μὲν οὖν τῆς ἐν οἷς εἶπεν ἐναντιότητος καὶ τῆς ἀναισχύντου μάχης τῶν εἰρημένων πρὸς ἄλληλα μικρὸν ὕστερον [g]ἐροῦμεν· ἐκεῖνο δὲ πρότερον ἑαυτοὺς ὑπομνήσωμεν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις πάνυ σοβαρῶς ἡμῖν ἐπαγγελλόμενος γυμνὴν παντὸς προκαλύμματος ἐκθήσεσθαι τὴν ἀλήθειαν. ἐνταῦθα [h]τοίνυν που γέγραπται· πιστεύομεν τὴν ἀγεννησίαν οὐσίαν εἶναι τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων, ἢ πιστεύομεν ἀνόμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν εἶναι τὸν μονογενῆ τῷ πατρί. ταῦτα γὰρ ἔγραψεν ἄν, εἴπερ ὡς ὑπέσχετο μηδενὶ παραπετάσματι δολερῷ τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα συνεσκίαζεν. [i]Ἀλλ' οἶμαι πᾶσιν ἐπιβούλως τοῖς λόγοις χρώμενος τὰ μὲν παρ'

a. Reg. tertius κἀκεῖνο συνιδεῖν.
b. αὐτὴν, hoc est πίστιν τῶν πατέρων, fidem Patrum, de qua aliquanto ante.
c. Reg. tertius cum Colb. πίστιν ἣν ἐκτίθεται, fidem quam exponit.
T. I. p. 221. μίαις, οὐ χαλεπὸν ἐπιδεῖξαι. [a]Ἀριστοτέλους γάρ εἰσιν, ὡς οἱ ἀνεγνωκότες εἴποιεν ἄν, ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις αὐτοῦ κατηγορίαις σί περὶ ἕξεως καὶ στερήσεως λόγοι, δευτέρας εἶναι λέγοντος τῶν ἕξεων τὰς στερήσεις· ἡμῖν δὲ ἐξήρκει δείξασιν αὐτὸν οὐκ ἐκ τῆς διδασκαλίας τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἐκ τῆς σοφίας τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου λαλοῦντα, τὸ τοῦ ψαλμοῦ πρὸς αὐτὸν ἐπιφθέγξασθαι, ὅτι διηγήσαντό μοι παράνομοι ἀδολεσχίας, ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου, κύριε[1]), καὶ μαθόντας ὅτι [b]οὐκ ἐκ τῶν διδαγμάτων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐστι τὰ λεγόμενα, τῆς αὐτοῦ φωνῆς ὑπομνησθῆναι, ὅτι ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ[2]), καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοὺς πολλοὺς τῶν λόγων ἑαυτοῖς συντεμεῖν, ἐντεῦθεν πᾶσι καταφανὲς ποιήσαντας ὅτι οὐδεμία ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινωνία. τίς γὰρ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ, ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου[3]); ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν δι' ἀπορίαν ἐλέγχων εἰς τὴν σιωπὴν καταφεύγειν, φέρε καὶ περὶ τούτων βραχέα διαλεχθῶμεν. πολλά, ὦ Εὐνόμιε, τῶν περὶ θεοῦ λεγομένων κατὰ τὸν ὅμοιον ὁρῶμεν ἐκφερόμενα τύπον, οἷον ὁ ἄφθαρτος, ὁ ἀθάνατος, ὁ ἀόρατος. τοῦ δὲ αὐτοῦ τύπου τιθέμεθα εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητος. εἰ μὲν οὖν στερητικά τινες ὀνομάζουσι τὰ τοιαῦτα, οὐ πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος. οὔτε γὰρ ἴσμεν τεχνολογίας λέξεων οὔτε τοὺς εἰδότας ζηλοῦμεν. πλήν γε δὴ ὅτι οὗπερ ἂν τεθῶσιν αἱ λοιπαὶ φωναί, ἃς ἀπηριθμησάμεθα, τοῦ αὐτοῦ εἶναι φήσομεν καὶ τὴν τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίαν. ὡς τοίνυν τὸ ἄφθαρτον τὸ μὴ προσεῖναι τῷ θεῷ φθορὰν σημαίνει, καὶ τὸ ἀόρατον τὸ ὑπερβαίνειν αὐτὸν πᾶσαν τὴν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν κατάληψιν, καὶ τὸ ἀσώματον τὸ μὴ ὑπάρχειν αὐτοῦ τριχῇ διαστατὴν τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ ἀθάνατον τὸ μηδέποτε διάλυσιν αὐτῷ προσγενήσεσθαι· οὕτω φαμὲν καὶ τὸ ἀγέννητον δηλοῦν τὸ [c]γέννησιν αὐτῷ μὴ προσεῖναι. εἰ μὲν οὖν μηδὲν τούτων στερητικὸν τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ ἐκεῖνο· εἰ δὲ ἐπ' ἐκείνων δίδωσι τὸ κατὰ στέρησιν λέγεσθαι, ἐπὶ τῆς τοῦ ἀγεννήτου προσηγορίας οὐ συγχωρεῖς, εἰπέ, τίνος μὲν ἕξεως προλαβούσης στέρησιν ἐμφαίνει τὸ ἄφθαρτον; πῶς δὲ οὐχὶ τὸ ἴσον αὐτῷ [d]δύναται τὸ ἀγέννητον; ἀλλὰ περὶ μόνην ταύτην τὴν λέξιν κακοτεχνεῖ,
T. I. p. 222. διότι ἐντεῦθεν αὐτῷ αἱ ἀφορμαὶ τῆς ἀσεβείας ἤρτηνται. ἵνα δὲ σαφὲς αὐτοῦ τὸ τέχνασμα γένηται, οὕτω ποιήσατε· οὓς ἐπὶ τοῦ ἀγεννήτου γυμνάσει λόγους, ὅτι οὔτε κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην οὔτε κατὰ στέρησιν εὔλογόν ἐστι περὶ θεοῦ λέγεσθαι, τούτους μετενεγκόντες ἐπ' ἄλλου τινὸς τῶν περὶ θεοῦ λεγομένων σκοπεῖτε. εὑρήσετε γὰρ ἑκάστῳ ἀκριβῶς ἐφαρμόζοντας. καὶ εἰ βούλεσθε ἐπὶ

1) Ps. 119 [118. LXX.], 85. 2) Ioan. 8, 44. 3) 2. Cor. 6, 15.

arduum non fuerit. Sunt enim Aristotelis de habitu et privatione T. I. p. 221. verba, qui posteriores habitibus privationes esse ait, quemadmodum ii, qui legerunt in libro, qui inscribitur Categoriae, possunt testari. Nobis autem satis erat ostendisse, non ex doctrina Spiritus, sed ex sapientia principum huius saeculi haec eum dicere, ac illud Psalmi in ipsum proferre: *Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, Domine.* Et quoniam didiceramus, non ex doctrina Domini nostri Iesu Christi esse quae dicuntur, satis habebamus vocis ipsius meminisse: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur,* atque hoc pacto longiorem sermonem contrahere. Quippe hinc illud omnibus conspicuum fecissemus, quod nihil ipsis nobiscum sit commune. *Et enim quae concordia Christo cum Belial? aut quae pars fideli cum infideli?* Verum ne videamur ob redargutionum inopiam ad silentium confugere, age de iis etiam pauca disseramus. Multa eorum, quae de Deo dicuntur, o Eunomi, simili forma efferri videmus, ut puta incorruptibilis, immortalis, invisibilis. Iam vero et hanc vocem *ingenitus* formae eiusdem esse ducimus. Quod si quipiam ea, quae sunt eiusmodi, nominant privativa, nihil ad nos. Neque enim artificia novimus verborum, neque eos, qui noverunt, imitamur. Verum cuiuscunque tandem generis existimentur esse voces reliquae, quas enumeravimus, eiusdem generis esse et *ingeniti* appellationem dicturi sumus. Quemadmodum igitur incorruptibile significat non inesse corruptionem in Deo, et invisibile excedere eum omnem oculorum comprehensionem, et incorporeum substantiam eius trina dimensione non constare, et immortale eum dissolutioni nunquam obnoxium fore; eundem ad modum dicimus *ingenitum* etiam significare generationem in ipso non inesse. Proinde si nullum ex illis nominibus privativum est, neque hoc erit. Quod si concedis illa secundum privationem dici, sed id in appellatione ingeniti non admittas; dic, quo habitu praecedente incorruptibile privationem indicet, aut quomodo ingenitum non idem quod hoc valeat. At circa hoc verbum solum malignis artibus utitur, quod ei hinc impietatis dependent occasiones. Sed artificium eius mani- T. I. p. 222. festum ut fiat, ita facite: quos de ingenito instruit sermones, quod neque ex humano concipiendi modo neque ex privatione de Deo dici par est, hos translatos in aliud quoddam nomen ex his, quae de Deo dicuntur, consideretis velim. Unicuique enim illorum prorsus convenire comperietis. Et si vultis de incorruptibili eadem dicamus, his

a. [Arist. ed. Bekker. p. 13. a. lin. 31.]

b. Editi et Reg. quintus *οὐκ ἐκ τῶν θείων καὶ ἀληθινῶν διδαγμάτων, non ex divinis verisque documentis.* Alii sex mss. ut in contexta; nec aliter legerat interpres.

c. Reg. tertius *γένεσιν αὐτῷ.* Editi et alii mss. *γέννησιν αὐτῷ.*

d. Editi *δύναιτ' ἂν τό.* At mss. quatuor *δύναται τό.*

T. I. p. 222. τοῦ ἀφθάρτου ταῦτα λέγωμεν, αὐτὴν αὐτοῦ τὴν λέξιν μετακομίσαντες. ἄφθαρτον δὲ λέγοντες οὐ κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην σεμνύνειν οἰόμεθα δεῖν, ἀποτιννύναι δὲ αὐτῷ τὸ πάντων ἀναγκαιότατον ὄφλημα, τὴν τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν ὁμολογίαν· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ [a]κατὰ στέρησιν, εἴ γε τῶν κατὰ φύσιν αἱ στερήσεις εἰσὶ στερήσεις καὶ τῶν ἕξεων δεύτεραι. τί μᾶλλον ἐπὶ τοῦ ἀγεννήτου πρέπει ταῦτα φιλοσοφεῖν, ἢ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀφθάρτου καὶ ὅλως ἐφ' ἑκάστης φωνῆς τῆς κατὰ τὸν αὐτὸν τύπον ἐκφερομένης; ἀλλ' οὐδὲν τῶν ἄλλων αὐτῷ πρὸς τὴν ἀσέβειαν συνεργεῖ. διὸ τῶν λοιπῶν οὐδὲ μέμνηται, καίτοι μυρίων ὄντων τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων.

Ἔχει δὲ οὕτως. ἓν μὲν οὐδέν ἐστιν ὄνομα, ὃ πᾶσαν ἐξαρκεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν περιλαβὸν ἱκανῶς ἐξαγγεῖλαι· πλείω δὲ καὶ ποικίλα κατ' ἰδίαν ἕκαστον σημασίαν, ἀμυδρὰν μὲν παντελῶς καὶ μικροτάτην ὡς πρὸς τὸ ὅλον, ἡμῖν γε μὴν ἐξαρκοῦσαν τὴν ἔννοιαν συναθροίζει. ἐν τοίνυν τοῖς περὶ Θεοῦ λεγομένοις ὀνόμασι τὰ μὲν τῶν προσόντων τῷ Θεῷ δηλωτικά ἐστι, τὰ δὲ τὸ ἐναντίον τῶν μὴ προσόντων. ἐκ δύο γὰρ τούτων οἱονεὶ χαρακτήρ τις ἡμῖν ἐγγίνεται τοῦ Θεοῦ, ἔκ τε τῆς τῶν ἀπεμφαινόντων ἀρνήσεως καὶ ἐκ τῆς τῶν ὑπαρχόντων ὁμολογίας. οἷον ὅταν ἄφθαρτον ὀνομάζωμεν, [b]δυνάμει λέγομεν ἑαυτοῖς ἢ τοῖς ἀκούουσιν, ὅτι μὴ οἷόν φθορᾷ τὸν Θεὸν ὑποπεῖσθαι, καὶ ὅταν ἀόρατον, ὅτι μὴ ὑπολάβῃς αὐτὸν τῇ διὰ τῶν ὄψεων αἰσθήσει καταλαμβάνεσθαι, καὶ ὅταν ἀθάνατον, ὅτι μήποτε οἰηθῇς θάνατον προσγίνεσθαι τῷ Θεῷ. οὕτω δὴ καὶ ὅταν ἀγέννητον, ὅτι μηδεμιᾶς αἰτίας μήτε ἀρχῆς ἐξῆφθαι τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ νομίσῃς. καὶ ὅλως ἐξ ἑκάστου τούτων διδασκόμεθα μὴ εἰς ἀπρεπεῖς ἐννοίας ἐν ταῖς περὶ Θεοῦ ὑπολήψεσι καταπίπτειν. οὐκοῦν ἵνα τὸ ἐξαίρετον ἰδίωμα τοῦ Θεοῦ ἐπιγνῶμεν, ἀπαγορεύομεν ἀλλήλοις ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις μὴ καταφέρειν τὰς [c]διανοίας εἰς ἃ μὴ δεῖ, ἵνα μήποτε οἰηθῶσιν ἓν τῶν φθαρτῶν ἢ ἓν τῶν ὁρατῶν ἢ ἓν τῶν γεννητῶν τὸν Θεὸν ὑπάρχειν οἱ ἄνθρωποι. ὥστε διὰ τούτων [d]γε ἁπάντων τῶν ἀπηγορευμένων ὀνομάτων οἱονεὶ ἀπάρνησίς τίς ἐστι τοῦ ἀλλοτρίου, διαρθρουμένης ἡμῶν τῆς διανοίας [e]καὶ τὰς περὶ τῶν μὴ προσόντων αὐτῷ ὑπολήψεις ἀποτιθεμένης. πάλιν ἀγαθὸν λέγομεν τὸν Θεὸν καὶ δίκαιον καὶ δημιουργὸν καὶ κριτὴν καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. [f]ὡς οὖν ἐπ' ἐκείνων ἀθετησέν

a. Editi *κατὰ τὴν στέρησιν*. Articulus in mss. non invenitur. *Neque secundum privationem*. Hoc est: quemadmodum non putamus Deum decorandum esse per privationem, ita non putamus eum decorandum esse per humanum intelligendi modum. Ea igitur videtur fuisse mens Eunomii, aliter iudicandum esse de vocibus *ἄφθαρτος, ἀθάνατος, ἀόρατος*, aliter de voce *ἀγέννητος*. Illa enim privativa sunt, cum prae se privationem ferant corruptionis, mortis, visus: sed hoc tale non est, cum privationem non indicet, sed ipsam naturam divinam constituat. Argumentum autem illud Eunomii quam leve sit et futile, ex Basilii verbis perspici potest.

ipsis quibus utitur verbis huc transmotis. Incorruptibilem autem cum dicimus, non secundum humanum intelligendi modum decorandum esse Deum arbitramur, sed persolvendum ei debitum maxime omnium necessarium, confessionem videlicet, qua eum id esse, quod est, confiteamur; sed neque secundum privationem, siquidem privationes sunt privationes eorum, quae sunt natura, suntque habitibus posteriores. Cur magis de ingenito haec affirmare decet, quam de incorruptibili et omnino de qualibet voce, quae eodem modo proferatur? Sed aliud nihil ei ad impietatem conducit. Quare ne meminit quidem reliquorum, etiamsi innumera sint, quae de Deo dicuntur. T. I. p. 222.

10. Habet autem se res hoc modo. Nullum quidem nomen est, quod totam Dei naturam complexum sat eam possit enuntiare; plura vero et varia, singula in propria significatione, obscuram quidem omnino et perquam exiguam, si cum toto comparetur, nobis tamen sufficientem intelligentiam congerunt. Itaque inter nomina ea, quae de Deo dicuntur, aliqua significant quae Deo insunt, aliqua vero e contrario indicant quae ei non insunt. Ex his enim duobus, et ex eorum, quae dissentanea sunt, negatione, et ex eorum, quae adsunt, confessione, velut quidam Dei character nobis imprimitur. Exempli causa cum incorruptibilem nominamus, idem facimus ac si dicamus aut nobis ipsis aut audientibus: cave putes Deum subiacere corruptioni; et cum invisibilem: ne existimaveris ipsum oculorum sensu comprehendi; et cum immortalem: absit ut unquam credas mortem Deo accidere. Sic igitur et cum ingenitum: ne arbitreris ex ulla causa aut principio existentiam Dei dependere. Et ut verbo dicam ex unoquoque horum docemur, ut ne in indecoras sententias incidamus tum cum de Deo quidpiam cogitamus. Itaque ut praecipuam Dei proprietatem cognoscamus, alter alteri, cum de Deo sermo habetur, interdicimus, ne cogitatione ad ea, quae non oportet, deferamur, ne unquam homines putent Deum esse quidquam corruptibile aut visibile aut generatum. Quare per omnia haec prohibitoria nomina eius, quod alienum est, fit quasi negatio quaedam, dum singula distinguens mens nostra eorum, quae in Deo non insunt, opiniones exuit. Deum rursus bonum dicimus et iustum et creatorem et iudicem aliaque huiusmodi. Quem-

b. Illud *δυνάμει* qui interpretaretur *aequipollenter*, bene quidem rem expressurum puto, sed non Latine. Aliquanto infra mss. nonnulli *μηδὲ ἀρχῆς*.

c. Scriptum in margine Reg. quarti *ἐννοίας*. Statim idem codex *μήποτε οἰηθῶμεν*; sed illud, quod paulo post legitur, *οἱ ἄνθρωποι*, eo in codice omittitur.

d. Vocula *γε* in maiori parte mss. deest.

e. Illud *καὶ τὰς περὶ* etc. ad verbum sic interpretabere: *et deponit opiniones rerum, quae Deo non adsunt.*

f. Haec verba *ὡς οὖν* etc. sic debent intelligi: quemadmodum nomina privativa, qualia sunt *indivisibile, incorruptibile* etc., removent a Deo cogitationes quasdam; ita ea nomina, quae privationem non praeferunt, quod genus sunt *bonus, iustus, creator* etc., positivum quiddam in Deo ostendunt.

T. I. p. 223. τινα καὶ ἀπαγόρευσιν τῶν ἀλλοτρίων τοῦ Θεοῦ ἐσήμαινον αἱ φωναί, οὕτως ἐνταῦθα θέσιν καὶ ὕπαρξιν τῶν οἰκείων τῷ Θεῷ καὶ πρεπόντως περὶ αὐτὸν θεωρουμένων ἀποσημαίνουσιν. ἐκ τοίνυν ἑκατέρου τοῦ εἴδους τῶν προσηγοριῶν διδασκόμεθα, ἢ περὶ τῶν προσόντων ὅτι πρόσεστιν, ἢ περὶ τῶν μὴ προσόντων ὅτι μὴ πρόσεστι. τό γε μὴν ἀγέννητον τῶν μὴ προσόντων ἐστὶ σημαντικόν· δηλοῖ γὰρ τὸ μὴ προσεῖναι γέννησιν τῷ Θεῷ. τοῦτο δὲ εἴτε ἀφαιρετικὸν εἴτε ἀπαγορευτικὸν ἢ ἀρνητικὸν ἤ τι τοιοῦτον βούλοιτό τις προσαγορεύειν, οὐ διοισόμεθα. ὅτι δὲ οὐ τῶν ὑπαρχόντων τῷ Θεῷ σημαντικόν ἐστι τὸ ἀγέννητον, ἀρκούντως οἶμαι δηλοῦσθαι τοῖς εἰρημένοις. ἡ δὲ οὐσία οὐχ ἕν τι τῶν μὴ προσόντων ἐστίν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ, ὅπερ ἐν τοῖς μὴ οὖσι καταριθμεῖν παρανοίας ἐστὶ τῆς ἀνωτάτω. εἰ γὰρ ἡ οὐσία ἐν τοῖς μὴ οὖσι, σχολῇ [a]γε ἂν ἄλλο τι τῶν λεγομένων εἴη. δέδεικται δὲ ἄρα τὸ ἀγέννητον τοῖς μὴ [b]προσοῦσι συντεταγμένον, ὥστε ψευδὴς ὁ τιθέμενος τῆς οὐσίας αὐτῆς εἶναι τὴν φωνὴν ταύτην δηλωτικήν.

Ὁ δὲ ὡς ἐπ' ἀτόπῳ τῷ κατὰ στέρησίν τι λέγεσθαι περὶ Θεοῦ δυσχεραίνων ἐπὶ τὸ [c]εὐσεβέστερον δῆθεν καταφεύγει, τὸ εἰς αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίθεσθαι τὸ ἀγέννητον, καὶ συνάγων ἑαυτῷ τὸν λόγον πρὸς τὸ κεφάλαιον οὕτω γράφει·

Fabr. p. 271 extr. ΕΥΝ. Οὐκοῦν εἰ μήτε κατ' ἐπίνοιαν μήτε κατὰ στέρησιν μήτε ἐν μέρει (ἀμερὴς γάρ) μήτε ἐν αὐτῷ ὡς ἕτερον (ἁπλοῦς γάρ) μήτε παρ' αὐτὸν ἕτερον (εἷς γὰρ καὶ μόνος ἀγέννητος), αὐτὸ ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος.

ΒΑΣ. Ἤγαγε τὸν λόγον ἐφ' ἃ ἐβούλετο, καὶ πανταχόθεν τὸ ἀγέννητον [d]ἀποσπάσας εἰς αὐτὴν συνήλασεν ὡς ᾤετο τὴν οὐσίαν, εἰπὼν περὶ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὅτι αὐτὸ ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος. ἐγὼ δὲ τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἀγέννητον εἶναι καὶ αὐτὸς ἂν φαίην, οὐ μὴν τὸ ἀγέννητον τὴν οὐσίαν. ἔπειτα μέντοι κἀκείνῳ προσέχειν ἄξιον, ὅτι τὸ ἀμερὲς καὶ τὸ ἁπλοῦν ταὐτὸν ὑπάρχον κατὰ τὴν ἔννοιαν (ἀμερές [e]τε γάρ ἐστι τὸ μὴ ἐκ μερῶν συγκείμενον, καὶ ἁπλοῦν ὡσαύτως τὸ μὴ ἐκ πλειόνων τὴν σύστασιν ἔχον) οὕτος ὡς διαφέροντα τῷ ὑποκειμένῳ διίστησιν ἀπ' ἀλλήλων. εἶτα

a. Editi σχολή γ' ἄν. Reg. tertius σχολή γε ἄν. Codex Colb. cum duobus Regiis σχολῇ, bene. Hoc dicit Basilius: Si substantia locatur inter ea, quae in Deo positiva non sunt, longe minus quidvis aliud eorum, quae de Deo praedicantur, locabitur inter ea, quae positiva sunt in Deo. Etenim nihil aeque designat in Deo positivum quiddam, atque substantia ipsa, quam omnium basim esse constat. Ex quibus colligi debet, Basilium, ut alias saepe, ita hic ἐλλειπτικῶς loquutum fuisse, sic ut post vocem εἴη subaudiatur ἐν οὐσι, *in existantibus*; quas duas voces Latinas in interpretatione quoque subaudiendas esse moneo.

b. Editi ἐν τοῖς μὴ προσοῦσι τεταγμένον. At mss. plerique omnes ut in contextu.

c. Interpres, qui ut puto sibi persuadere non poterat, quidquam pie ab Eunomio dictum fuisse, sibi visus est legere

admodum igitur in illis hae voces reprobationem quandam ac interdictionem significabant notionum a Deo alienarum; ita hic positionem et naturam eorum, quae propria Dei sunt convenienterque in eo considerantur, significant. Itaque ex utroque appellationum genere docemur aut de his, quae adsunt, quod adsint, aut de his, quae absunt, quod absint. Vox autem *ingenitum* ea, quae non adsunt, significat; indicat enim Deo generationem non adesse. Hoc autem sive quis privationem sive interdictionem sive negationem sive quid huiusmodi appellare voluerit, haud contendemus. Quod autem nihil eorum, quae in Deo insunt, significet ingeniti vox, ex iam dictis satis declaratum esse puto. At substantia non est quidquam eorum, quae non adsunt, sed est ipsum *esse* Dei, quod inter ea, quae non sunt, annumerare summae amentiae est. Etenim si substantia in numero eorum, quae non sunt, locatur, multo minus aliud quidpiam eorum, quae de Deo dicuntur, fuerit. Demonstratum est autem ingeniti vocem inter ea, quae non adsunt, numerari; mendax est igitur qui hac voce substantiam significari putat. T. I. p. 223.

11. At vero Eunomius aliquid de Deo secundum privationem dici aegre ferens, tanquam si res esset absurda, ad religiosiorem scilicet sententiam confugit, eo nimirum ut in ipsa substantia ingenitum constituat, sermonemque in summam contrahens ita scribit:

Eun. Igitur si neque secundum concipiendi modum neque secundum privationem neque in parte (quippe est indivisibilis) neque in ipso velut aliud (simplex namque est) neque praeter eum aliud (unus enim est et solus ingenitus); hoc ipsum fuerit utique substantia ingenita. Fabr. p. 271 exir.

Bas. Perduxit orationem quo voluit, et posteaquam undelibet ingenitum extrusit, in ipsam ut putavit substantiam intrusit, quippe qui de Deo universorum dixerit, quod ingenitum ipsa ingenita substantia sit. Ego vero substantiam Dei ingenitam esse etiam ipse dixerim, non autem ingenitum esse substantiam. Deinde illud quoque attendere operae pretium est, quod indivisibile et simplex, quae eadem sunt inter se significatione (indivisibile enim est quod ex partibus non componitur, et simplex similiter quod e pluribus non constat), hic quasi diversa sint subiecto, alterum ab altero separat. Postea vetat

ἐπὶ τὸ ἀσεβέστερον. Ita enim vertit: *ad aliud magis impie dictum refugit.* Sed et editi et mss. habent *ἐπὶ τὸ εὐσεβέστερον, ad aliquid magis pium*; quod ironice dictum esse nemo non videt. Hoc ipso in loco editio Paris. *καταφεύγει, καὶ αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίθεται τὸ ἀγέννητον.* Editio Ven. *καταφεύγει, τῷ αὐτὴν* etc., ut in editione Paris. Codex Colb. et alii quinque Regii *καταφεύγει, τὸ εἰς αὐτὴν τὴν οὐσίαν τίθεσθαι τὸ ἀγέννητον.* Supple *ἤτοι ἐπί*, ut legas *ἤτοι ἐπὶ τὸ εἰς αὐτὴν τήν* etc. Videlicet eo confugit: aut illud *τὸ εἰς αὐτὴν* inverte, ut legas *εἰς τὸ αὐτὴν τήν* etc., *ita ut arbitretur illud, ingenitum*, ipsam esse substantiam. Etenim principiis suis insistens Eunomius mox ait illud *ingenitus* ipsam esse substantiam.

d. Reg. quartus *ἀποσπάσας ἐπ' αὐτήν.*

e. Sic mss. tres. Abest τε a vulgatis.

T. I. p. 223. ἀπαγορεύει μὴ δεῖν καταμερίζειν τὸν θεὸν μηδὲ τὸ μέν τι αὐτοῦ ἀγέννητον, τὸ δὲ γεννητὸν ὑποπτεύειν, μηδ' αὖ ἐγκεῖσθαι ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ νομίζειν αὐτῷ τὸ ἀγέννητον. τούτων δὲ τὸ μάταιον ἀποκνῶ διελέγχειν· ἔοικε γάρ πως συνεξομοιοῦσθαι τῷ ματαιολογοῦντι ὁ ἀντιλέγων. διόπερ οἶμαι ὁ σοφὸς παρεγγυᾷ Σολομὼν
T. I. p. 224. μὴ [a]ἀποκρίνασθαι τῷ ἄφρονι κατὰ τὴν ἐκείνου ἀφροσύνην[1]). [b]τοὺς γὰρ μήτε εἰρημένους μήτε λεχθέντας ποτὲ λόγους ὑπὸ διαίρεσιν ἤγαγεν, ἵνα δόξῃ ἐν πολλοῖς τοῖς ἀπηριθμημένοις καθ' ἕνα μόνον τρόπον οἰκείως ἐξευρίσκειν λεγόμενον τὸ ἀγέννητον. ἡμῖν δὲ ἴσως πλείονος ἔδει λόγου πρὸς τὴν τοῦ ψεύδους παράστασιν, καὶ πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι περ οὐκ οὐσία θεοῦ τὸ ἀγέννητον, εἴπερ τὰ ἐν τῇ διαιρέσει παρ' αὐτοῦ ἀπηριθμημένα μὴ σαφῶς ἐξελήλεγκτο. εἰ γὰρ ἰσχυρῶς εἶχεν ὁ λόγος αὐτῷ, ὅτι οὔτε κατ' ἐπίνοιαν οὔτε κατὰ στέρησιν λαμβάνεται τὸ ἀγέννητον, οὐδ' οὕτω μὲν ἂν πάντως ἀκολουθίαν εἶχε τὸ συναγόμενον. τίς γὰρ ἡ ἀνάγκη ὑπὸ ἓν τῶν ἀπηριθμημένων τὴν ἀγεννησίαν πεσεῖν; οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ὡς ἀναγκαίως συνημμένον τοῖς προάγουσιν ἐπιφέρει τὸ [c]οὐκοῦν εἰ μήτε κατ' ἐπίνοιαν μήτε κατὰ στέρησιν μήτε κατὰ ἄλλον τινὰ τῶν ἀπηριθμημένων τρόπον, αὐτὸ ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος· οὕτως ἡμεῖς ἀντιστρέψαντες εἴπωμεν, ὅτι οὐκοῦν ἐπειδὴ κατ' ἐπίνοιαν θεωρεῖται καὶ στερητικόν ἐστι τὸ ὄνομα, οὐχὶ οὐσία τοῦ θεοῦ τὸ ἀγέννητον. ἕως γὰρ οὐκ ἐλέγχει τὰ εἰρημένα οὐδὲ ταῖς προτάσεσιν ἑαυτοῦ τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν, οὐθεμίαν αὐτῷ χώραν ἕξει τὸ συναγόμενον.

Ὅλως δὲ τὸ οἴεσθαι τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἐξευρηκέναι πόσης ὑπερηφανίας ἐστὶ καὶ φυσιώσεως; σχεδὸν γὰρ καὶ αὐτὸν ἀποκρύπτουσι τῇ μεγαληγορίᾳ τὸν εἰπόντα· ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσομαι τὸν θρόνον μου[2])· οἵ γε οὐχὶ ἀστέρων ἢ οὐρανοῦ καταπολμῶσιν, ἀλλ' αὐτὴν ἐμβατεύειν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων τὴν οὐσίαν ἀλαζονεύονται. ἐξετάσωμεν γὰρ αὐτόν, πόθεν αὐτῆς φησιν ἐν περινοίᾳ γεγενῆσθαι. ἆρ' ἐκ τῆς [d]κοινῆς ἐννοίας; ἀλλ' αὕτη τὸ εἶναι τὸν θεόν, οὐ τὸ τί εἶναι ἡμῖν ὑποβάλλει. ἀλλ' ἐκ τῆς διδασκαλίας τοῦ πνεύματος; ποίας ἢ τῆς ποῦ κειμένης; οὐχ ὁ μὲν μέγας Δαβὶδ, ᾧ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς ἑαυτοῦ σοφίας [e]ἐδήλωσεν ὁ θεός, φανερῶς ὁμολογεῖ τῆς γνώσεως τὸ ἀπρόσιτον, λέγων· ἐθαυμαστώθη [f]ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ· ἐκραταιώθη, οὐ μὴ

1) Prov. 26, 4. 2) Es. 14, 13.

a. Antiqui duo libri μὴ ἀποκρίνεσθαι.

b. Horum verborum τοὺς γάρ etc. haec est sententia: divisionem illam μήτε κατ' ἐπίνοιαν μήτε κατὰ στέρησιν μήτε ἐν μέρει, Eunomius finxit eamque primus evulgavit.

c. Illa οὐκοῦν εἰ ita intellige: Si neque secundum nostram intelligendi ratio-

Deum dividi oportere, aut aliam ipsius partem ingenitam, aliam genitam suspicari, aut rursus arbitrari ingenitum in ipso velut aliud in alio situm esse. Horum autem verborum vanitatem piget me confutare. Videtur enim quodammodo similis fieri ei, qui vana dicit, is, qui contradicit. Quapropter opinor sapiens Salomon admonet, ut ne respondeamus insipienti iuxta insipientiam illius. Quae enim neque dicta neque prolata sunt unquam, ea hic suae divisioni subiecit, ut multis enumeratis invenire videatur ingenitum unico modo proprie dici. Nobis autem fortasse longiori opus esset oratione, ut mendacium detegeremus, ingenitumque substantiam Dei non esse demonstraremus, nisi quae ab eo per divisionem enumerata sunt, iam liquido refutata essent. Nam etiamsi vim haberet allata ab illo ratio, quod neque ex intelligendi modo neque ex privatione ingenitum accipitur; utique ne sic quidem id, quod colligit, consequeretur. Quid enim necesse est sub uno enumeratorum contineri ingenitum? Sed quoniam ipse tanquam aliquid praecedentibus necessario coniunctum infert illud: *Igitur si neque secundum intelligentiam neque secundum privationem neque secundum alium ullum ex enumeratis modum, ingenitum utique ipsamet fuerit substantia ingenita*; nos retorquentes sic dicamus: igitur quoniam ratione consideratur et privativum nomen est, non est substantia Dei ingenitum. Quamdiu enim quae nobis dicta sunt non refutat nec suis propositionibus robur addit, id, quod colligit, nullum locum habebit. T. I. p. 223. T. I. p. 224.

12. In summa quod putat se Dei, qui super omnia est, substantiam ipsam adinvenisse, quantae superbiae est atque elationis? Fere enim iactantia superant vel illum ipsum, qui dixit: *Super astra ponam sedem meam*; qui scilicet non contra stellas aut caelum insurgant, sed ipsam Dei universorum substantiam pervadere se glorientur. Percontemur autem eum, undenam comprehendisse se eam dicat. Ex communine notione? At haec Deum esse, non quid sit, nos admonet. An ex doctrina Spiritus? Quali aut ubi tradita? Nonne magnus ille David, cui occulta absconditaque suae sapientiae Deus manifestavit, palam confitetur inaccessam esse Dei cognitionem, cum dicit: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est; num potero ad eam?*

nem neque secundum privationem neque secundum alios quos enumeravimus intelligendi modos *ingenitum* de Deo dicitur, necesse est ut *ingenitum* ipsa sit ingenita essentia substantiaque.

d. Colb. ἆρα ἐκ τῆς κοινῆς οὐσίας; *An ex communi essentia?* Male.

e. Reg. tertius ἐδήλωσε φανερῶς ὁ θεός, ὁμολογεῖ, non ita recte.

f. Libri veteres ἡ γνῶσις. Articulus in excusis desideratur. Statim in quatuor mss. reperitur interrogationis nota post vocem αὐτήν; *Num potero ad eam?*

T.I. p. 224. δύνωμαι πρὸς αὐτήν[1]); Ἡσαΐας δὲ ὁ ἐν θεωρίᾳ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ γενόμενος τί περὶ τῆς θείας οὐσίας ἐδήλωσεν ἡμῖν; ὅς γε ἐν τῇ περὶ Χριστοῦ προφητείᾳ διαμαρτύρεται λέγων· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται[2]); τί δὲ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Παῦλος ὁ λαλοῦντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστόν, ὁ ἕως τρίτου ἁρπαγεὶς οὐρανοῦ, ὁ τὰ ἄῤῥητα ἀκούσας ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι; τίνα ἡμῖν περὶ οὐσίας θεοῦ διδασκαλίαν ἀφῆκεν; ὅς γε ὅτε εἰς τοὺς μερικοὺς τῆς οἰκονομίας διέκυψε λόγους, οἷον ἰλιγγιάσας πρὸς τὸ τῆς θεωρίας ἀδιεξόδευτον ἐκείνην ἐξεβόησε τὴν φωνήν· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ[3]). εἰ δὲ ταῦτα τοῖς εἰς τὸ τῆς Παύλου γνώσεως μέτρον ἐφθακόσιν ἀνέφικτα, πόσος ὁ τῦφος τῶν ἐπαγγελλομένων εἰδέναι τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν; οὓς ἡδέως ἂν ἐρωτήσαιμι περὶ τῆς γῆς, ἐφ' ἧς ἐστᾶσι καὶ ἀφ' ἧς
T.I. p. 225. γεγόνασι, τί ποτε λέγουσι, τίνα αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἀπαγγέλλουσιν ἡμῖν, ἵνα ἐὰν ἄρα περὶ τῶν χαμαὶ καὶ ὑπὸ τοῖς ποσὶ κειμένων ἀναντιῤῥήτως ἡμῖν διαλεχθῶσι, τότε αὐτοῖς καὶ περὶ τῶν ἐπέκεινα πάσης ἐννοίας διατεινομένοις πιστεύσωμεν. τίς οὖν τῆς γῆς ἡ οὐσία; ποῖος τρόπος τῆς καταλήψεως; ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν, πότερον λόγος ἐφίκετο ταύτης ἢ αἴσθησις; καὶ εἰ μὲν τὴν αἴσθησιν φήσουσι, ποίᾳ τῶν αἰσθήσεών ἐστι καταληπτή; ὁράσει; ἀλλὰ χρωμάτων ἐστὶν ἀντιληπτικὴ αὕτη. ἀλλ' ἁφῇ; καὶ αὕτη σκληρότητος καὶ ἁπαλότητος καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ τῶν τοιούτων ἐστὶ διακριτική, ὧν οὐδὲν ἄν τις οὐσίαν εἴποι μὴ εἰς ἔσχατον παρανοίας ὑπενεχθείς. περὶ γεύσεως δὲ καὶ ὀσφρήσεως τί χρὴ καὶ λέγειν, ὧν ἡ μὲν χυμῶν, ἡ δὲ ἑτέρα τῶν ἀτμῶν τὴν ἀντίληψιν ἔχει; ἀκοὴ δὲ ψόφων ἐστὶ καὶ φωνῶν αἰσθητικὴ τῶν οὐδεμίαν ἐχόντων πρὸς τὴν γῆν οἰκειότητα. λείπεται οὖν τῷ λόγῳ φάσκειν αὐτοὺς τὴν οὐσίαν αὐτῆς εὑρηκέναι. ποίῳ τούτῳ; ποῦ τῆς γραφῆς κειμένῳ; ὑπὸ τίνος τῶν ἁγίων παραδοθέντι;

Ὁ μέν γε περὶ τῆς κτίσεως ἡμῖν διαλεχθεὶς τοσοῦτον ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος[4]), ἐξαρκεῖν ἡγούμενος τὸν ποιήσαντα αὐτὴν καὶ διακοσμήσαντα διαγγεῖλαι, τίς δὲ ἡ οὐσία ταύτης περιεργάζεσθαι ὡς μάταιον καὶ ἀνωφελὲς τοῖς ἀκούουσι παρῃτήσατο. εἰ τοίνυν μήτε τῇ ἐκ τῆς αἰσθήσεως μαρτυρίᾳ μήτε τῇ ἐκ τοῦ λόγου διδασκαλίᾳ ἡ γνῶσις αὐτῆς βεβαιοῦται, πόθεν ἔτι φήσουσι τὴν κατάληψιν αὐτῆς ἐσχηκέναι; τὸ μὲν γὰρ ὅσον αὐτῆς αἰσθητὸν ἢ χρῶμά ἐστιν ἢ ὄγκος ἢ βάρος ἢ κουφότης ἢ

1) Ps. 139 [138. LXX.], 6. 2) Es. 53, 8. 3) Rom. 11, 33. 4) Gen. 1, 1. 2.

Esaias autem dum maiestatem Dei specularetur, quid nobis de divina substantia declaravit? qui proferens de Christo vaticinium testatur his verbis: *Generationem eius quis enarrabit?* Quid vero vas electionis Paulus, qui loquentem in se habebat Christum, qui ad tertium usque caelum raptus est, qui arcana audivit verba, quae non licet homini loqui, quam nobis de substantia Dei doctrinam reliquit? Hic ad particulares providentiae rationes cum respexisset, velut vertigine laborans propter insuperabilem contemplandi difficultatem quasi clamans vocem illam emisit: *O altitudo divitiarum et sapientiae et cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et impervestigabiles viae eius!* Quod si haec illi ipsi, qui ad mensuram cognitionis Pauli pervenerunt, assequi non possunt, quanta est superbia eorum, qui se substantiam Dei profitentur cognoscere? Quos profecto libens interrogaverim, quidnam de terra, in qua commorantur et ex qua nati sunt, dicant, quam eius nobis exponant substantiam; ut si de iis, quae humi sunt ac pedibus subiacent, certo indubitanterque disserant, tunc eis quoque cum de rebus intellectum omnem superantibus sententiam proferunt, fidem habeamus. Quae igitur substantia est terrae? quis comprehensionis modus? Respondeant nobis utrum eam ratio assequatur an sensus? Sed si sensum dicent, quo sensu potest comprehendi? Visune? At hic colores percipit. An tactu? At hic duritiem et mollitiem, calidum et frigidum et alia huiusmodi discernit, quorum nihil ullus nisi in summam dementiam lapsus substantiam dixerit. De gustu vero deque olfactu quid attinet dicere, quorum alter sapores, alter vapores attingit? Auditus denique sonos percipit et voces, quibus nihil est affinitatis cum terra. Reliquum igitur est, ut sermone invenisse se eius substantiam dicant. Quo tandem? et quo loco Scripturae editus est? a quo sanctorum traditus?

T. I. p. 224.

T. I. p. 225.

13. Certe de creatione qui disseruit, tantum docuit nos, Deum in principio fecisse caelum et terram, atque terram fuisse invisibilem et inornatam, satis sibi esse ratus, eum, qui hanc fecit atque exornavit, praedicare; quae vero eius substantia foret, tanquam si fuisset quiddam vanum et audientibus inutile, noluit curiosius investigare. Itaque si neque ex sensuum testimonio neque ex sermonis doctrina cognitio eius constat, unde iam dicent comprehensionem ipsius adeptos esse? Nam quod in ea sensibile est, aut color est aut moles aut gravitas aut levitas aut densitas aut raritas aut durities aut mol-

a. Editi ἀλλὰ ἀφῇ; καὶ αὐτή. At mss. duo ἀλλ' ἀφῇ; καὶ αὕτη.

T. I. p. 225. πυκνότης ἢ χαυνότης ἢ ἀντιτυπία ἢ ἁπαλότης ἢ ψυχρότης ἢ θερμότης ἢ αἱ κατὰ τοὺς χυμοὺς ποιότητες ἢ αἱ κατὰ σχῆμα [a] διαφοραί, ὧν οὐδὲν ἂν οὐσίαν εἴποιεν οὗτοι, οὐδὲ εἰ πάντα ῥᾳδίως λέγοιεν· λόγῳ δὲ πάλιν οὐδενὶ γέγονε θεωρητὴ τῶν σοφῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν. ποῖος οὖν ἔτι τρόπος τῆς γνώσεως [b] ὑπολείπεται; ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν οἱ περιφρονοῦντες μὲν πάντα τὰ ἐν ποσί, διαβαίνοντες δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ πάσας τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις, αὐτῇ δὲ τῇ πρώτῃ οὐσίᾳ διὰ τοῦ νοῦ συναπτόμενοι. ἀλλ' ἔοικεν ὁ τῦφος πάντων εἶναι τῶν ἐν [c] ἀνθρώποις παθῶν χαλεπώτατον, καὶ [d] ὄντως τῷ τοῦ διαβόλου κρίματι περιβάλλειν οἷς ἂν προσγένηται. ὅθεν καὶ οὗτοι οὐδὲ τῆς γῆς, ἣν καταπατοῦσι, τὴν φύσιν ἥτις ἐστὶν ἐπιστάμενοι αὐτὴν ἐμβατεύειν τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων [e] ἀλαζονεύονται. καὶ τοῖς μὲν ἁγίοις αὐτοῦ ὁ θεός, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακώβ, ὧν διὰ τὸ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν τελεῖν καὶ τὸ θεὸς ὀνομάζεσθαι ὡς τι ἐξαίρετον καὶ πρέπον τῇ ἑαυτοῦ μεγαλειότητι προετίμησε, λέγων ἑαυτὸν θεὸν Ἀβραὰμ καὶ θεὸν Ἰσαὰκ καὶ θεὸν Ἰακώβ, τοῦτο γάρ [f] μού ἐστιν ὄνομα αἰώνιον, φησί, καὶ μνημόσυνον γενεῶν γενεαῖς [1]· τούτοις τοίνυν οὐδὲ τὸ ὄνομα ἑαυτοῦ ἐδήλωσεν ὁ θεός, ἤπου γε τὴν οὐσίαν ἥτις ἐστὶν
T. I. p. 226. ἀπεκάλυψεν. ἐγὼ γάρ, φησί, κύριος, καὶ [g] ὤφθην πρὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, θεὸς ὢν αὐτῶν, καὶ τὸ ὄνομά μου οὐκ ἐδήλωσα αὐτοῖς [2]· ὡς μεῖζον δηλονότι ἢ ὥστε ἀνθρωπίνῃ ἀκοῇ [h] χωρηθῆναι. Εὐνομίῳ δέ, ὡς ἔοικεν, οὐ τὸ ὄνομα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν [i] αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ὁ θεὸς ἐνεφάνισε, καὶ τὸ τοσοῦτον ἀπόῤῥητον, ὃ μηδενὶ τῶν ἁγίων ἐφανερώθη, αὐτὸς ἐν βίβλοις γράφων θημοσιεύει καὶ ἐκλαλεῖ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀπερισκέπτως. καὶ τὰ μὲν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκείμενα ἡμῖν ὑπὲρ πᾶσαν γνῶσίν ἐστιν ἀνθρωπίνην, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ὑπερέχει πάντα νοῦν [3]· αὐτὴν δὲ τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ οὐ καταδέχεται ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ ὑπὲρ πᾶσαν γνῶσιν ἀνθρώπων εἶναι.

Οἶμαι δὲ οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν λογικὴν φύσιν ὑπερβαίνειν αὐτῆς τὴν κατάληψιν. λογικὴν δὲ νῦν τὴν ἐν τῇ

1) Exod. 3, 15. 2) Exod. 6, 2. 3. 3) Phil. 4, 7.

a. Editi *διαφοραί, ἢ μέγεθος*. Sed illud *ἢ μέγεθος* delendum censuimus, fidem veterum quatuor librorum sequuti. Nec valde admodum dubito, quin melius absit, cum aliquanto ante vox *ὄγκος* posita sit, quae non raro, ut notum est, idem valet quod vox *μέγεθος*. Accedit etiam, quod has duas voces interpres vetus non agnoverit. Ibidem mss. *οὐδὲν ἄν*. Vocula *ἄν* in editis deerat.

b. Reg. quartus *γνώσεως ὑπολέλειπται*. Ibidem editi *ἀποκρινέσθωσαν ἡμῖν οἱ περιφρονοῦντες πάντα*. Codex Colb. et Regii tres ita ut edidimus.

c. Reg. 4. *τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν*.

d. Potest hic locus, si libet, verti et hoc modo: *et in quibus inest, eos vere diaboli condemnationi obnoxios reddere*. Mox editi *ἧς καταπατοῦσι*. At mss. non pauci *ἣν*.

lities aut frigiditas aut caliditas aut humorum qualitates aut figurae T. I. p. 225. diversitas; quorum hi nihil dixerint substantiam, etiamsi omnia facile soleant affirmare. Rursus nullo sermone sapientium virorum atque beatorum percepta est. Quis igitur iam superest modus comprehensionis? Respondeant nobis qui cuncta, quae sub pedibus sunt, despiciunt, caelum vero et quaslibet caelestes potestates transcendunt, ac ipsi primae substantiae mente coniunguntur. Sed videtur arrogantia omnium humanorum vitiorum gravissimum esse, et quibus inest, eos vere diaboli crimine implicare. Unde etiam hi ne noscentes quidem, qualis sit terrae, quam calcant, natura, ipsam Dei universorum substantiam adire se arroganter asserunt. Et Deus sanctis quidem suis Abraham et Isaac et Iacob, quorum ob totius virtutis perfectionem, quasi hoc fuisset praecipuum quiddam ac maiestati suae conveniens, Deus etiam nominari voluit, Deum Abraham se ipsum appellans et Deum Isaac et Deum Iacob: *Hoc enim nomen meum est aeternum*, inquit, *et memoriale generationum generationibus*. His igitur ne suum quidem nomen declaravit Deus, nedum quae sit sua ipsius essentia revelarit. *Ego enim*, inquit, *Dominus; et visus sum Abraham et* T. I. p. 226. *Isaac et Iacob, Deus existens ipsorum; et nomen meum non indicavi ipsis*; tanquam maius videlicet quam ut humanae aures capiant. At Eunomio, ut videtur, non nomen modo, sed etiam suam ipsam essentiam Deus patefecit; et arcanum tantum, quod nulli sanctorum fuit apertum, ipse in suis libris conscribens prodit ac temere apud omnes homines effutit. Et quae quidem in promissionibus nobis reposita sunt, humanam omnem cognitionem excedunt, et pax Dei intellectum omnem superat; ipsam vero Dei essentiam supra omnem intelligentiam et supra humanam omnem cognitionem esse non vult.

14. Ego vero ipsius comprehensionem non homines solum, sed omnem etiam rationalem naturam excedere arbitror. Nunc autem

e. Editi ἀλαζονεύοντας, negligentia operarum. Aliquanto post Reg. quartus τῇ αὐτοῦ μεγαλειότητι.

f. Reg. quartus γάρ μοι ἐστίν. Infra mss. multi ἦπου τὴν οὐσίαν.

g. Editi et unus codex καὶ ὤφθην τῷ Ἀβραάμ. Alii quinque mss. καὶ ὤφθην πρὸς Ἀβραάμ, et ita editum invenitur apud LXX.

h. Editi et Reg. secundus χωρηθῆναι δυνάμενον. Alii tres mss. χωρηθῆναι μὴ δυνάμενον. Regii duo et Colb. χωρηθῆναι. Εὐνομίῳ, et ita edendum iudicavimus. Et vero illud ὥστε regit infinitivum χωρηθῆναι, nec necesse fuit addere aut δυνάμενον aut μὴ δυνάμενον: imo tum hoc tum illud pariter παρέλκειν obscurum non est.

i. Codex unus αὐτὴν ἑαυτοῦ. Mox editi καὶ τοσοῦτον τὸ ἀπόῤῥητον. Illud ἀπόῤῥητον caret articulo in omnibus nostris codicibus, sed reperitur in quatuor mss. ante vocem τοσοῦτον.

T. I. p. 226. κτίσει λέγω. υἱῷ γὰρ μόνῳ γνωστὸς ὁ πατὴρ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός[1]), καὶ τὸ πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. οὐδεὶς γὰρ οἶδε, φησί, τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα [a]τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ· καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ[2]). τί οὖν ἐξαίρετον τῇ γνώσει τοῦ μονογενοῦς ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος καταλείψουσιν, εἴ περ αὐτοὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἔχουσι τὴν κατάληψιν; οὐ γὰρ δὴ τῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἀγαθότητος καὶ τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ τῷ μονογενεῖ τὴν θεωρίαν προσνείμαντες σύμμετρον ἑαυτοῖς θήσονται τῆς οὐσίας τὴν κατανόησιν. πᾶν γάρ που τὸ ἐναντίον εἰκὸς αὐτὴν μὲν τὴν οὐσίαν ἀπερίοπτον εἶναι παντὶ [b]πλὴν εἰ τῷ μονογενεῖ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· ἐκ δὲ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ θεοῦ ἀναγομένους ἡμᾶς καὶ διὰ τῶν ποιημάτων τὸν ποιητὴν ἐννοοῦντας τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας λαμβάνειν τὴν σύνεσιν. τοῦτο γάρ ἐστι [c]τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, ὃ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ θεὸς ἐφανέρωσεν[3]). ἐπεί γε ὅσα παρὰ τοῖς θεολόγοις περὶ οὐσίας θεοῦ ἀναγεγράφθαι δοκεῖ, τροπολογίαις τισὶν ἢ καὶ ἀλληγορίαις πρὸς ἑτέρας ἐννοίας οἱ λόγοι φέρουσιν. ὥστε εἴ τις ἀβασανίστως κατὰ τὴν πρόχειρον ἐκδοχὴν ψιλῷ παρίστασθαι φιλονεικοίη τῷ γράμματι, πρὸς Ἰουδαϊκοὺς καὶ γραώδεις μύθους ἐκτραπεὶς πτωχὸς παντελῶς τῶν ἀξίων περὶ θεοῦ νοημάτων καταγηράσει. πρὸς γὰρ τῷ ὑλικήν τινα ἐννοεῖν τὴν οὐσίαν τοῦ θεοῦ καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς ἀθέοις τῶν Ἑλλήνων συμφέρεσθαι ἔτι καὶ ποικίλην καὶ σύνθετον ὑπολήψεται ταύτην. ἠλέκτρινον μὲν τὸ ἀπὸ ὀσφύος ἕως ἄνω τὸν θεὸν εἶναι τοῦ προφήτου διηγουμένου, ἐκ πυρὸς δὲ συμβεβλῆσθαι τὰ κάτω[4]), ὁ δὲ μὴ πρὸς ὑψηλοτέρας ἐννοίας ἀναβαίνων διὰ τοῦ [d]γράμματος, ἀλλ' αὐτοῦ που ταῖς σωματικαῖς ἐγκαταμένων ὑπογραφαῖς καὶ τοιαύτην τοῦ θεοῦ τὴν οὐσίαν παρὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ διδαχθείς, πάλιν πῦρ εἶναι τὸν θεὸν παρὰ τοῦ Μωσέως ἀκούσεται[5]), καὶ παρὰ τοῦ σοφοῦ Δανιὴλ πρὸς ἄλλας ὑπολήψεις ἀπενεχθήσεται, καὶ οὕτως οὐ ψευδεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μαχομένας ἀλλήλαις ἐκ τῶν γραμμάτων εὑρεθήσεται τὰς φαντασίας
T. I. p. 227. ἀναλεγόμενος. [e]ἀφεμένοις οὖν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν πολυπραγμοσύνης ὡς ἀνεφίκτου τῇ ἁπλῇ παραινέσει τοῦ ἀποστόλου πειστέον

1) Matth. 11, 27. 2) 1. Cor. 2, 10. 11. 3) Rom. 1, 19. 4) Ezech. 8, 2. 5) Deut. 4, 24.

a. Codices non pauci τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ. Editi et Reg. quintus τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ. Ibidem editi εἰ μὴ πνεῦμα τό. Libri veteres τὸ πνεῦμα.

b. Editi et codex unus πλὴν ἢ τῷ. Alii sex mss. πλὴν εἰ τῷ. Mox editi τῆς σοφίας αὐτοῦ. Illud αὐτοῦ in mss. non invenitur, ob idque delendum censuimus.

c. Illud γνωστὸν τοῦ θεοῦ ita redditum est in Vulgata: *Quod notum est Dei*;

cum dico rationalem, creatam dico. Nam soli Filio notus est Pater T. I. p. 226. et Spiritui sancto. *Nemo enim novit Patrem nisi Filius.* Et *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Nemo enim novit,* inquit, *quae hominis sunt nisi spiritus hominis, qui est in eo, et quae Dei sunt nemo novit nisi Spiritus, qui est ex Deo.* Quid igitur praecipui relinquent Unigeniti cognitioni aut sancti Spiritus, siquidem ipsi ipsam essentiam comprehendunt? Nec enim potentiae, bonitatis ac sapientiae Dei contemplationem Unigenito attribuentes accommodatam sibi esse essentiae intelligentiam putabunt. Nam contra omnino, constat ipsam quidem essentiam nulli nisi Unigenito et Spiritui sancto cogitabilem esse; sed ab operationibus Dei subvectos nos, et per ea, quae condita sunt, Conditorem intelligentes sic bonitatem ac sapientiam eius percipere. De Deo enim notum est, quod cunctis hominibus Deus manifestavit. Nam quae apud theologos de essentia Dei conscripta esse videntur, per quasdam tropologias aut etiam allegorias ad alias notiones ferunt. Quare si quis citra examen secundum sensum magis obvium litterae nudae insistere contendat, ad Iudaicas et aniles fabulas devolutus omnino eius de Deo notionis, quae digna sit, inops consenescet. Nam praeterquam quod materialem quandam essentiam Dei intelliget eaque in re impiis gentibus assentietur, ipsam quoque et variam et compositam animo sibi finget. Cum enim Propheta narret electrinum quidem Deum esse a lumbis usque ad superna, ex igne vero inferna conflata esse; quincunque ad altiorem intellectum per litteram non ascendit, sed corporeis inhaerens descriptionibus et talem esse Dei essentiam ab Ezechiele edoctus rursus Deum ignem esse a Mose audiet, atque a sapiente Daniele ad alias opiniones deducetur, atque hoc pacto non falsas solum, sed inter se etiam pugnantes imaginationes ex Scripturis colligere reperietur. Proinde curiosa essentiae indagatione, tanquam quae captum nostrum superet, relicta credendum nobis est simplici consilio Apo- T. I. p. 227.

apud Erasmum hoc modo: *id quod de Deo cognosci potest.*

d. Reg. quartus *διὰ τῶν γραμμάτων.*

e. Codex unus *ἀφεμένους.* Alii quinque mss. cum vulgatis *ἀφεμένοις*; quam scripturam vitiosam esse Combefisius credidit, et ita hunc locum emendavit, ut pro *ἀφεμένοις* legat *ἀφεμένης.* Fateor quidem hanc emendationem primo aspectu necessariam videri; sed si quispiam rem paulo attentius consideret, lectionem aliam defendi posse fortasse non negabit, tum ob consensum veterum librorum, tum quod vox *ἡμῖν* possit suppleri, hoc modo: *πειστέον ἡμῖν ἀφεμένοις τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ... τῇ ἁπλῇ* etc. *Nobis curiosam essentiae indagationem omittentibus credendum est simplici* etc. Et certe cum Latine dici possit *nobis credendum est Apostolo,* non video cur Graece dici non possit *ἡμῖν πειστέον τῷ ἀποστόλῳ*: quo semel dato vox *ἀφεμένοις* ad vocem *ἡμῖν* aut ad similem referetur. Legitur in uno codice et in vulgatis *λέγοντος πιστευτέον.* Alii mss. habent *πειστέον, λέγοντος.*

T. I. p. 227. λέγοντος· πιστεῦσαι γὰρ δεῖ πρῶτον ὅτι ἔστι θεὸς καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται[1]). οὐ γὰρ ἡ τοῦ τί ἐστιν ἐξερεύνησις, ἀλλ' ἡ τοῦ ὅτι ἐστὶν ὁμολογία τὴν σωτηρίαν [a]ἡμῖν παρασκευάζει. ἐπεὶ οὖν ἀπερινόητος ἀνθρώπου φύσει καὶ ἄῤῥητος παντελῶς ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ ἀποδέδεικται, λειπόμενόν ἐστι περὶ τῆς ἀγεννησίας αὐτῆς τί τέ ἐστι καὶ πῶς ἐπιθεωρεῖται τῷ θεῷ τῶν ὅλων διεξελθεῖν.

Εὑρίσκομεν οὖν λογιζόμενοι, ὅτι οὐκ ἐν τῇ τοῦ τί ἐστιν ἀνερευνήσει ἡ τοῦ ἀγεννήτου ἡμῖν ἔννοια ὑποπίπτει, ἀλλὰ μᾶλλον, ἵνα [b]βιασάμενος εἴπω τὸν λόγον, ἐν τῇ τοῦ ὅπως ἐστίν. ἐξετάζων γὰρ ἡμῶν ὁ νοῦς εἰ ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς ἑαυτοῦ τινα αἰτίαν ὑπερκειμένην ἔχει, εἶτα οὐ δυνάμενος ἐπινοεῖν οὐδεμίαν, τὸ ἄναρχον αὐτοῦ τῆς ζωῆς ἀγέννητον προσηγόρευσεν. ὡς γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀνθρώπων λόγοις, ὅταν λέγωμεν ὅτι ὁ δεῖνα ἐκ τοῦδε γέγονεν, οὐ τὸ τί ἐστιν ἑκάστου, ἀλλὰ τὸ ὅθεν γέγονε διηγούμεθα, οὕτω καὶ ἐν τοῖς περὶ θεοῦ ἡ ἀγέννητος φωνὴ [c]οὐ τὸ τί, ἀλλὰ τὸ μεθαμόθεν αὐτοῦ σημαίνει. οὕτω δὲ ἂν σαφέστερον ὃ λέγω γένοιτο. ὁ εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς τὴν κατὰ σάρκα γενεαλογίαν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐκτιθέμενος καὶ ἀπὸ τῶν τελευταίων ἐπὶ τοὺς πρώτους ἀναποδίζων ἤρξατο μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσήφ, εἰπὼν δὲ τοῦτον μὲν τοῦ Ἡλεί, τὸν δὲ τοῦ Ματθάν, καὶ οὕτω [d]κατὰ ἀνάλυσιν πρὸς τὸν Ἀδὰμ τὴν ἐξήγησιν ἐπανάγων, εἶτα ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς ἄνω καὶ εἰπὼν ὅτι ὁ Σὴθ ἐκ τοῦ Ἀδάμ, ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ θεοῦ, ἐνταῦθα τῆς ἀναβάσεως ἔληξεν, οὐχὶ τὰς οὐσίας τῶν ἀπηριθμημένων δηλῶν ἐν τῇ διηγήσει τῆς ἑκάστου γενέσεως, ἀλλὰ τὰς προσεχεῖς ἀρχὰς ἀφ' ἧς ἕκαστος γέγονεν ἐκτιθέμενος. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνος εἶπεν ὅτι ὁ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ θεοῦ, οὕτως ἡμεῖς ἑαυτοὺς ἐρωτήσωμεν· ὁ δὲ θεὸς ἐκ τίνος; ἆρα οὐχὶ πρόχειρόν ἐστιν ἐν τῇ ἑκάστου διανοίᾳ ὅτι ἐξ οὐδενός; τὸ δὲ ἐξ οὐδενὸς τὸ ἄναρχόν ἐστι δηλονότι, τὸ δὲ ἄναρχον τὸ ἀγέννητον. ὡς οὖν ἐπὶ ἀνθρώπων οὐκ ἦν οὐσία τὸ ἔκ τινος, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων οὐσίαν ἐστὶν [e]εἰπεῖν τὸ ἀγέννητον, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ ἐξ οὐδενός. ὁ δὲ τὸ ἄναρχον οὐσίαν εἶναι λέγων παραπλήσιον ποιεῖ, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐρωτώμενος, τίς ἡ τοῦ Ἀδὰμ οὐσία καὶ τίς ἡ φύσις αὐ-

1) Hebr. 11, 6.

a. Editi et unus codex *σωτηρίαν ἡμῶν*. Alii quinque mss. *ἡμῖν*.

b. Illud *ἵνα βιασάμενος* etc. ita verterat interpres: *ut quasi coactus hōc dicam verbum*. At Combefisius reiecta hac interpretatione hunc locum sic expressit: *ut doctrinam proferre nitar*. Videtur Basilius hoc loco excusare se de minutis illis rebus, quae ad scholas pertinent et ad grammaticam, monetque invitum se his in tricis morari. Ex quo intelligitur interpretationem Trapezuntii a mente Basilii non ita alienam videri, nec tam facile a Combefisio repudiari debuisse.

c. Codex unus *οὐ τὸ τί ἐστιν, ἀλλὰ τό*. Mox editi et unus ms. *οὕτωσὶ δ'*

stoli, qui dicit: *Nam primum credere oportet esse Deum et esse remuneratorem quaerentibus se.* Non enim investigatio, qua perscrutamur quid sit, sed confessio, qua ipsum esse confitemur, salutem nobis conciliat. Quare cum demonstratum sit, essentiam Dei ab humana natura intelligi ac explicari nullo modo posse, reliquum est ut de ipsa ingeneratione inquiramus quid sit, et quomodo eam in Deo universorum speculemur. T. I. p. 227.

15. Reperimus itaque rem reputantes, quod non in scrutatione, qua quid sit scrutamur, ingeniti nobis notio accedit, sed potius, ut coactus sententiam dicam, in scrutatione, qua scrutamur quomodo sit. Nam cum mens nostra expendit, an Deus, qui est super omnia, causam aliquam se superiorem habeat, nec tamen ullam excogitare potest, eius vitam principio carentem ingenitum appellavit. Quemadmodum enim in sermonibus, qui de hominibus instituuntur, cum dicimus: Hic ex illo natus est, non quid sit, sed unde natus sit narramus; sic et in iis qui de Deo habentur sermonibus vox *ingenitus* non quid sit, sed eum ab alio non esse significat. Quod autem dico, id hoc modo fiet magis perspicuum. Lucas Evangelista genealogiam Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi secundum carnem exponens et ab ultimis ad primos rediens incepit quidem a Ioseph; sed ubi dixit hunc Heli esse, hunc vero Mathan, sicque ordine inverso ad Adam usque narrationem perduxit, tum ad superiores progressus, cum dixisset Seth esse ex Adam, Adam vero ex Deo, hic ascensum terminavit. Nec tamen cum uniuscuiusque generationem narraret, eorum, qui enumerati fuerant, indicavit essentias; sed origines proximas, unde unusquisque natus esset, exposuit. Quemadmodum igitur ille dixit Adam ex Deo esse, sic nos nosmetipsos percontemur: Deus autem ex quo? Nonne in uniuscuiusque mente promptum fuerit respondere: ex nullo? Quod autem ex nullo est, utique sine principio est, et quod sine principio est, id ingenitum est. Sicut ergo in hominibus origo ex aliquo non est eorum essentia, sic neque in Deo universorum ipsum ingenitum, quod idem est atque ex nullo esse, eius essentiam dicere possumus. Porro esse sine principio essentiam esse qui dicit, non aliter facit ac si quis interrogatus, quae fuerit essentia Adae et quae

ἄν. Alii mss. οὕτω δ' ἄν.

d. Illud κατὰ τὴν ἀνάλυσιν ita ad verbum vertit interpres: *per resolutionem.* Est autem genus loquendi, quo Graeci uti solebant, cum res aliqua inverso ordine atque praepostero diceretur.

e. Antiqui tres libri οὐ τὰς οὐσίας. Mox editi ἐκθέμενος. At mss. multi ἐκτιθέμενος.

f. Reg. tertius et Colb. ἐστὶν εἰπεῖν τὸ ἐξ οὐδενὸς ὅπερ ἴσόν ἐστι, τῷ ἀγέννητος· ὁ δὲ τὸ ἄναρχον. *Ita neque in universorum Deo illud de substantia licet dicere, quod ex nullo sit, quod idem est atque generationi obnoxium non esse.* Sed praestat legi, ut mihi quidem videtur, ut in aliis codicibus et in impressis libris scriptum invenitur.

T. I. p. 227. τῷ, ὁ δὲ [a]ἀποκρίνοιτο μὴ ἐκ συνδυασμοῦ ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας χειρὸς διαπλασθῆναι. ἀλλ' οὐχὶ τὸν τρόπον τῆς
T. I. p. 228. ὑποστάσεως ἐπιζητῶ, φήσειεν ἄν τις, ἀλλ' αὐτὸ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὑλικὸν ὑποκείμενον, ὃ πολλοῦ δέω μανθάνειν διὰ τῆς ἀποκρίσεως. τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῆς τοῦ ἀγεννήτου φωνῆς τὸ ὅπως τοῦ θεοῦ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν φύσιν διδασκομένοις.

Ὅλως δὲ εἴ τις βούλοιτο τὴν ἀλήθειαν τῶν παρ' ἡμῶν λεγομένων καταμαθεῖν, ἑαυτὸν ἀνερευνάτω, ὅταν τι νοῆσαι τῶν περὶ θεοῦ [b]βουληθῇ, εἰ εἰς τὸ σημαινόμενον τοῦ ἀγεννήτου χωρεῖ. ἐγὼ μὲν γὰρ ὁρῶ, ὅτι ὥσπερ τοῖς ἐπερχομένοις αἰῶσι τὴν διάνοιαν ἐπεκτείνοντες ἀτελεύτητον λέγομεν τὸν οὐδενὶ πέρατι τὴν ζωὴν ὁριζόμενον, οὕτω καὶ εἰς τὸ ἄνω τῶν αἰώνων τοῖς λογισμοῖς ἀναβαίνοντες καὶ οἷον εἴς τι πέλαγος ἀχανὲς ἐπὶ τὸ ἄπειρον τῆς τοῦ θεοῦ ζωῆς διακύπτοντες, οὐδεμιᾶς ἀρχῆς ἀφ' ἧς γέγονε λαβέσθαι δυνάμενοι, ἀλλὰ τοῦ νοουμένου ἐξωτέραν ἀεὶ καὶ ὑπερεκπίπτουσαν τοῦ θεοῦ τὴν ζωὴν ἐννοοῦντες, τοῦτο τὸ ἄναρχον τῆς ζωῆς ἀγέννητον προσειρήκαμεν. αὕτη γὰρ τοῦ ἀγεννήτου ἡ ἔννοια τὸ μὴ ἔχειν ἑτέρωθεν τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι. ὁ δὲ ἐπειδὴ περὶ μόνον τὸν θεὸν τῶν ὅλων τὸ [c]ἀγέννητον θεωρεῖται, κακουργότατα [d]πάντων εἰς τὴν κατὰ τοῦ μονογενοῦς ἥρπασεν αὐτὸ βλασφημίαν. τί γάρ φησι προϊών;

Fabr. p. 272. ΕΥΝ. Ἀγέννητος δὲ ὢν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ἀπόδειξιν οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν, ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως, ἐκφύγοι τε ἂν πᾶσαν σύγκρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν.

ΒΑΣ. Ὦ τῆς ἀναισχύντου καὶ πονηρᾶς βλασφημίας! ὦ τοῦ κεκρυμμένου δόλου καὶ τῆς ποικίλης ῥαδιουργίας! ὡς ἀκριβῶς ἐξ αὐτῆς τοῦ διαβόλου τῆς μεθοδείας φθέγγεται! ἀνόμοιον γὰρ βουλόμενος τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὸν μονογενῆ υἱὸν καὶ θεὸν ἐπιδεῖξαι τὸ μὲν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ὄνομα σιωπᾷ, ἁπλῶς δὲ περὶ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ διαλέγεται, καὶ τὰ τῆς σωτηρίου πίστεως ὀνόματα κρύπτων ψιλὰ παραδίδωσι τῆς βλασφημίας τὰ δόγματα, ἵνα τῆς ἀσεβείας ἐν τοῖς πράγμασι γυμνωθείσης, εἶτα τῆς μεταβάσεως ἐπὶ τὰ πρόσωπα [f]γενομένης, αὐτὸς μὲν μηδὲν δόξῃ δύσφημον εἰρηκέναι, τῇ δὲ τοῦ λόγου ἀκολουθίᾳ κατεσκευασμένην ἔχῃ τὴν βλασφημίαν. ἀγέννητος δὲ ὤν, φησίν, ἐκφύγοι ἂν πᾶσαν σύγ-

a. Reg. quartus *ἀποκρίνοιτο τὸ μή*. Mox mss. *ἐκ τῆς θείας χειρός*. Articulus deerat in vulgatis.

b. Editi et sex mss. *βουληθῇ, εἰς τὸ σημαινόμενον*. Codex Colb. secunda quidem manu, sed antiqua tamen, *βουληθῇ εἰ εἰς τὸ σημαινόμενον, se ipse perscrutetur an procedat ad notionem ingeniti*; et ita legi oportere arbitror, nec ob aliam causam particulam *εἰ* praetermissam fuisse, quam quod librarii *εἰ* cum

ipsius natura, respondeat non ex coitu viri et mulieris, sed divina manu conformatum eum fuisse. At, inquiet quis, non modum, quo subsistat, inquiro, sed ipsum materiale hominis subiectum, quod longe absum ut discam ex responsione. Hoc autem nobis etiam contingit, cum ex ingeniti voce magis quomodo Deus sit, quam quae sit eius natura edoceamur. T. I. p. 227. T. I. p. 228.

16. In summa si quis velit veritatem eorum, quae a nobis dicuntur, perdiscere, se ipse perscrutetur, num ad ingeniti notionem perveniat tum, cum vult aliquid de Deo intelligere. Ego equidem video, quod cogitatione velut in ventura saecula extenta fine carentem dicimus eum, cuius vita nullo fine terminatur; ita etiam dum ad superiora saecula conscendentes cogitatione atque in immensitatem vitae Dei velut in vastum quoddam pelagus intuentes, cum principium nullum unde sit apprehendere possimus, imo cum videamus Dei vitam ultra omne, quod intelleximus, semper extendi ac protrahi, hoc, quod in illius vita principio caret et origine, ingenitum vocavimus. Haec est enim vocis *ingeniti* notio, non habere aliunde existendi principium. At Eunomius, quoniam in solo universorum Deo ingenitum inspicitur, facinorosissime omnium hoc ad Unigeniti blasphemiam rapuit. Quid enim progrediens ait?

Eun. Ingenitus autem cum sit, ut superius demonstravimus, nunquam potest generationem admittere, adeo ut suam ipsius naturam communicet cum genito, sed omnem comparationem ac participationem cum genito fugiet. Fabr. p. 272.

Bas. O impudentem et improbam blasphemiam! O occultum dolum et multiplicem versutiam, quam diligenter ex ipso diaboli artificio loquitur! Nam quia dissimilem Deo ac Patri unigenitum Filium ac Deum vult ostendere, Patris et Filii nomen silentio praetermittit ac simpliciter de ingenito et genito disserit. Quin et occultatis salutiferae fidei nominibus blasphemiae dogmata nuda tradit, ut denudata in ipsis rebus impietate ac deinde facto ad personas transitu videatur ipse nihil dixisse blasphemi, sed orationis serie blasphemiam concinnatam habeat. Ingenitus autem cum sit, inquit, effugit utique omnem

εἰς confuderint ultimamque vocalem scribere satis habuerint.

c. τὸ ἀγέννητον θεωρεῖται, *consideratur ingenitum*, hoc est *ratio ingeniti, proprietas ingeniti, notio ingeniti, et eius natura.*

d. Editi πάντως. Codex Colb. et alii quidam mss. πάντων. Mox duo mss. εἰς τὴν τοῦ.

e. Editi ὦ τοῦ ἀναισχύντου. At mss. ὦ τῆς.

f. Editi γινομένης. Libri antiqui γενομένης. Mox Reg. tertius αὐτὸς μὲν μὴ δόξῃ.

T.I. p. 228. κρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν. οὐκ εἶπεν ὅτι πατὴρ καὶ υἱός, ἀλλ' [a]ἀγέννητος καὶ γεννητός. ἓν μὲν δὴ αὐτοῦ τοῦτο τοιοῦτον κακούργημα· ἕτερον δὲ ποῖον σκοπεῖτε. ἀγγέννητος δὲ ὤν, φησίν, οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν· καὶ ἐπάγει· ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως. τὸ οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν δύο σημαίνει, ἓν μὲν ὅτι τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ φύσει οὐκ [b]ἐφαρμόζει γέννησις (ἀδύνατον γὰρ ὑπὸ γέννησιν ἐλθεῖν τὴν ἀγέννητον φύσιν), ἕτερον δὲ ὅτι γεννῆσαι οὐ [c]καταδέχεται. οὗτος μὲν οὖν κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον ἐχρήσατο τῇ φωνῇ, συναρπάζει δὲ τοὺς πολλοὺς ἐκ τῆς προτέρας ἐννοίας. ἐπεὶ ὅτι γε τοῦτό ἐστι τὸ κατασκευαζόμενον, σαφῶς τὸ ἐπιφερόμενον δείκνυσιν. εἰπὼν γὰρ
T.I. p. 229. ὅτι οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο γέννησιν, ἐπήγαγεν· ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως. τῇ γὰρ δευτέρᾳ [d]ἐννοίᾳ τοῦτό ἐστιν ἀκόλουθον, ὅτι οὐ καταδέχεται γενέσθαι πατήρ, ἵνα μὴ μεταδῷ τῆς ἰδίας φύσεως τῷ γεννωμένῳ. τίς ἂν γένοιτο τῆς ἀσεβείας ταύτης χαλεπωτέρα; τίς ἐλάλησε τοσαύτην ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ποτέ;

T. I. p. 230. τε οὗτος προλαβὼν ἔφησε, καὶ τὸ εἰκὸς οὕτως ἔχει, ἐπειδήπερ τὸ μεῖζον ἐν τοῖς μεγέθησι τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον καὶ τὸ ἔλαττον καὶ ἴσον· τὰ δὲ ἀπερίληπτα τῷ μεγέθει, μᾶλλον δὲ ἀμεγέθη καὶ ἄποσα παντελῶς, τίς ἂν ἀλλήλοις παραμετρήσειεν; ὧν δὲ ἀμήχανος ἡ παράθεσις, τίνι ἂν τρόπῳ ἐν τούτοις τὸ ὑπερβάλλον ἐπιγνωσθείη; δυνάμει δὲ λέγειν ἐλλείπειν τὸν Χριστὸν τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, κομιδῇ νηπίων καὶ οὐδὲ κατακουόντων τῆς φωνῆς [a]τοῦ κυρίου λέγοντος· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[1]), καὶ τὸ ἓν ἀντὶ τοῦ κατὰ τὴν δύναμιν ἴσου παραλαμβάνοντος, ὡς ἐξ αὐτῶν δείξομεν τοῦ εὐαγγελίου τῶν ῥημάτων. εἰπὼν γὰρ περὶ τῶν πιστευσάντων, ὅτι οὐ μή τις ἁρπάσῃ ἐκ τῆς χειρός μου, καὶ ὅτι ὁ πατήρ, ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός μου[2]), ἐπήγαγεν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν, σαφῶς τὸ ἓν ἀντὶ τοῦ ἴσου καὶ ταὐτοῦ κατὰ δύναμιν παραλαμβάνων. ἀλλὰ μὴν εἶγε καὶ ὁ θρόνος [b]ὁ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ οὖν ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν, ἀξιώματός ἐστιν ὄνομα, ἡ ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς ἀφωρισμένη τῷ υἱῷ καθέδρα τί ποτε ἕτερον καὶ οὐχὶ τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας ἀποσημαίνει; ἀλλὰ καὶ ἦξειν ὁ κύριος ἐπαγγέλλεται ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρός[3]). λείπεται τοίνυν κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον ἐνταῦθα τὸ μεῖζον λέγεσθαι. ἐπειδὴ γὰρ [c]ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἡ ἀρχὴ τῷ υἱῷ, κατὰ τοῦτο μείζων ὁ πατήρ, ὡς αἴτιος καὶ ἀρχή. διὸ καὶ ὁ κύριος οὕτως εἶπεν· ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι[4]), καθὸ πατὴρ δηλονότι. τὸ δὲ πατὴρ τί ἄλλο σημαίνει ἢ οὐχὶ τὸ αἰτία εἶναι καὶ ἀρχὴ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντος; ὅλως δὲ οὐσία οὐσίας καὶ κατὰ [d]τὴν ὑμετέραν σοφίαν μείζων καὶ ἐλάττων οὐ λέγεται, ὥστε καὶ κατὰ τούτους καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν οὐδενὶ ἂν τρόπῳ τὴν κατ' οὐσίαν ὑπεροχὴν ὁ προκείμενος λόγος τοῦ μείζονος ἐμφαίνοι. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατ' ὄγκον φαίη ἂν αὐτὸς οὗτος μείζονα [e]τὸν Θεὸν πατέρα, ὅ γε ἀποφηνάμενος μὴ χρῆναι περὶ τὸν Θεὸν ὑπονοεῖν πηλικότητα. ὑπόλοιπος οὖν ἐστιν ὁ παρ' ἡμῶν λεχθεὶς τοῦ μείζονος τρόπος, ὁ τῆς ἀρχῆς λέγω καὶ τῆς αἰτίας. ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ μεῖζον ἐπιχείρησις αὐτοῦ τῆς βλασφημίας τοιαύτη·

Ἐκεῖνο δὲ θαυμάσαι ἄξιον, ὅτι οὕτως ἐν βραχεῖ πρὸς τοὺς ἐναντιωτάτους λόγους περιτρεπόμενος, καθάπερ ἀορασίᾳ τινὶ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς πεπληγμένος, συνιδεῖν [f]τὴν ἐν τοῖς λεχθεῖσι μάχην οὐκ ἐδυνήθη, ἵνα φανῇ τοσοῦτον ξένος ὢν τῆς τοῦ Θεοῦ

1) Ioan. 10, 30. 2) Ioan. 10, 28. 29. 3) Matth. 16, 27. 4) Ioan. 14, 28.

a. Editi τῆς φωνῆς τῆς κυρίου. Libri veteres τῆς φωνῆς τοῦ κυρίου.

b. Antiqui duo libri θρόνος τοῦ θεοῦ. Ibidem editi ὥσπερ οὖν ἡμεῖς. Illud

in magnitudine *maius* tantum sit, quantum et minus et amplius. Quae enim magnitudine non possunt comprehendi, imo potius quae magnitudine ac quantitate omnino carent, ea quis possit inter se dimetiri? quae autem non queunt inter se comparari, quomodo in iis id, quod excedit, cognoscetur? Dicere autem Christum Dei potentiam potentia inferiorem esse, valde puerile est, et eorum, qui ne audierunt quidem vocem Domini, qui dixit: *Ego et Pater unum sumus*, quique illud *unum* pro aequalitate potentiae accepit, ut ex ipsis Evangelii verbis ostendemus. Cum enim dixisset de iis, qui crediderant: *Nullus eos e manu mea rapiet*; et *Pater, qui mihi dedit, maior omnibus est*; et *Nullus e manu Patris mei potest rapere*, adiunxit: *Ego et Pater unum sumus*, sic ut aperte *unum* pro aequalitate ac identitate potentiae accipiat. Praeterea si Dei sedes, ut nos credimus, dignitatis nomen est, illa Filio a dextris Patris assignata sedes quidnam aliud quam dignitatis aequalitatem significat? Quin et Dominus in gloria Patris venturum se pollicetur. Reliquum est igitur, ut vox *maius* hic secundum causae rationem dicatur. Nam quoniam a Patre origo est Filii, hoc maior est Pater, quod causa sit et principium. Quapropter et Dominus sic dixit: *Pater meus me maior est*, prout Pater videlicet. Illud autem *Pater* quid aliud indicat nisi causam atque originem esse eius, qui ex ipso genitus est? Denique secundum vestram sapientiam substantia ipsa substantia non dicitur maior aut minor. Quare et secundum illos ipsos et secundum veritatem ipsam vox *maioris*, quae usurpata est, nullo pacto praestantiam secundum substantiam significat. Nec vero hic ipse Deum Patrem maiorem dixerit secundum molem, qui scilicet statuerit quantitatem in Deo intelligi non oportere. Superest igitur is quem nos diximus *maioris* modus, principii inquam et causae. Quam itaque blasphemiam circa vocem *maius* tentavit, ea eiusmodi est. T. I. p. 226.

26. Illud autem admiratione dignum, quod sic in paucis ad sermones perquam inter se contrarios delapsus oculis animi velut quadam caecitate perculsis verborum inter se pugnam intelligere non potuit, planum ut sit ac conspicuum, eum tam alienum esse a Dei pace, quam

οὖν in aliquibus mss. deest.

c. Reg. quartus παρὰ τοῦ.

d. Editi et Reg. secundus κατὰ τὴν ἡμετέραν. Alii quatuor mss. κατὰ τὴν ὑμετέραν.

e. Editi μείζονα τὸν πατέρα. ὅγε ἀποφαινόμενος. Colb. cum Reg. tertio uti legere est in contextu.

f. Libri veteres τὴν ἐν τοῖς. Illud τήν in editis desideratur.

T. I. p. 236. εἰρήνης, ἣν ὁ κύριος ἡμῶν τοῖς γνησίως καὶ ἀβόλως εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσιν ἀφῆκεν, εἰπών· εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν[1])· ὥστε οὐχὶ τοῖς ἄλλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ διαμάχεται. μείζονα γὰρ εἰπὼν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ τοῖς τὸ ἴσον λέγουσι μανίαν ἐπικαλέσας, ὡς αὐτὸς ἀναντιῤῥήτους ἔχων τούτου τὰς ἀποδείξεις, μικρὸν ὑποβὰς σκέψασθε οἷα γράφει.

Fabr. p. 276 extr. ΕΥΝ. Ἀλλ' ὅτι μὲν εἷς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἀσύγκριτος, πλειόνων ὄντων τῶν παραλελειμμένων ἀποχρῆν ἡγοῦμαι καὶ τὰ ῥηθέντα πρὸς ἀπόδειξιν.

T. I. p. 237. ΒΑΣ. Ἐρωτάσθω τοίνυν, εἰ ἀσύγκριτος ὁ Θεός, πόθεν αὐτοῦ ἡ ὑπεροχὴ κατελήφθη; τὸ γὰρ μεῖζον ἐκ τῆς πρὸς τὰ ὑπερεχόμενα παραθέσεως θεωρεῖται. πῶς οὖν ὁ αὐτὸς καὶ μείζων ἐστὶ καὶ ἀπαράθετος; ἀλλ' ἵνα μὲν παρηλλαγμένην τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν πρὸς τὴν τοῦ μονογενοῦς ἐπιδείξῃ, [b]συγκριτικῶς λεγόμενον τὸ μεῖζον εἰς τὴν τῆς οὐσίας διαφορὰν ἐξεδέξατο· ἵνα δὲ πάλιν εἰς τὸ ὁμότιμον τῇ κτίσει τὸν μονογενῆ καταγάγῃ, ἀσύγκριτον εἶναι τὸν πατέρα νομοθετεῖ, καινήν τινα καὶ ἀσύγκριτον ὄντως τὴν ὁδὸν τῆς βλασφημίας ἐπινοῶν, ἐν προσποιήσει δὴ τοῦ ὑψοῦν καὶ ἐξαίρειν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ Θεοῦ τὴν δόξαν καταισμικρύνων, τοῦ κυρίου διαμαρτυρουμένου καὶ λέγοντος· ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα[2]), καὶ ὁ ἀθετῶν ἐμὲ οὐκ ἐμὲ ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν πέμψαντά με[3]). ἀλλ' ὁ ἐχθρὸς τῆς ἀληθείας ὁ ἐνεργῶν τὰ τοιαῦτα λέγειν καὶ γράφειν αὐτοῖς [a]εἶδεν ἐκεῖνο ὅτι εἰ πρὸς τὴν σύνεσιν αὐτοὺς τῆς τοῦ μονογενοῦς δόξης ἀποτυφλώσειε, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς γνῶσιν συναφαιρήσεται· ὥστε εἰ καὶ δοκοῦσιν ὑπερβολάς τινας νέμειν τῷ Θεῷ καὶ πατρί, μηδὲν αὐτοῖς ὄφελος εἶναι τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγούσης ὁδοῦ τὴν γνῶσιν ἀφῃρημένοις. ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι δοξάζειν τὸν Θεὸν οἴονται, καὶ Ἑλλήνων τις ἀκούσεται βουλομένων τι μέγα περὶ Θεοῦ λέγειν· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄν τις εἴποι μεγαλύνειν αὐτοὺς τὸν Θεὸν ἄνευ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, δι' οὗ ἡ προσαγωγὴ τῆς γνώσεως ἐστιν.

Ἀσύγκριτον οὖν τὸν Θεὸν λέγει, ἵνα δείξῃ τὸν υἱὸν ἴσον ὄντα τῇ κτίσει ἐν τῷ ὁμοίως τῆς δόξης τοῦ πατρὸς ἀπολείπεσθαι· [d]διότι τὰ ἴσῳ μέτρῳ ὑπερεχόμενα ἴσα ἀλλήλοις ἀναγκαίως ἐστί. τοσοῦτον δὲ ὑπερέχεται κατὰ τὸν [c]τούτου λόγον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ μονογενὴς υἱός, ὅσον καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. τοιοῦτον

1) Ioan. 14, 27. 2) Ioan. 5, 23. 3) Luc. 10, 16.

a. Reg. tertius in margine manu paulo recentiore ἐπεγκαλέσας.

b. [Mar.: *Illud* maius, *quod comparative dicitur.*]

Dominus noster iis, qui vere ac sincere in ipsum crediderunt, reliquit, dicens: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*, ut non cum aliis solum, sed secum etiam ipse pugnet. Nam ubi Deum et Patrem dixit unigenito Filio maiorem, et eos, qui aequalem dicunt, dementiae insimulavit, quasi suppeterent sibi ea de re demonstrationes, quibus non possit contradici, paululum progressus qualia scribat, expendite. T. I. p. 236.

Eun. Verum quod unus sit universorum Deus ingenitus atque incomparabilis, pluribus omissis ea, quae dicta sunt, puto sufficiunt ad demonstrationem. Fabr. p. 276 extr.

Bas. Interrogetur itaque: si incomparabilis est Deus, unde praestantia eius comprehensa est? Quippe id, quod maius est, ex comparatione eorum, quae superantur, aestimatur. Qui igitur fieri potest ut idem et maior sit et incomparabilis? Verum ut Dei substantiam ab Unigeniti substantia diversam ostenderet, illud *maius* ceu comparative usurpatum pro substantiae diversitate accepit; rursus, ut ad creaturae aequalitatem Unigenitum detrudat, Patrem sancit esse incomparabilem. Novam quidem ac vere incomparabilem blasphemiae viam commentus est, qui interea dum exaltare se ac extollere Deum et Patrem simulat, imminuat Unigeniti Filii et Dei maiestatem; quamquam Dominus testatur ac dicit: *Qui non honorat Filium, Patrem non honorat, et qui me contemnit, non me contemnit, sed eum, qui me misit.* Sed veritatis inimicus, cuius opera ac impulsu isti haec dicunt scribuntque, illud vidit, quod si eos circa gloriae Unigeniti cognitionem excaecarit, etiam ipsius Dei ac Patris cognitionem simul ablaturus esset; ut etiamsi videantur praerogativas quasdam Deo ac Patri attribuere, nullum tamen inde emolumentum consequantur, cum eis eius viae, quae ad ipsum ducit, adempta notitia sit. Nam et Iudaei gloria Deum afficere se putant, et audias Gentiles nonnullos, qui aliquid velint magni de Deo dicere; sed ab iis absque fide in Christum, per quem ad cognitionem accessus fit, Deum magnificari dixerit nemo. T. I. p. 237.

27. Incomparabilem igitur dicit Deum, ut Filium in eo creaturis aequalem esse ostendat, quod pariter abest a maiestate Patris. Quae enim aequali superantur mensura, aequalia inter se necessario sunt. Tantum autem superatur secundum huius sententiam a Deo et Patre unigenitus Filius, quantum et aliorum singula. Nam quod comparari

c. Reg. quartus *οἶδεν ἐκεῖνο, novit illud*, et ita quoque legitur in Colbertino, sed secunda manu. . . . .

d. Codex unus *διὸ τά*. Alii duo *διότι καὶ τά*.

e. Codices aliquot *τὸν τούτων, uti sentiunt Eunomiani.*

T. I. p. 237. γάρ ἐστι τὸ ἀσύγκριτον, ὃ πᾶσιν ὁμοίως ἐστὶν ἀπροσπέλαστον καὶ ἀνέφικτον. [a]εἰ δὲ ἴσον τοῖς ἄλλοις τοῦ πατρὸς ἀπολείπεται, ἴσος ἐκείνοις ἐστί, μεθ' ὧν ἀπολείπεται. τί οὖν τῆς βλασφημίας ταύτης χεῖρον εἶποιεν ἂν Ἰουδαῖοι; τί δὲ τῶν ἐθνῶν λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν; καὶ ἐρυθριῶσιν οἱ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον πρεσβεύειν σχηματιζόμενοι, Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι φίλα καὶ [b]προσήγορα διδάγματα προτεινόμενοι. εἰ γὰρ μὴ [c]συγκρίνεται τῷ Θεῷ καὶ πατρί, ὥσπερ οὔτε ἄγγελοι οὔτε οὐρανὸς οὔτε ἥλιος οὔτε γῆ οὔτε τῶν ἐν αὐτῇ ζώων τε καὶ φυτῶν ἕκαστον· πῶς μὲν τὴν διαφορὰν ἕξει πρὸς τὰ οἰκεῖα κτίσματα; πόθεν δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν γεννήσαντα ἡ οἰκειότης; ἐγώ, φησί, καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν[1])· πάλιν γὰρ τοῦ αὐτοῦ [d]μνημονεύσωμεν. τοῦτο, εἰπέ μοι, οὐχὶ συγκρίνοντος ἑαυτὸν ἐστι τὸ ῥῆμα; τί λέγω συγκρίνοντος; ἑνοῦντος μὲν οὖν, ὡς εἰπεῖν, καὶ τὸ τῆς φύσεως [e]ἀπαράλλακτον παριστῶντος ἐντεῦθεν· ὁ δὲ ἀσύγκριτον εἶναι τὸν Θεὸν ἀποφαίνεται. καὶ ἡ μὲν ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοὺς [f]ἀνθρώπους, καθόσον
T. I. p. 238. ἐσμὲν χωρητικοί, διὰ τῆς μελέτης καὶ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἀγαθῶν ἔργων τῇ πρὸς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ὁμοιώσει προσάγει, ἐν οἷς φησι· γίνεσθε τέλειοι καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν[2])· οὗτος δὲ τὸν μονογενῆ [g]τὴν ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπάρχουσαν πρὸς τὸν γεννήσαντα οἰκειότητα τὸ εἰς αὐτὸν ἧκον ἀποστερεῖ. καίτοι [h]καὶ οὕτως αὐτῷ εἰς τὸ ἐναντίον ὁ λόγος περιτραπήσεται. εἰ γὰρ ἀσύγκριτος ὁ πατήρ, πόθεν λαβὼν τῆς ἀνομοιότητος τοῦ υἱοῦ τὰς ἀποδείξεις παρέξεται; εἰ μὲν γὰρ ἀντιπαρεξετάζων τὰς οὐσίας ἀλλήλαις εὑρηκέναι φήσει τὸ ἀνόμοιον, πῶς ἀσύγκριτος ὁ τοιοῦτος; εἰ δὲ οὐδὲ συγκρίνεται [i]τὴν ἀρχήν, πῶς ἐπιγνῶναι τὸ διάφορον ἠδυνήθη; οὕτως ἔοικε τὸ κακὸν οὐ τῷ ἀγαθῷ ἐναντιοῦσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ [k]ἑαυτῷ.

1) Ioan. 10, 30. 2) Matth. 5, 48.

a. Editi εἰ δὲ τὸ ἴσον. At mss. antiquiores εἰ δὲ ἴσον.

b. Illud φίλα καὶ προσήγορα, si mavis, ita cum Combefisio interpretare: *iucunda ac faventia.*

c. Dissident quidem inter se editi et libri veteres, sed ita ut sententia eadem semper remaneat. Editi συγκρίνοιτο τῷ πατρί. Codex unus συγκρίνεται τῷ Θεῷ πατρί. Alius συγκρίνεται τῷ Θεῷ καὶ πατρί, et ita loqui solet Basilius. Denique alii duo mss. συγκρίνεται τῷ πατρί.

d. Editi μνημονεύσομεν. Codices tres μνημονεύσωμεν, recte.

e. Illud τὸ ἀπαράλλακτον non qualemcunque similitudinem significat, sed eam, quae omnis dissimilitudinis expers sit, sic ut idem sit quod *identitas* apud theologos.

f. Hunc locum ita Trapezuntius verterat: *omnes homines perducit*; in quo a Combefisio iure reprehenditur, quod vocem *omnes* de suo addiderit.

g. Editiones Ven. et Basil. et Stephani et sex mss. τὴν ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπάρχουσαν .... οἰκειότητα. Editio Paris. et Reg. secundus τῆς ἐκ φύσεως αὐτῷ ὑπαρχούσης .... οἰκειότητος, et ita legendum esse censet Ducaeus. Sed ipsum

non potest, id eiusmodi est, ut omnibus pariter inaccessum sit atque impervium. Quare si Filius a Patre aeque distat atque res aliae, aequalis est iis, quibuscum ab illo distat. Quid igitur hac blasphemia peius dixerint Iudaei? quid deterius ex gentibus audire possumus? Nec pudet eos, qui se Verbum Dei colere fingunt, Iudaeis ac Gentilibus iucunda documenta atque familiaria proponere. Nam si Deo et Patri non comparatur, quemadmodum neque angeli neque caelum neque sol neque terra neque animalium quae in ea sunt ullum neque plantarum ulla; quomodo a propriis creaturis erit diversus? contra unde illi cum Patre coniunctio? *Ego,* inquit, *et Pater unum sumus.* Rursus enim eiusdem dicti faciamus mentionem. Hoc, dic mihi, nonne verbum est comparantis se ipsum? Quid dico comparantis? imo unientis, ut ita dicam, et naturae similitudinem integerrimam hinc declarantis. Hic vero incomparabilem esse Deum statuit. Et bonitas quidem Dei ac Salvatoris nostri Iesu Christi homines, prout capere possumus, per studium ac exercitationem bonorum operum eo adducit, ut fiant Deo universorum consimiles, dum dicit: *Sitis perfecti sicut et Pater vester caelestis perfectus est*; hic autem Unigenitum naturali cum Patre coniunctione quantum in ipso est privat. Sed et haec ratio sic adversus hunc ipsum retorquebitur. Etenim si incomparabilis est Pater, unde Filium dissimilem esse demonstrabit? Et vero si ex essentiarum inter se comparatione dissimilitudinem invenisse se dicturus est, qui fieri potest ut incomparabilis sit qui talis est? Sin autem ne comparatur quidem ullo modo, quomodo potuit diversitatem cognoscere? Sic malum non bono solum videtur adversari, sed ipsum etiam sibi ipsi.

T. I. p. 237.

T. I. p. 238.

audire praestat. *Solet enim,* inquit, *ex regulis grammatices* στερέω *genitivo rei iungi, qua privatur aliquis, ut* στερεῖσθαι κεφαλῆς, στερεῖσθαι τῆς πόλεως, *capite vel urbe privari.* Sed non animadvertit vir alioqui doctissimus, aliud multo esse solere aliquid fieri, aliud semper fieri. Verba autem privativa solent quidem genitivo rei iungi, sed id non semper fieri constat; imo non raro regunt duos accusativos. Quare nullam video causam, cur editiones veteres tot codicum numero suffultas sequi nobis non liceat. Lege Thesaurum. Veteres aliquot libri *ὑπάρχουσαν πρὸς τὸν γεγεννηκότα.*

h. Editi *καὶ οὗτος.* Libri antiqui *καὶ οὕτως.* Vox *τοιοῦτος,* quae aliquanto post legitur, hoc loco debet sumi pro eo, qui comparatur ac conferitur cum alio.

i. Illud *τὴν ἀρχήν* non raro sumitur adverbialiter pro eo, quod est *initio, omnino* etc., nec debuerat interpres sic vertere: *Quod si nec initium quidem comparationis habet.*

k. Post vocem *ἑαυτῷ* in Regiis primo, secundo et sexto sequuntur: *οὗ γέγοιτο λυτρῶσαι ἡμᾶς χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας*; quorum verborum interpretationem Latinam cum vidisset Ducaeus in editione Parisiensi, conquestus est Graeca ex suo codice Regio addita non fuisse. Sed ea in re viro doctissimo assentiri non queo, cum eiusmodi clausulas a librariis addi solitas nemo, qui paulummodo in veteribus libris legendis versatus sit, ignoret.

ΠΡΟΣ ΕΥΝΟΜΙΟΝ
ΛΟΓΟΣ Β΄.

Περὶ υἱοῦ.

T. I. p. 238. Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ θεοῦ τῶν ὅλων λόγοις ὑποκατασκευάσας ὅσον ἐδύνατο τὰς εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ βλασφημίας αὐτῷ λοιπὸν ἐπαφῆκε τῷ μονογενεῖ θεῷ τὴν γλῶσσαν. τί γάρ φησι;

Fabr. p. 277. ΕΥΝ. Καὶ εἷς υἱός· μονογενὴς γάρ. περὶ οὗ ἐνῆν μὲν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς παραθέμενον, δι' ὧν υἱὸν καὶ γέννημα καὶ ποίημα καταγγέλλουσι, ταῖς τῶν ὀνομάτων διαφοραῖς καὶ τὴν τῆς οὐσίας παραλλαγὴν ἐμφανίσαντας, ἀπηλλάχθαι φροντίδων καὶ πραγμάτων· διὰ δὲ τοὺς σωματικὴν τὴν γέννησιν ὑπολαμβάνοντας καὶ ταῖς ὁμωνυμίαις προσπταίοντας ἀναγκαῖον ἴσως καὶ περὶ τούτων διὰ βραχέων εἰπεῖν.

ΒΑΣ. Ταῦτα [b]μὲν ὁ Εὐνόμιος· ἐγὼ δέ, εἰ μὲν οὕτω χρὴ διανοεῖσθαι περὶ τοῦ λόγου παντὸς ὡς πλάσματος, οἷα ἐν τοῖς διδασκαλείοις τῆς ματαιότητος εἰς μελέτην τοῦ ἐν τῷ ψεύσματι πιθανοῦ τοῖς μειρακίοις προβάλλεται (ἐπειδὴ καὶ παραπλησίως ἐκείνοις πάντα σκιαμαχίᾳ προσέοικε, πρὸς κατηγόρους τε μάχῃ μὴ ὑφεστῶτας, καὶ ἀπολογία πρὸς κατηγορίαν οὐ προῤῥηθεῖσαν, [a]καὶ λόγος πρὸς δικαστὰς τοὺς οὐδαμοῦ φαινομένους), εἰ οὕτω χρὴ καὶ τούτων ἀκούειν, αὐτός τε ἀφίημι τὴν ἐξέτασιν καὶ παντὶ παραινῶ μηδὲν τῶν εἰρημένων περιεργάζεσθαι· εἰ δὲ μεῖζόν ἐστι τὸ ἐπάγγελμα, καὶ πολλοῖς [a]γέγονεν ὑπόνοια εἶναί τινα παρ' αὐτῷ τῆς ἀληθείας φροντίδα, ἀνάγκη πᾶσα τῶν εἰρημένων ἕκαστον διευθύ-
T. I. p. 239. νειν εἰς δύναμιν. τίς ἂν οὖν τρόπος τῆς ἐξετάσεως δικαιότερος γένοιτο, ἢ τοῖς [a]διδάγμασι τοῖς παρὰ τοῦ πνεύματος ἡμῖν δεδομένοις τὸν λόγον συγκρίνοντας ὃ μὲν ἂν ἐκείνοις συμφωνοῦν εὕρωμεν καταδέχεσθαι, τῷ δὲ ἐναντίως ἔχοντι ἀπιστεῖν καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀποφεύγειν;

Πρῶτον τοίνυν ἐκεῖνο δεικνύτω, τίνες τῶν ἁγίων γέννημα καὶ ποίημα τὸν Χριστὸν προσευρήκασι. ποίας ἔχει φωνὰς τῶν γραφῶν εἰς ἀπόδειξιν; εἰ γὰρ τῇ τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνῇ τῇ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀναγεγραμμένῃ ἐπιστηρίζοιτο, ἔνθα φησί· γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ὅτι κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ἐποίησεν ὁ θεός, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε[1]),

1) Act. 2, 36.

a. Regii primus et sextus τοῦ αὐτοῦ λόγος β. ἀνατροπὴ τοῦ ἀθέου δόγματος τοῦ Εὐνομίου. Eiusdem liber secundus. Eversio impii dogmatis Eunomii. Reg. secundus τοῦ αὐτοῦ περὶ υἱοῦ λόγος δεύτερος, ἀνατροπὴ etc. ut supra.

ADVERSUS EUNOMIUM

LIBER SECUNDUS.

De Filio.

1. Itaque posteaquam in iis quos de Deo universorum habuit sermonibus praestruxit quoad potuit in Dei Filium blasphemias, deinceps in ipsum unigenitum Deum immittit linguam. Quid enim dicit? T.I. p. 238.

Eun. Et unus Filius. Unigenitus enim, de quo sanctorum voces, per quas Filium et genituram et creaturam praedicant, si protulissemus, sic poteramus substantiae etiam diversitate per nominum diversitatem declarata curis liberi esse atque negotiis. Sed propter eos, qui generationem corpoream intelligunt et quibus voces ambiguae sunt offensioni, necesse forte fuerit de iis etiam pauca dicere. Fabr. p. 277.

Bas. Haec quidem Eunomius. Ego vero si oporteat de tota oratione sicut de re ficta sentire, qualia in vanitatis scholis proponuntur adolescentibus ad exercitationem, ut appareat in mendacio verisimilitudo (siquidem ut illis contingit, ita hic pugnae adumbratae similia sunt omnia, pugna videlicet contra accusatores, qui non exstant, apologia ac responsio ad accusationem non praenuntiatam, oratio ad iudices, qui nusquam comparent), si inquam et haec audire oportet, tum ipse de iis inquirere desino, tum omnes admoneo, ut nihil eorum, quae dicta sunt, satagant. Sin maius est quod promittit, et multis oborta est suspicio aliquam esse apud eum veritatis curam, necesse omnino fuerit singula verba pro nostra virili parte confutare. Quis autem expendendi modus iustior fuerit, quam si datis nobis a Spiritu documentis orationem conferentes, quod quidem illis consonum invenerimus, id suscipiamus, quod vero iis adversatur, id nequaquam credamus atque ut inimicum effugiamus? T.I. p. 239.

2. Primum itaque illud ostendat, qui sint sancti, qui genituram et facturam Christum appellarint, quas Scripturarum voces habeat ad demonstrationem. Nam si beati Petri voce, quae in Actis Apostolorum conscripta est, innititur, ubi dicit: *Sciat tota domus Israel, quod Dominum ipsum et Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos cru-*

Editio Paris. *κατ' Εὐνομίου τοῦ δυσσεβοῦς λόγος β'.* Codex Colb. et Reg. tertius ut in contexto.

b. Editi *ταῦτα μὲν οὖν.* Vox *οὖν* in mss. deest.

c. Codex unus *καὶ λόγοι.* Alii tres mss. *καὶ λόγοις,* corrupte.

d. Codices duo *ἐγγέγονεν ὑπόνοια.*

e. Antiqui duo libri *ἢ τοῖς δόγμασιν,* et ita quoque legitur in aliis duobus mss., sed in ora libri duntaxat, in contexto vero scriptum invenitur *διδάγμασι*; quam ultimam lectionem praeferunt quoque editi et alii tres mss.

T. I. p. 239. πρῶτον μὲν οὐδὲν οἰκεῖον ἔχει τῷ ζητουμένῳ ἡ μαρτυρία. ἐπαγγειλάμενος γὰρ δείξειν παρὰ τῶν ἁγίων εἰρῆσθαι ποίημα τὸν υἱὸν τὴν μαρτυρίαν παρέχεται περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὅτι ἐποίησεν. οὐ γὰρ ἐκεῖνό γε ἂν εἴποι, ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ ἐν τοῖς περὶ τῶν τηλικούτων λόγοις παραγωγάς τινας καὶ παρασχηματισμοὺς τῶν [a]ὀνομάτων ἐπινοεῖν. εἰ γὰρ καὶ ἀργοῦ λόγου εὐθύνας ὑφέξομεν ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ἤπου με τὸ περὶ τῶν τηλικούτων καινοτομεῖν ἀνεύθυνον ἡμῖν ἀφεθήσεται. [b]τάχα γάρ που τὸ μὲν ὡς πρέπον ἐπὶ θεοῦ καὶ πατρὸς λέγεσθαι παρὰ τοῦ θείου δεδιδάγμεθα λόγου, τὸ δὲ οὐχ ἁρμόζον τῷ μονογενεῖ δι' ὧν ἀπεσιώπησε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐνεδείξατο. πῶς οὖν ἀσφαλὲς τὴν ἐποίησε φωνὴν *μεταῤῥυθμίζοντα ποίημα λέγειν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων; εἰ γὰρ ἔπρεπεν αὐτῷ προσηγορία τοιαύτη, οὐκ ἂν ἐσιωπήθη παρὰ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῆς κτίσεως εὕρομεν ἀπὸ τοῦ ἐποίησε τὴν τοῦ ποιήματος προσηγορίαν μεταληφθεῖσαν, ἐπὶ [d]δὲ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ οὐκέτι. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν[1]), καὶ πάλιν· ἐν τοῖς ποιήμασι τῶν χειρῶν σου ἐμελέτων[2]), *καὶ τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται[3]). οὕτως ἐφ' ὧν ἐστι χρήσιμον τὸ ὄνομα παραλαμβάνουσα ἡ γραφὴ ἐπὶ τοῦ [f]κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡς οὐ πρέπον τῷ μεγαλείῳ τῆς δόξης παρεσιώπησε. νῦν δὲ ἀξίνην μὲν καὶ λίθον ἀκρογωνιαῖον καὶ λίθον προσκόμματος καὶ πέτραν σκανδάλου καὶ τοιαῦτα ἕτερα, ἐν οἷς οὐ πολὺ δοκεῖ τὸ εὔφημον εἶναι τοῖς μὴ καθικνουμένοις τῆς σημασίας τῶν ὀνομάτων, τὸν κύριον τῆς δόξης προσαγορεύειν οὐκ ἐπαισχύνεται, ποίημα δὲ οὐδαμοῦ τὸ παράπαν ὠνόμασε, καίτοι γε οὗτος παρ' αὐτῶν εἰληφέναι τῶν ἁγίων τὸ ὄνομα τοῦτό φησιν, ἵνα ταῖς συκοφαντίαις [g]μὴ μόνον τοὺς κατ' αὐτὸν περιβάλῃ, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάλαι ποτὲ γενομένους ἁγίους.

Ἄνευ δὲ τοῦ μὴ χρῆναι διὰ τὸ ἐπικίνδυνον τοῖς τοιούτοις [h]ἐπιτολμᾶν καὶ τὰ τοῦ κυρίου ὀνόματα παρ' ἑαυτοῦ μεταπλάττειν, ἔτι οὐδὲ ἡ τοῦ ἀποστόλου διάνοια τὴν πρὸ αἰῶνος ὑπόστασιν τοῦ μονογενοῦς ἡμῖν παρίστησι, περὶ ἧς ὁ λόγος ἐν τῷ παρόντι. οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ θεοῦ λόγου τοῦ ἐν ἀρχῇ ὄντος πρὸς τὸν θεόν[4]), ἀλλὰ περὶ τοῦ κενώσαντος ἑαυτὸν ἐν τῇ τοῦ δούλου

1) Gen. 1, 1. 2) Ps. 143 [142. LXX.], 5. 3) Rom. 1, 20. 4) Ioan. 1, 2.

a. Reg. quartus in margine *ὀνομάτων ἐπικρατεῖν*.

b. Hoc dicit Basilius: Scriptura cum de Patre sermonem habet, verbo *fecit* utitur, ut ostendat hoc verbum Patri tanquam rerum omnium conditori convenire; contra cum de Filio loquitur, nunquam vocem *facturae* usurpat, ut doceamur id nomen ei, qui pariter rerum conditor est, non congruere. Antiqui quatuor libri τάχα

cifixistis, primum quidem id testimonium convenientiam nullam habet cum quaesito. Nam ostensurum se professus, Filium a sanctis *facturam* dictum fuisse, testimonium perhibet de Deo et Patre quod fecerit. Non enim illud dixerit, licere sibi, tum cum de tantis rebus sermo instituitur, derivationes quasdam ac variationes nominum excogitare. Enim vero si vel otiosi verbi poenas in die iudicii dabimus, multo minus si quidquam in tantis rebus innovamus, id nobis citra poenam remittetur. Fortasse enim illud quidem tanquam consentaneum de Deo et Patre dici a divina Scriptura edocti sumus; hoc vero non convenire Unigenito Spiritus sanctus silendo ostendit. Quomodo igitur tutum fuerit voce *Fecit* immutata universorum factorem facturam dicere? Etenim si appellatio eiusmodi ei conveniret, utique non fuisset praetermissa a Spiritu silentio. In creaturis quidem reperimus a verbo *Fecit* desumtam fuisse facturae appellationem, in Filio autem Dei non item. *In principio* enim *Deus fecit caelum et terram*, et rursus: *In facturis manuum tuarum meditabar*, et *Enim vero quae sunt invisibilia illius, ex creatione mundi, dum per facturas innotescunt, perspiciuntur*. Sic scriptura in quibus opportunum est usurpans hoc nomen id de Domino nostro et Salvatore Iesu Christo tanquam gloriae eius maiestatem haud decens obticuit. Sed tamen et asciam et lapidem angularem et lapidem offensionis et petram scandali et aliis eiusmodi nominibus, in quibus non multum videtur inesse laudis iis, qui nominum significationem non assequuntur, Dominum gloriae appellare non erubescit; at *facturam* nusquam omnino nominavit. At vero hic ab ipsis sanctis hoc se nominis accepisse ait, ut non suos solum aequales, sed sanctos etiam, qui olim fuerunt, calumniis suis involvat. T. I. p. 239.

3. Verum praeterquam quod ob periculum non oportet talia audere neque Domini nomina a se ipso transformare, praeterea ne ipsa quidem Apostoli sententia exhibet nobis eam Unigeniti quae ante saecula fuit subsistentiam, de qua nunc nobis sermo est. Neque enim de substantia ipsa Dei Verbi, quod *in principio erat apud Deum*, sed

γάρ που τὸ μὲν ..... λόγου. τὸ δέ. Editi τάχα γαρ τοῦτο μὲν ..... λόγου. τοῦτο δέ. Hoc ipso in loco editi et duo mss. οὐχ ἁρμόζειν. Alii quinque mss. οὐχ ἁρμόζον.

c. Editi μεταῤῥυθμίζοντας. Antiqui sex libri μεταῤῥυθμίζοντα, *quomodo tutum fuerit ei, qui ex verbo* fecit *vocem* facturae *concinnavit?*

d. Alii τοῦ υἱοῦ καὶ θεοῦ.

e. Editi καὶ πάλιν τά. Codices multi καὶ τά.

f. Editi κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ. At mss. uti in contextu.

g. Reg. quartus μὴ μόνους.

h. Editi ἐπιτολμᾷν, κατὰ τοῦ. Antiqui tres libri ἐπιτολμᾷν καὶ τὰ τοῦ, recte.

T. I. p. 240. μορφῇ [1]) καὶ γενομένου συμμόρφου τῷ σώματι τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν [2]) καὶ σταυρωθέντος ἐξ ἀσθενείας [3]) σαφῶς διαλέγεται. καὶ τοῦτο παντὶ γνώριμον τῷ καὶ μικρὸν ἐπιστήσαντι τῆς ἀποστολικῆς λέξεως τῷ βουλήματι, ὅτι οὐχὶ θεολογίας ἡμῖν παραδίδωσι τρόπον, ἀλλὰ τοὺς τῆς οἰκονομίας λόγους παραθήλοῖ. κύριον γάρ, [a] φησί, καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε [4]), τῇ δεικτικῇ φωνῇ μονονουχὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ καὶ ὁρώμενον πᾶσι προδήλως ἐπερειδόμενος. ὁ δὲ τὴν ἐποίησεν φωνὴν εἰς τὴν [b] ἀρχῆθεν γέννησιν τοῦ μονογενοῦς μεταφέρει. καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο αὐτὸν δυσωπεῖ, ὅτι τὸ κύριος οὐκ οὐσίας ἐστὶν ἀλλ' ἐξουσίας ὄνομα. ὥστε ὁ εἰπών· κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε, τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ δεσποτείαν λέγει τὴν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπιτραπεῖσαν αὐτῷ, [c] οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι πάροδον αὐτοῦ διηγεῖται. ταῦτα μὲν οὖν μικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν, ὅταν ἐλέγχωμεν αὐτὸν παρὰ τὸ βούλημα τοῦ πνεύματος τὰς ἐκ τῆς γραφῆς μαρτυρίας παρατιθέμενον. νυνὶ δὲ ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου προΐωμεν. τί οὖν αὐτῷ βούλεται τὸ ὄνομα τοῦτο; καὶ τί δήποτε ποίημα προσαγορεύειν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων ἐπιχειρεῖ; σοφίσματι κιβδήλῳ παρακρουσάμενος ἑαυτὸν οἴεται ταῖς τῶν ὀνομάτων διαφοραῖς καὶ τὴν τῆς οὐσίας παραλλαγὴν [d] συνεκφαίνεσθαι.

Καίτοι τίς ἂν τῷ λόγῳ τούτῳ σωφρονῶν πρόσθοιτο, ὅτι ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι διάφορα, τούτων παρηλλάχθαι καὶ τὰς οὐσίας ἀνάγκη; Πέτρου γὰρ καὶ Παύλου καὶ ἁπαξαπλῶς ἀνθρώπων πάντων προσηγορίαι μὲν διάφοροι, οὐσία δὲ πάντων μία. διόπερ ἐν τοῖς πλείστοις οἱ αὐτοὶ ἀλλήλοις ἐσμέν, τοῖς δὲ [e] ἰδιώμασι μόνοις τοῖς περὶ ἕκαστον θεωρουμένοις ἕτερος ἑτέρου διενηνόχαμεν. ὅθεν καὶ αἱ προσηγορίαι οὐχὶ τῶν οὐσιῶν εἰσι σημαντικαί, ἀλλὰ τῶν ἰδιοτήτων, αἳ τὸν καθ' ἕνα χαρακτηρίζουσιν. ὅταν [f] οὖν ἀκούωμεν Πέτρον, οὐ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ νοοῦμεν ἐκ τοῦ ὀνόματος (οὐσίαν δὲ λέγω νῦν τὸ ὑλικὸν ὑποκείμενον, ὅπερ οὐδαμῶς σημαίνει τοὔνομα), ἀλλὰ τῶν ἰδιωμάτων, ἃ περὶ αὐτὸν θεωρεῖται, τὴν ἔννοιαν ἐντυπούμεθα. εὐθὺς γὰρ ἐκ τῆς φωνῆς ταύτης νοοῦμεν [g] τὸν τοῦ Ἰωνᾶ, τὸν ἐκ τῆς Βηθσαϊδᾶ, τὸν ἀδελφὸν Ἀνδρέου, τὸν ἀπὸ ἁλι-

1) Phil. 2, 7. 2) Phil. 3, 21. 3) 2. Cor. 13, 4. 4) Act. 2, 36.

a. Sic antiqui tres libri. Vox αὐτόν in vulgatis desiderabatur. Illud quod mox sequitur προδήλως ἐπερειδόμενος sic ad verbum interpretari poteris: *tantum non palam incumbens*. Hoc est: Apostolus Petrus per vocem hunc tantum non commonstravit humanitatem Christi Domini, aut, si mavis, Apostolus Petrus per vocem hunc tam perspicue humanitatem Christi Domini indicavit, ut eam tantum non oculis subiiciat. Reg. tertius προδήλως ἀπερειδόμενος.

b. Reg. tertius ἀρχῆθεν γένεσιν. Alii mss. cum editis γέννησιν.

de eo, qui se ipsum exinanivit in forma servi et factus est conformis corpori humilitatis nostrae ac crucifixus est ex infirmitate, clare ac perspicue disserit. Et hoc notum est omnibus, qui vel parum ad apostolicae dictionis sensum animum intenderunt, quod non theologiae nobis modum tradit, sed dispensationis rationes declarat. *Dominum enim*, inquit, *et Christum ipsum Deus fecit, hunc Iesum, quem vos crucifixistis*, hac demonstrativa voce in humanitatem eius atque in id, quod oculis omnium subiectum erat, tantum non aperte intentus. Hic vero vocem *fecit* ad eam Unigeniti generationem, quae a principio fuit, transfert. Et ne illud quidem eum pudore afficit, quod vox *Dominus* non nomen sit substantiae, sed potestatis. Quare qui dixit: *Dominum ipsum et Christum Deus fecit*, principatum ac dominium in omnes ei a Patre traditum dicit, non illius ad *esse* transitum narrat. Et quidem haec paulo post ostendemus, cum convincemus illum Scripturae testimonia praeter Spiritus voluntatem proferre in medium; sed nunc ad verba cohaerentia progrediamur. Quid ergo hoc nomen sibi vult? qua tandem de causa facturam factorem omnium appellare aggreditur? Ipse se fucata cavillatione decipiens substantiae etiam diversitatem una cum nominum discrimine ostendi existimat. T. I. p. 240.

4. Sed quis mentis compos ad hanc sententiam accesserit, quod quorum nomina sunt diversa, horum etiam substantias diversas esse necesse sit? Petri enim et Pauli et in summa hominum omnium appellationes sunt quidem diversae, sed tamen omnium una substantia est. Quapropter in plurimis iidem inter nos sumus, et solis proprietatibus, quae in unoquoque considerantur, alter ab altero differimus. Unde et appellationes non substantias, sed proprietates, quibus quisque designatur, significant. Itaque cum audimus *Petrum*, non eius substantiam hoc nomine intelligimus (substantiam autem nunc dico materiale subiectum, quod nequaquam eo nomine significatur), sed proprietates, quae circa eum considerantur, cogitatione depingimus. Illico enim per hanc vocem intelligimus Ionae filium, qui fuit ex Bethsaida,

c. Illud *οὐ τήν* etc. ita vertérat Trapezuntius: *non quomodo esse coeperit, narrat.* Interpretationem Trapezuntii emendans Combefisius sic scripsit: *quod nactus est, ut esset*, subobscurius. Ad verbum vertimus, non Latine quidem, sed fideliter tamen, *non eius ad* esse *transitum narrat*, hoc est; non narrat quomodo huc pervenerit, ut sit.

d. Reg. quartus *συνεμφαίνεσθαι*.

e. Editi cum Reg. quinto *ἰδιώμασι μόνον*. Alii quinque mss. *μόνοις*.

f. Codex unus *ὅταν γάρ*. At Colb. et Reg. tertius *ἅταν οὖν ἀκούωμεν*. Editi *ὅταν γοῦν ἀκούσωμεν*.

g. Editi *νοοῦμεν Πέτρον, τὸν τοῦ Ἰωνᾶ*. Vox *Πέτρον* deest in Colb. et in Reg. tertio; nec dubium est, quin melius absit. Lege Ducaeum.

T. I. p. 240. ἐων εἰς τὴν διακονίαν τῆς ἀποστολῆς προσκληθέντα, τὸν διὰ πίστεως ὑπεροχὴν ἐφ' [a]ἑαυτὸν τὴν οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας δεξάμενον· ὧν οὐδέν ἐστιν οὐσία [b]ὡς ἡ ὑπόστασις νοουμένη. ὥστε τὸ ὄνομα τὸν χαρακτῆρα μὲν ἡμῖν ἀφορίζει τὸν Πέτρου, αὐτὴν δὲ οὐδαμοῦ παρίστησι τὴν οὐσίαν. πάλιν ἀκούσαντες Παῦλον ἑτέρων
T. I. p. 241. ἰδιωμάτων συνδρομὴν ἐνοήσαμεν, τὸν Ταρσέα, τὸν Ἑβραῖον, τὸν κατὰ νόμον Φαρισαῖον, τὸν μαθητὴν Γαμαλιήλ, τὸν κατὰ ζῆλον διώκτην τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐκ τῆς φοβερᾶς ὀπτασίας εἰς τὴν ἐπίγνωσιν [a]ἐναχθέντα, τὸν ἀπόστολον τῶν ἐθνῶν. ταῦτα γὰρ πάντα ἐκ μιᾶς φωνῆς τῆς Παύλος περιορίζεται. καίτοι γε εἴπερ ἀληθὲς ἦν, ὅτι ὧν τὰ ὀνόματα διενήνοχεν ἐναντίως ἔχουσιν αἱ οὐσίαι, ἐχρῆν δή που καὶ Παῦλον καὶ Πέτρον καὶ ἁπαξαπλῶς ἀνθρώπους ἅπαντας ἑτερουσίους ἀλλήλοις εἶναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐδεὶς οὕτως ἀμαθὴς καὶ τῆς κοινῆς φύσεως ἀνεπίσκεπτος ὥστ' ἂν εἰπεῖν προαχθῆναι, ἐκ πηλοῦ γάρ, φησί, διήρτισαι σὺ ὡς κἀγώ[1]), [d]οὐδὲν ἕτερον τοῦ λόγου ἢ τὸ ὁμοιούσιον πάντων ἀνθρώπων ἀποσημαίνοντος· ψευδὴς ὁ τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων τὸ τῆς οὐσίας διάφορον ἕπεσθαι σοφιζόμενος. οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἡ τῶν πραγμάτων φύσις ἀκολουθεῖ, ἀλλ' ὕστερα τῶν πραγμάτων εὕρηται τὰ ὀνόματα. εἰ γὰρ τοῦτο ἦν ἀληθές, ἔδει καὶ ὧν [a]προσηγορίαι εἰσὶν αἱ αὐταὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν εἶναι. οὐκοῦν ἐπειδὴ οἱ κατ' ἀρετὴν τέλειοι τῆς τοῦ Θεοῦ προσηγορίας ἠξίωνται[2]), ὁμοούσιοι ἂν εἶεν τῷ Θεῷ τῶν ὅλων οἱ ἄνθρωποι. ἀλλ' ὥσπερ τοῦτο λέγειν μανία σαφής, οὕτω κἀκεῖνος ὁ λόγος τῆς ἴσης ἔχεται παρανοίας.

Φανερὸν τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι καὶ ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ οὐχὶ οὐσίαν παρίστησι τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ τῶν ἰδιωμάτων ἐστὶ δηλωτικά· ὥστε μηδεμίαν εἶναι χώραν τῷ λόγῳ ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων παραλλαγῆς τὴν τῶν οὐσιῶν ἐναντίωσιν παρεισάγοντι. οὕτω δ' ἂν πρὸ [f]πάντων ἑαυτὸν καταβάλοι. εἰ γὰρ διαφέρει ποίημά τε καὶ γέννημα, διάφοροι ἔσονται τοῦ μονογενοῦς αἱ οὐσίαι τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων ἑπόμεναι. εἰ δὲ τοῦτο παραφρονούντων εἰπεῖν, οὐδὲ ἐκεῖνο καθεστηκότων. ὁ δὲ καὶ προσποιεῖται μὲν μυρίας ἔχειν τὰς ἀποδείξεις τοῦ παρὰ τῶν ἁγίων ποίημα τὸν υἱὸν προσειρῆσθαι, ὡς δὲ ἐφ' ἕτερά τινα προηγούμενα σπεύδων ὑπερτίθεται δῆθεν ἐν τῷ παρόντι τὴν μνήμην. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τεχνικὸν τὸ κακούργημα, ἐν οἷς ἀπορεῖ λόγων τὴν σιωπὴν

1) Iob. 33, 6. 2) Ps. 82 [81. LXX.], 6.

a. Reg. tertius ἐφ' ἑαυτοῦ. Hunc locum in suis notis illustrat vir eruditissimus Ducaeus.

b. Antiqui tres libri οὐσία ἢ ὑπόστασις. Alii tres mss. cum editis οὐσία ὡς ἡ ὑπόστασις, *si essentia tanquam substantia intelligatur*, hoc est: si essentia sumatur simpliciter pro natura humana, qua Petrus simpliciter erat animal rationale. Ex quo colligere licet, hunc locum

Andreae fratrem, qui ex piscatore ad apostolatus ministerium vocatus est, qui quoniam fide praestabat, Ecclesiae aedificationem in se ipsum recepit; quorum nihil quidquam essentia est, si essentia tanquam substantia intelligatur. Quare nomen characterem quidem Petri nobis circumscribit, ipsam vero essentiam nequaquam exhibet. Rursus cum *Paulum* audimus, aliarum proprietatum intelligimus concursum, Tarsensem, Hebraeum, secundum legem Pharisaeum, Gamalielis discipulum, aemulationis ergo Ecclesiarum Dei persequutorem, ex tremendo viso ad agnitionem perductum, Apostolum gentium. Haec enim omnia una Pauli voce circumscribuntur. Atqui si verum esset, essentias eorum, quorum nomina diversa sunt, contrario modo se habere; oporteret certe et Paulum et Petrum et generatim homines omnes diversae inter se essentiae esse. Sed cum nemo sit ita ignarus, ita communis naturae imperitus, qui id dicere animum inducat: *E luto* enim, inquit, *formatus es tu, sicut et ego*; ubi nihil aliud nisi eandem essentiam omnium esse significat Scriptura; mendax est qui ex nominum diversitate diversitatem essentiae sequi fingit. Nec enim rerum natura nomina sequitur, sed posterius rebus nomina inventa sunt. Etenim si id verum esset, quorum eaedem essent appellationes, eorum etiam oporteret unam et eandem essentiam esse. Proinde cum Dei appellatione dignati sint qui in virtute sunt perfecti, essent utique homines Deo universorum coessentiales. At sicut hoc dicere manifesta insania est, sic et sermo ille dementiam non dissimilem sapit. T. I. p. 240. T. I. p. 241.

5. Patet igitur ex dictis, quod nomina non significent quoque in Patre et Filio essentiam, sed proprietates designent. Nullum igitur locum habet is sermo, qui ex nominum diversitate essentiarum contrarietatem introducit. Hoc autem modo se ipse ante omnia evertit. Nam si factura et genitura differunt inter se, Unigeniti essentiae ex diversitate nominum consequentes erunt diversae. Sed si hoc dicere dementium est, neque illud eorum est, qui mentis compotes sunt. Hic autem simulat etiam habere se innumeras demonstrationes, quod Filius a sanctis *factura* appellatus sit. At quasi ad alia quaedam potiora festinaret, in praesenti scilicet mentionem differt. Est autem et hoc artificiosa versutaque malitia, silentium, cum verbis inops est,

verti debere, quasi scripsisset Basilius: *οὐσία νοουμένη ὡς ἡ ὑπόστασις*. Mox editi et unus ms. *ἀφορίζει τοῦ Πέτρου*. At mss. quinque *ἀφορίζει τὸν Πέτρου, nobis exhibet personam Petri*; vel ut loquuntur philosophi, *individuum Petri*.

c. Editi *ἀναχθέντα*. At mss. plerique omnes *ἐναχθέντα*.

d. Editi *οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ ὁμοούσιον πάντων ἀνθρώπων ἀποσημαίνοντος τοῦ λόγου. ὥστε ψευδής*. Veteres quatuor libri ut in contexta, omissa voce *ὥστε*.

e. Editi *ὧν αἱ προσηγορίαι*. At mss. *ὧν προσηγορίαι*.

f. *πρὸ πάντων, ante omnia*. Hoc est: suam prius quam aliorum opinionem evertit.

T. I. p. 241. [a]προτιμᾷν. εἰ γὰρ σκιὰν μαρτυρίας εἶχε τῆς τὸν μονογενῆ λεγούσης ποίημα, [b]οὐκ ἂν ἐκεκώφωτο ἡμῶν ἤδη τὰ ὦτα περιῳρυλλούμενα; εἶτά φησι διὰ τοὺς σωματικὴν τὴν γέννησιν ὑπολαμβάνοντας τοῦ κυρίου καὶ ταῖς ὁμωνυμίαις προσπταίοντας ἀναγκαῖον αὐτῷ καὶ περὶ τούτων εἶναι διὰ βραχέων εἰπεῖν. καίτοι τί ἐκώλυε ταῖς ἐκ τῶν γραφῶν μαρτυρίαις τὸν λόγον ἑαυτοῦ πιστωσάμενον οὕτως ἐπὶ τὴν διόρθωσιν τῶν ἀσθενεστέρων ἐλθεῖν, καὶ τὴν ἐκ τῆς ὁμωνυμίας βλάβην παραμυθήσασθαι, εἴ τις ἄρα γέγονέ ποτέ τισιν ἢ γενήσεται; τίς γὰρ οὕτω παντελῶς [c]σάρκινος τὴν διάνοιαν καὶ θείων λόγων ἄπειρος, ὥστε ἀκούων θείας γεννήσεως πρὸς τὰς σωματικὰς καταφέρεσθαι φαντασίας, ἐν αἷς συμπλοκὴ μὲν ἄῤῥενος πρὸς τὸ θῆλυ, κύησις δὲ ἐν μήτρᾳ καὶ διάπλασις καὶ μόρφωσις καὶ τοῖς καθήκουσι χρόνοις πρόοδος εἰς [d]τὸ ἔξω; τίς οὕτω κτηνώδης, ὥστε ἀκούων θεὸν λόγον ἐκ θεοῦ προελθόντα, ἀκούων δὲ σοφίαν ἐκ θεοῦ γεννηθεῖσαν, πρὸς τὰ σώματος πάθη τοῖς λογισμοῖς καταπίπτειν;

T. I. p. 242. [1]Ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων εὐπρόσωπον αὐτῷ σχῆμα εἰς λόγων ἐπινενόηται, ὡς τῆς πρὸς τοὺς ἀσυνέτους τῶν ἀδελφῶν εὐσπλαγχνίας ἕνεκεν τὸν [e]κόπον τῆς διδασκαλίας δοκεῖν καταδέχεσθαι. [f]καὶ τὰς μὲν σωματικὰς ὑπονοίας τὰς ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ ἐγγινομένας ἐπανορθοῦται δῆθεν, τὰς δὲ ἐκ τοῦ παίημα τὸν κύριον ὀνομάζεσθαι βλάβας οὐ παραιτεῖται. [g]καίτοι ὅ γε σωματικὴν εἶναι τὴν γέννησιν φανταζόμενος, ὁ αὐτὸς ἂν καὶ ἐπὶ τοὺς ὑλικοὺς τῆς ποιήσεως τρόπους ὑπενεχθείη. οὐ γὰρ δήπου [h]μερισμὸν μέν τινα καὶ μετάστασιν καὶ ῥύσιν τῆς τοῦ γεννῶντος οὐσίας ἐκ τῆς φωνῆς τοῦ γεννᾶν ὁ ἀσθενὴς ἐννοήσει, ὕλην δὲ ἔξωθεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰσενεχθεῖσάν εἰς τὴν ὡς ὑμεῖς φατε τοῦ ποιήματος ὑπόστασιν ὑπολαμβάνειν οὐκ ἐναχθήσεται. τίνος οὖν ἕνεκεν τὰ ἀῤῥωσιήματα τῶν λογισμῶν τῶν ἀδελφῶν ἐξ ἡμισείας ἰᾶται, καὶ τῶν σωματικὴν [i]τὴν γέννησιν ὑπολαμβανόντων ἐπιμελούμενος τοὺς τῇ προσηγορίᾳ τοῦ ποιήματος περιπταίοντας παρορᾷ; ὅτι τὸ μὲν γεγεννῆσθαι πολέμιον οἶδε τοῖς δόγμασιν ἑαυτοῦ, τοῦ γεννηθέντος οἰκείως ἔχειν ὀφείλοντος πάντως καὶ ἀπαραλλάκτως πρὸς τὸν γεννήσαντα, τὸ δὲ πεποιῆσθαι φίλον καὶ σύμ-

a. Veteres aliquot libri προτιμᾷ.

b. Codices tres ποίημα, κἂν ἐκεκώφωτο, sine nota interrogationis, etiam aures nostrae obsurduissent.

c. Legitur in margine Regii quarti σαρκικός.

d. Editi εἰς τὰ ἔξω. At mss. quatuor εἰς τὸ ἔξω.

e. Codex unus τὸν σκόπον τῆς, propositum consiliumque docendi.

f. Illud καὶ τὰς μέν etc. dictum est per ironiam, hac sententia: Quasi vero Eunomius timet, ne generationis audito nomine corporei aliquid excogitemus; nec tamen veretur Filium *factura* nominare. Scilicet Filio convenit magis nomen factura, quam generationis.

anteponere. Etenim si umbram haberet testimonii, quo Unigenitus factura diceretur, nonne iam aures nostrae his clamoribus circumsonantes obsurduissent? Deinde ait necesse sibi esse propter eos, qui corpoream Domini generationem intelligunt et quibus voces ambiguae sunt offensioni, de his etiam breviter dicere. Sed quid vetabat, firmata Scripturae testimoniis oratione sua ita demum ad debiliorum emendationem accedere atque ortam ex ambiguis vocibus perniciem emollire, si qua tamen unquam ulli accidit aut accidet? Quis enim sic omnino mente carnalis est et ita divinarum Scripturarum rudis, ut divina generatione audita ad corporeas imagines deferatur, in quibus congressus sit viri et mulieris, conceptio in utero, conformatio, configuratio, ac debitis temporibus progressus in lucem? Quis adeo belluinus, ut dum audit Deum Verbum ex Deo prodiisse atque ex Deo genitam esse sapientiam, ad corporeos affectus cogitatione delabatur? T. I. p. 241.

6. Sed haec quoque speciosa verborum forma una cum aliis ei excogitata est, ut ob quandam erga imperitos fratres commiserationem laboriosam hanc docendi provinciam suscepisse videatur. Et corporeas quidem suspiciones, quae ex hac appellatione oboriuntur, corrigit scilicet, sed detrimenta ea, quae ob facturae nomen Domino impositum nascuntur, nequaquam evitat. Et vero generationem corpoream esse qui animo fingit, idem utique ad materiales etiam factionis modos deduci poterit. Nec enim partitionem quampiam et transitum aut fluxum, qui ex generantis substantia fiat, is, qui imbecillis est, ex generandi voce intelliget; materiam vero, quae extrinsecus ex nihilo ad facturae, ut vos dicitis, constituendam substantiam advecta sit, non adducetur ut animo concipiat. Cur igitur cogitationum aegritudini, qua fratres laborant, media ex parte medetur, et eorum, qui corpoream generationem intelligunt, suscepta cura eos, quibus facturae appellatio offensioni est, negligit? Quoniam hoc quidem *genitum esse* suis ipsius dogmatibus contrarium novit, cum genitus cum genitore coniuncte omnino ac citra diversitatem habere se debeat; illud vero *factum esse* T. I. p. 242.

g. Sic mss. plerique omnes. Editi *καίτοιγε ὅ*. Mox editi *οὗτος ἂν καί*. At duo mss. *ὁ αὐτὸς ἂν καί*.

h. Hoc dicit Basilius: Si quis generationis audito nomine ob ingenii imbecillitatem sibi animo fingat aut partitionem, aut transitum, aut aliquem ex generantis substantia fluxum, is, ubi nomen facturae audierit, multo magis excogitabit materiam aliquam ex nihilo sumtam, ex qua constabit factura. Vos igitur, qui de Filio loquentes voce facturae utimini, nec tamen generationis nomine uti vultis, minori malo medemini eorum, qui corpoream generationem comminisci possunt: sed vobis studio non est, maius malum curare eorum, qui sibi persuadere possunt, substantiam Filio ex nihilo sumtam esse.

i. Reg. tertius *τὴν γένεσιν*. Alii sex mss. *τὴν γέννησιν*. Idem codex *ὑπολαμβανόντων προνοούμενος*.

T. I. p. 242. μαχον ταῖς ἑαυτοῦ ὑποθέσεσι διὰ τὸ [a]ἀλλοτρίου καὶ ξένου καὶ πάντῃ ἀνοικείου πρὸς τὸν ποιήσαντα τὴν ἔννοιαν παριστᾷν. εἶτα τούτοις ἐπισυνάπτει λέγων·

Fabr. p. 277 md. ΕΥΝ. Γέννημα τοίνυν τὸν υἱόν φαμεν κατὰ τὴν τῶν γραφῶν διδασκαλίαν, οὐχ ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοοῦντες, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτὴν τὸ σημαινόμενον, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπόστασιν, ἣν σημαίνει τοὔνομα, ἐπαληθευούσης τῇ οὐσίᾳ τῆς προσηγορίας.

ΒΑΣ. Καὶ ἐν τούτοις τοίνυν τῇ μὲν ἀληθείᾳ φανερῶς διαμάχεται, ἑαυτῷ δὲ ὅμως ἀκόλουθα λέγει. ὡς γὰρ ἐν τοῖς ἄνω λόγοις τὸ ἀγέννητον ἐπὶ τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων τῆς οὐσίας αὐτοῦ διωρίζετο εἶναι σημαντικόν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα τὸ γέννημα τὴν οὐσίαν [b]τοῦ υἱοῦ σημαίνειν λέγει· ἵν' ἐν τῇ τοῦ γεννητοῦ πρὸς τὸ ἀγέννητον ἀντιθέσει ἐναντίως ἔχοντα τῷ πατρὶ τὸν μονογενῆ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἐπιδείξῃ. διὰ ταῦτα νομοθετεῖ ῥήματα ἔξω τῆς χρήσεως ὄντα τοῦ θείου πνεύματος, γέννημα τὸν υἱὸν ὀνομάζων. πόθεν λαβών; ἐκ ποίας διδασκαλίας; τίνος προφήτου; τίνος τῶν ἀποστόλων ταύτην αὐτῷ τὴν προσωνυμίαν ἐπιφημίσαντος; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδαμοῦ τῆς γραφῆς κειμένην οὕτω τὴν φωνὴν ταύτην εὗρον.

Καίτοι οὐδαμόθεν οὗτος ἢ ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος διδασκαλίας εἰληφέναι τὰς προσηγορίας ταύτας ἀλαζονεύεται. μικρὸν γὰρ αὐτῷ τοῖς ἀνθρώποις ἀγῶνα παρέχειν, εἰ μὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ [a]πνεύματος T. I. p. 243. κατατολμήσειε. γεγεννηκέναι μὲν γὰρ τὸν πατέρα πολλαχοῦ δεδιδάγμεθα, γέννημα δὲ εἶναι τὸν υἱὸν οὐδέπω καὶ τήμερον ἀκηκόαμεν. παιδίον γάρ, φησίν, ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη [d]ἡμῖν· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐχὶ γέννημα, ἀλλὰ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος[1]). καίτοι εἴπερ τὸ γέννημα οὐσίας ὑπῆρχε σημαντικόν, οὐκ ἂν ἕτερον ὄνομα παρὰ τοῦ πνεύματος ἐδιδάχθημεν, ἢ ὅπερ ἐμφανῶς τὴν οὐσίαν αὐτοῦ παριστᾷν ἔμελλε. καὶ πάλιν ὁ Πέτρος ὁ διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν τῶν μακαρισμῶν ἐκείνων ἀξιωθεὶς οὐκ εἶπε· σὺ εἶ τὸ γέννημα, ἀλλὰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος[2]). καὶ ὁ Παῦλος πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν γραφὴν τῆς τοῦ υἱοῦ προσηγορίας καταπληρώσας οὐδαμοῦ φανήσεται γεννήματος μνημονεύσας, [a]ὅπερ οὗτος ἐκ πολλῆς τῆς πεποιθήσεως ὡς ἐκ τοῦ θείου λαβὼν [f]διδασκαλίου προφέρει. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα συγχωρητέον αὐτῷ τὴν ἐγέννησε φωνὴν ἐπὶ τοῦ πατρὸς κειμένην μετασχηματίζοντι καὶ μεταπλάσσοντι γέννημα προσαγορεύειν τὸν

1) Es. 9, 6. 2) Matth. 16, 16.

a. Illa διὰ τὸ ἀλλοτρίου etc. dicta sunt hoc sensu: Ideo Eunomius libenter voce facturae utitur, quod suae opinioni faveat patrocineturque. Nam omnis factura alienum quiddam est et peregrinum a faciente, nec intelligitur naturalem habere cum faciente cognationem. Ex quo fit ut cuique promtum sit et facile colligere, Filium, si factura sit, Patri aequalem non esse; id quod in primis suadere conaba-

causae suae amicum ac subsidiarium agnovit, quod id alieni peregri- T. I. p. 242.
nique et nullam omnino cum factore coniunctionem habentis notionem exhibet. Deinde ad haec addit dicens:

Eun. Genituram itaque Filium dicimus secundum Scripturarum Fabr. p. 277 md.
doctrinam, non aliud quid substantiam intelligentes et aliud quid quod praeter ipsam significetur, sed ipsam esse hypostasin, quam nomen significat, cum substantiae vere congruat haec appellatio.

Bas. Et in his utique veritatem palam oppugnat, sibi ipsi tamen consona loquitur. Quemadmodum enim in superioribus decernebat in Deo universorum substantiam eius per ingenerationem significari, ita hic quoque substantiam Filii per genituram significari dicit, ut geniti ad ingenitum oppositione Unigenitum secundum ipsam substantiam contrario modo ad Patrem se habere ostendat. Quapropter cum Filium genituram appellat, verba, quae a divino Spiritu usurpata non sunt, praescribit. Unde haec accepit? ex qua doctrina? a quo propheta? a quo apostolo, qui hoc ei cognomen tribuerit? Ego equidem hanc vocem sic expressam in nullo Scripturae loco invenio.

7. Atqui hic iste se has appellationes non aliunde quam a Spiritus doctrina sumsisse gloriatur. Parum enim ei fuit hominibus negotium facessere, nisi in ipsum etiam Spiritum insolesceret. Patrem quidem genuisse ex multis locis didicimus, Filium vero genituram esse T. I. p. 243.
necdum ad hunc usque diem audivimus. *Parvulus enim*, inquit, *natus est nobis; filius et datus est nobis; atque vocatur nomen eius* non genitura, sed *Magni consilii angelus*. Atqui si genitura substantiam significaret, non aliud profecto nomen nos docuisset Spiritus, quam quod substantiam eius palam declarare posset. Et rursum Petrus, qui ob veritatis agnitionem illis beatitatis testimoniis dignatus est, non dixit: Tu es genitura, sed *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Quin et Paulus, etiamsi omnia sua scripta Filii appellatione impleverit, nusquam tamen geniturae mentionem fecisse reperietur; quod nomen hic ille, tanquam si illud ex divino documento accepisset, confidentia multa profert. Nec enim hic ei permittendum est, ut voce *genuit*, quae de Patre dicitur, transmutata ac transformata appellet Dei Filium

tur Eunomius.

b. Codex Colb. *οὐσίαν τοῦ θεοῦ σημαίνειν, essentiam Dei.*

c. Sic mss. nostri. Articulus in editis deerat.

d. Editi cum Reg. primo *ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, cuius principatus super humerum eius.* Sed hae voces *οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ* desunt in antiquioribus codicibus, nec eas agnovit vetus interpres. Quare suspicor purumputum additamentum esse librariorum, eoque magis, quod voces peregrinae in Reg. primo non raro inveniantur.

e. *ὄπερ, quod nomen*, genituram scilicet.

f. Editi *διδασκαλείου, ex divina schola*, non male. At mss. plerique omnes *διδασκαλίου, ex divina doctrina.*

T. I. p. 244. νήματα μὲν οἱ καρποὶ τῆς γῆς, τέκνα δὲ ταῦτα οὐκέτι, οὐ γὰρ μὴ πίω, φησίν, ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ταύτης [1])· σπανίως δὲ ἐπὶ [a] ἐμψύχων τὴν προσηγορίαν ταύτην παραληφθεῖσαν εὕρομεν, καὶ ὅπου γε εἴρηται, ἐπὶ ζώου κατηγορουμένου καὶ εἰς εἰκόνα πονηρίας παραληφθέντος ἐστὶν ἰδεῖν. ὄφεις γάρ, φησί, γεννήματα ἐχιδνῶν [2]). διὰ τοῦτο οἶμαι ἥ τε κοινὴ συνήθεια τὴν προσηγορίαν ταύτην ἠτίμασε, καὶ ἡ θεία γραφὴ παραιτουμένη φαίνεται, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ καὶ [b] τὴν τέκνου προσηγορίαν ὡς πολὺ τὸ ἀνθρώπινον ἔχουσαν οὐ προσήκατο. δηλοῖ δὲ ὁ ἀπόστολος, υἱὸν μὲν ἄνω καὶ κάτω τὸν κύριον ἀποκαλῶν καὶ ἄλλαις ποικίλαις προσηγορίαις αὐτὸν ἀνυμνῶν, πρωτότοκον καὶ εἰκόνα καὶ ἀπαύγασμα, τὴν δὲ τοῦ γεννήματος προσηγορίαν ἀποφυγών. [c] εἰ δέ φησιν οὗτος, δειξάτω, ἢ ἄλλος τις τῶν προϊσταμένων τοῦ λόγου, καὶ πάντα αὐτοῖς δώσομεν ἀπαλεῖψαι. ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι, εἰ μὴ ἄρα μιμούμενος τὸν ἀσεβῆ Μαρκίωνα τὰ μὲν ἐξαίροι τῶν [d] θείων λογίων, τὰ δὲ παρεγγράφοι. οὕτω μὲν οὖν ἀλλοτρία τῆς τε κοινῆς συνηθείας καὶ τῆς τῶν γραφῶν χρήσεως ἡ φωνὴ τοῦ γεννήματος ἀπελήλεγκται.

Ἴδωμεν δὲ λοιπὸν εἰ δυνατὸν τὸ ὄνομα τοῦτο κατ' αὐτῆς τετάχθαι τῆς οὐσίας τοῦ υἱοῦ. φησὶ γὰρ αὐτός,

Fabr. p. 277 md. ΕΥΝ. Ἀδύνατον εἶναι ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοεῖν, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτὴν τὸ σημαινόμενον, [e] ἀλλ' αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπόστασιν, ἣν σημαίνει τοὔνομα, ἐπαληθευούσης τῇ οὐσίᾳ τῆς προσηγορίας.

ΒΑΣ. Ἀξιά γε ὡς ἀληθῶς τῶν δικαστῶν, οὓς ἀνέπλασας, ταυτί σου τὰ δόγματα. ὡς γὰρ ἐν ὀνείρων [f] ἀγορᾷ ἢ ἐκκλησίᾳ μεθυόντων καὶ οὐδενὸς οὔτε ἀκούοντος οὔτε συνιέντος τῶν λεγομένων ἐπὶ πολλῆς τῆς ἀδείας νομοθετεῖς, ἀντὶ πάσης ἀποδείξεως ἐξαρκεῖν ἡγούμενος τὸ αὐτὸς εἰρηκέναι. ἐπεὶ τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἀπολελυμένως καὶ καθ' ἑαυτὰ προφερόμενα τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς πραγμάτων ἐστὶ σημαντικά, τὰ δὲ [g] πρὸς ἕτερα λεγόμενα τὴν σχέσιν μόνην ἐμφαίνει τὴν πρὸς ἃ λέγεται; οἷον ἄνθρωπος μὲν καὶ ἵππος καὶ βοῦς αὐτὸ ἕκαστον τῶν ὀνομα-

1) Matth. 26, 29. 2) Matth. 23, 33.

a. Codex Colb. et Reg. tertius ἐπὶ ἐμψύχου τὴν προσηγορίαν ταύτην μεταληφθεῖσαν εὕρομεν: quibus in codicibus pro εἴρηται scriptum invenitur εὕρηται.

b. Editi τὴν τοῦ τέκνου. Deest τοῦ in antiquioribus codicibus.

Καὶ μηδείς μοι συκοφαντείτω τὸν λόγον, εἴ τι τῶν ὑποδειγμάτων μὴ πάντη συμβαίνοι τοῖς προκειμένοις. οὐδὲ γὰρ δυνατὸν τὰ μικρὰ καὶ φαῦλα τοῖς θείοις καὶ ἀϊδίοις μετὰ ἀκριβείας ἁρμόζειν, ἀλλ' ὅσον ἐλέγξαι τὴν εἰρωνείαν τῶν οὐ δυναμένων δὴ γέννησιν ἀπαθῆ τῇ διανοίᾳ λαβεῖν. εἰκὼν δὲ εἴρηται καὶ ἔστιν ὁ υἱὸς γεννητή, καὶ ἀπαύγασμά ἐστι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, καὶ σοφία καὶ δύναμις καὶ δικαιοσύνη θεοῦ, οὐχ ὡς ἕξις οὐδὲ ὡς ἐπιτηδειότης, ἀλλ' οὐσία ζῶσα καὶ ἐνεργής, καὶ ἀπαύγασμά ἐστι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. διόπερ καὶ ὅλον ἐν ἑαυτῷ δείκνυσι τὸν πατέρα, ἐξ ὅλης αὐτοῦ τῆς δόξης ἀπαυγασθείς. τὴν τοίνυν δόξαν τοῦ θεοῦ μὴ ἔχειν ἀπαύγασμα λέγειν ἢ τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ μὴ συνεῖναί ποτε τῷ θεῷ, πόσης τῆς ἀτοπίας; ἀλλ' εἰ ἦν, φησίν, οὐ γεγέννηται.

a. In editionibus veteribus legebatur *τῶν γραφῶν*: sed vir eruditissimus Ducaeus recte iudicavit legendum esse ex Reg. secundo *τῶν γρίφων*, nec aliter in reliquis nostris mss. legitur quam in Reg. secundo.

b. Vox *ἀδιαίρετον* in aliquibus mss. deest. Quod sequitur *κατὰ τήν* etc., sic accipiendum esse arbitror: Adeo ut ad divinam generationem deducerentur, eam sibi animo fingentes instar radii a luce resplendentis.

c. Hunc locum difficilem esse vel ex eo intelligitur, quod non parum negotii librariis exhibuisse videatur; quippe alii aliter eum emendare conati sunt. Fortasse alienum non fuerit, etsi longum, varias omnes lectiones in medium proferre, ut quod optimum est, ab eruditis hominibus seligi possit. Editi igitur ita habent: *ἀλλὰ συνυπάρχουσαν καὶ παρυφεστηκυῖαν τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι, τοῦ εἶναι τὸ ἀρχέτυπον, οὖσαν.* Reg. primus *παρυφεστηκυῖαν τῷ ὑπὸ τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι τῷ εἶναι*, reliqua ut in vulgatis. Hic notari potest, voces *τῷ ὑπό* manifeste redundare. Reg. secundus *τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι τὸ εἶναι*, reliqua ut in editis. Reg. tertius prima manu *ὑποστήσαντι τῷ εἶναι*, caetera ut in excusis. Hic ille ipse codex secunda manu *παρυφεστηκυῖαν τῷ ὑποστήσαντι τῷ εἶναι πρὸς τὸ ἀρχέτυπον οὖσαν.* Et hic adnotabo hunc locum a Combefi-

sancto Spiritu theologiam sequi, atque pro iis quaestionibus, quae ab aenigmatibus nihil absunt et quas in utramque partem accipere periculosum est, dignam Deo generationem intelligere, impassibilem, insecabilem, indivisibilem, sine tempore, instar resplendentis a luce radii ad divinam generationem ductos, intelligere itidem imaginem invisibilis Dei non secundum has artificiosas imagines exinde ad exemplar elaboratam, sed existentem atque subsistentem cum archetypo, quod eam produxit, quae ex hoc est, quod est archetypum, quae per imitationem expressa non est, tota Patris natura in Filio velut in aliquo sigillo impressa. Quod si mavis, qualis est artium substantia ex docentibus in discipulos transiens tota, adeo ut neque desit quidquam docentibus, et perfectio ediscentibus accedat. Caeteroquin hoc similitudinem perfectam non exhibet, ob temporis moram. Sed illud convenientius potest dici: qualis est cogitationum natura una cum mentis motibus citra ullam temporis dilationem consistens. T.I. p. 251. T.I. p. 252.

17. Nec quisquam mihi hunc sermonem calumniose obiiciat, si quid in exemplis non omnino proposito conveniat. Neque enim fieri potest, ut parva ac vilia divinis atque aeternis perfecte accommodentur, sed quantum satis est, ut dissimulatio confutetur eorum, qui generationem impassibilem non queunt mente concipere. Imago autem dictus est Filius, et est imago genita, et splendor est gloriae Dei, et sapientia et potentia et iustitia Dei, non ut habitus neque ut aptitudo, sed substantia viva et operans ac splendor gloriae Dei. Quapropter et totum in se ipso Patrem ostendit, ex tota eius maiestate resplendens. Quam absurdum est ergo dicere, gloriam Dei non habere splendorem, aut sapientiam Dei aliquando una cum Deo non fuisse. Sed

sio aliud cogitanti non accurate exscriptum fuisse. Regii quartus et quintus *ὑποστήσαντι τῷ εἶναι*: in reliquis vero cum vulgatis consentiunt. Reg. sextus prima manu *τῷ ὑποστήσαντι τὸ εἶναι*, reliqua ut in editis; idem ms. manu recentiore *τῷ πρωτοτύπῳ ὑποστήσαντι τὸ εἶναι*. Denique Colb. prima manu *ὑποστήσαντι τὸ εἶναι*, reliqua ut in impressis libris. Idem codex secunda manu *συνυφεστηκυῖαν .... τῷ εἶναι*. Ex quibus colligere licet, has omnes lectiones revocari posse vel ad hanc *τῷ εἶναι* vel ad illam *τὸ εἶναι*. Si leges *τῷ εἶναι*, verborum constructio haec erit: *οὖσαν τῷ εἶναι τὸ ἀρχέτυπον*, ad verbum: *quae imago est per hoc, quod ipsum archetypum est*, seu *quae imago est hoc ipso, quod archetypum est*; si vero legas *τὸ εἶναι*, videntur haec verba construi sic posse: *οὖσαν ὑποστήσαντι τὸ εἶναι ἀρχέτυπον*, ad verbum: *quae imago est auctori hoc, nempe eum esse archetypum*, id est: *auctor imaginis ab ipsa imagine habet, quod est archetypum*. Et vero archetypum proprie nullum est, nisi imago sit, quae ex ipso exprimatur. Hoc an illo modo legendum sit, nescio quidem, puto tamen potius legi debere *τῷ εἶναι*. Alii meliora. [Mar.: *τῷ εἶναι ἀρχέτυπον, οὐσαν, imago, quae hoc ipso quod est archetypum, existit.*]

d. Editi *μιμήσεως, ἀλλ' ὥσπερ*. Aliquot codices *μιμήσεως, καὶ ὥσπερ*. Alii quidam mss. *μιμήσεως, ὥσπερ*.

e. *τεχνῶν ἡ ὑπόστασις, natura artium atque industria.*

T. I. p. 252. ἀποκρινάμεθα τοίνυν ὅτι ἐπειδὴ γεγέννηται ἦν, οὐκ ἀγέννητον ἔχων τὸ εἶναι, ὢν δὲ ἀεὶ καὶ συνὼν τῷ πατρί, ἐξ οὗ καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἔχει. πότε οὖν εἰς τὸ εἶναι παρὰ τοῦ πατρὸς παρήχθη; ἀφ' οὗ ἐστιν ὁ πατήρ; ἀλλ' ἐξ ἀϊδίου, φησίν, ὁ πατήρ· ἐξ ἀϊδίου τοίνυν καὶ ὁ υἱός, γεννητῶς τῇ ἀγεννησίᾳ τοῦ πατρὸς συναπτόμενος. ὅτι δὲ οὗτος οὐχ ἡμέτερος ὁ λόγος, αὐτὰς τὰς τοῦ ἁγίου πνεύματος φωνὰς αὐτοῖς παρεξόμεθα. ἐκ μὲν οὖν τοῦ εὐαγγελίου λάβωμεν τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος[1]), ἐκ δὲ τοῦ ψαλμοῦ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ πατρὸς εἰρημένον τὸ ἐκ γαστρὸς πρὸ [b] ἑωσφόρου γεγέννηκά σε[2]), καὶ συνθέντες ἀμφότερα εἴπωμεν ὅτι καὶ ἦν καὶ γεγέννηται. ἀλλὰ τὸ μὲν γεγέννηκα τὴν αἰτίαν, ἀφ' ἧς ἔχει τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι, σημαίνει, τὸ δὲ ἦν τὴν ἄχρονον αὐτοῦ καὶ προαιώνιον ὕπαρξιν. ὁ δὲ ἐπαγωνιζόμενος τῇ ἑαυτοῦ ἀπάτῃ εἰς ἄτοπον τὸν λόγον ἀπάγειν οἴεται.

Fabr. p. 279 in. ΕΥΝ. Εἰ γάρ, φησί, πρὸ τῆς [a] γεννήσεως ἦν τῆς ἑαυτοῦ ὁ υἱός, ἀγέννητος ἦν.

ΒΑΣ. Ἀλλὰ τὸ πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦτο, ὦ μάταιε, ἤτοι ἀνύπαρκτόν ἐστι παντελῶς καὶ διανοίας ἁπλασμὸς οὐδενὶ ἐρειδομένης ὑποκειμένῳ (καὶ τί δεῖ ἀντιλέγειν τοῖς ἀνοήτοις; παραπλήσιον γὰρ τοῦτο, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τῷ τὸν λογισμὸν ἐκ φρενίτιδος παρενεχθέντι διεμαχόμεθα), ἢ εἰ πρός τι τῶν ὄντων φέρεται, καὶ πρὸς τὴν τῶν αἰώνων ἔννοιαν ἐνεχθήσεται. ἀλλ' εἴπερ αἰῶνες πάντες κάτω που [d] τῆς γενέσεως τοῦ μονογενοῦς νοοῦνται, αὐτοῦ ἐκείνου ὄντες ποιήματα, μάταιος ὁ ἐπιζητῶν τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ τὰ πρεσβύτερα. οὐδὲν γὰρ ἀλλοιότερον ἐρωτᾷ, ἢ εἰ καὶ περὶ τοῦ πατρὸς ἐπυνθάνετο, πότερον ὑπῆρχε πρὸ τῆς ἰδίας T. I. p. 253. συστάσεως ἢ οὐχί. ὡς γὰρ ἐκεῖ ἀνόητον τὸ ἐρώτημα ἐπὶ τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου ζητεῖν τὸ ἀνώτερον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ ἐξ ἀϊδίου τῷ πατρὶ συνόντος καὶ οὐδὲν ἔχοντος μέσον ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ γεννήσαντος χρονικὰς ποιεῖσθαι τοῦ προτέρου τὰς ἐρωτήσεις τῆς ἴσης ὄντως ἀνοίας. παραπλήσιον [c] γὰρ ἐρωτᾷν, τί ἔσται μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ ἀθανάτου, καὶ ἐπιζητεῖν, τί ὑπῆρχε πρὸ τῆς γεννήσεως τοῦ ἀϊδίου. οἱ δὲ ἐπειδὴ τὸ ἄναρχον τοῦ πατρὸς ἄϊδιον ὀνομάζεται, ταὐτὸν τῷ ἀνάρχῳ τὸ ἄϊδιον ἀποφαίνουσι, καὶ ἐπειδὴ μὴ ἀγέννητος ὁ υἱός, οὐδὲ ἄϊδιον εἶναι ὁμολογοῦσι. πλεῖστον δὲ διαφέρει κατὰ τὴν ἔννοιαν. ἀγέννητον μὲν γὰρ λέγεται τὸ μηδεμίαν ἀρχὴν ἑαυτοῦ μηδὲ αἰτίαν ἔχον τοῦ εἶναι, ἄϊδιον δὲ τὸ χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος κατὰ τὸ εἶναι πρεσβύτερον. ὅθεν καὶ ὁ υἱὸς καὶ οὐκ ἀγέννητος καὶ ἄϊδιος. ἤδη δὲ καὶ τοὺς αἰῶνας

1) Ioan. 1, 1. 2) Ps. 110 [109. LXX.], 3.

si erat, inquit, genitus non est. Respondeamus ergo, quod quoniam T. I. p. 252. genitus est, erat, cum ingenitum *esse* non habeat, sed existat semper et coexistat Patri, a quo etiam existendi habet causam. Quando igitur ad *esse* a Patre productus est? Ex quo Pater est? Sed ab aeterno, inquit, Pater; ab aeterno igitur et Filius, per generationem ingenitae Patris naturae coniunctus. Quod autem non nostra sit haec oratio, ipsas sancti Spiritus voces eis ob oculos ponemus. Et ex Evangelio quidem sumamus illud: *In principio erat Verbum*, hoc vero ex Psalmo velut e persona Patris dictum: *Ab utero ante luciferum genui te*, atque utrisque inter se compositis dicamus: Et erat et genitus est. Verum vox *genui* causam, a qua principium habet *essendi*, significat; vox autem *erat* indicat eius existentiam tempore carentem ac sempiternam. Sed vero pro sua fraude decertans Eunomius orationem ad absurdum adducere se putat.

Eun. Si enim, inquit, ante suam generationem Filius erat, inge- Fabr. p. 279 in. nitus erat.

Bas. At illud *ante generationem*, o vir vane, aut nullo modo subsistit mentisque nulli subiecto inhaerentis commentum est (sed quid attinet stultis contradicere? Hoc enim perinde est atque cum eo contendere, cui rationis usum phrenesis ademerit), aut si ad quidpiam eorum, quae sunt, tendit, ad saeculorum quoque notionem deducetur. Verum si saecula omnia infra generationem Unigeniti intelliguntur, cum illius ipsius sint creaturae, vanus est qui quid substantia Filii antiquius quaerit. Nihil enim alienius quaerit, quam si de Patre etiam percontaretur, utrum ante suam constitutionem fuerit an non. Etenim ut illic quaestio stulta est, quaerere videlicet in eo, qui principio T. I. p. 253. caret ac ingenitus est, superius quiddam; ita hic quoque de eo, qui ab aeterno est cum Patre nihilque habet medii inter se et genitorem, temporales facere de priore quaestiones, aequalis plane dementiae est. Nam perinde erit, ac si quis interroget, quid futurum sit post obitum eius, qui immortalis est, quaeratque, quid extiterit ante generationem sempiterni. Hi autem, quia principii in Patre privatio aeternitas nominatur, privationem principii decernunt idem esse atque aeternitatem, et quoniam Filius non est ingenitus, ne aeternum quidem esse profitentur. Sed tamen haec differunt plurimum significatione. Nam ingenitum dicitur, quod neque principium sui ipsius neque causam ut sit habet, aeternum vero, quod tempore omni et aevo secundum *esse* antiquius est. Unde et Filius, ut est non ingenitus, ita aeternus est.

a. Reg. quartus *πατρὶ, παρ' οὗ καί.*
b. Antiqui duo libri *ἐωσφόρου ἐγὼ σήμερον.*
c. Codices aliquot *γενέσεως.*
d. [Par. II.: Cod. 503. omittit *τῆς γενέσεως.*]
e. Reg. quartus *τὸ ἐρωτῶν.*

T. I. p. 253. ἀξιοῦσί [a]τινες τῆς τοῦ ἀϊδίου προσηγορίας ὡς ἐκ τοῦ ἀεὶ εἶναι τῆς κλήσεως ταύτης τετυχηκότας. ἡμεῖς δὲ τῆς αὐτῆς λογιζόμεθα παρανοίας καὶ τῇ κτίσει προσμαρτυρεῖν τὸ ἀΐδιον καὶ τὸν δεσπότην τῆς κτίσεως τῆς ὁμολογίας ταύτης ἀποστερεῖν.

Ὁ δὲ πρὸς τὸ ἀναίσχυντον ἐκφέρων τὸν λόγον τί φησιν;

Fabr. p. 281 in. ΕΥΝ. Ἡμεῖς δὲ τοῖς τε ὑπὸ τῶν ἁγίων [b]καὶ πάλαι καὶ νῦν ὑφ' ἡμῶν ἀποδεικνυμένοις ἐμμένοντες, μήτε τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προσιεμένης γέννησιν μήτε μὴν ἑτέρας τινὸς ὑποκειμένης εἰς υἱοῦ γέννησιν, μὴ ὄντα φαμὲν τὸν υἱὸν [c]γεγεννῆσθαι.

ΒΑΣ. Τίς οὕτως ἐπ' εὐσεβείᾳ φιλότιμος; τίς ἐπὶ τῷ φιλόχριστος εἶναι τοσοῦτον ἐκαλλωπίσατο, ὅσον οὗτοι τοῖς τῆς [d]ὕβρεως καὶ ἀτιμίας ῥήμασι καὶ καθαιρετικοῖς τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς ἐπαγάλλονται; οὐ παύσῃ μὴ ὄντα προσαγορεύων, ὦ ἄθεε, τὸν ὄντως ὄντα, τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς, τὸν πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι παρεκτικόν, ὃς οἰκείαν ἑαυτῷ καὶ πρέπουσαν τῇ ἑαυτοῦ ἀϊδιότητι ἐν τῷ πρὸς τὸν ἴδιον θεράποντα Μωσέα χρηματισμῷ προσηγορίαν ἐξεῦρεν, ὄντα ἑαυτὸν ὀνομάσας; ἐγὼ γάρ εἰμι, φησίν, ὁ ὤν[1]. καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ μὴ οὐχὶ ἐκ [e]προσώπου τοῦ κυρίου εἰρῆσθαι, οὔκουν ὅστις γε μὴ τὸ Ἰουδαϊκὸν κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει Μωσέως κατὰ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας ἐπικείμενον[2] ἔχει. γέγραπται γάρ, ὅτι ὤφθη τῷ Μωσεῖ ἄγγελος κυρίου ἐπὶ τοῦ βάτου [f]ἐν πυρὶ φλογός. ἄγγελον τοίνυν προτάξασα τῆς διηγήσεως ἡ γραφὴ Θεοῦ ἐπάγει τὴν φωνήν. εἶπε γάρ, φησί, τῷ Μωσεῖ· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τοῦ πατρός σου Ἀβραάμ, καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν[3]. τίς οὖν ὁ αὐτὸς [g]καὶ ἄγγελος καὶ Θεός; ἆρα οὐχὶ περὶ οὗ μεμαθήκαμεν, ὅτι καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος[4]; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι πλειόνων δεῖν πρὸς τὴν ἀπόδειξιν, ἀλλὰ τοῖς
T. I. p. 254. μὲν φιλοχρίστοις ἐξαρκεῖν καὶ τὴν ὑπόμνησιν, τοῖς δὲ ἀνιάτως ἔχουσι μηδὲν ὄφελος ἐκ τοῦ πλήθους τῶν [h]λεγομένων ἔσεσθαι. εἰ γὰρ καὶ ὕστερον ἐγένετο τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ἀλλ' οὐδὲ πρότερον ἀπηξίου τὴν τοῦ ἀγγέλου προσηγορίαν. [i]οὐ γὰρ ἐνταῦθα μόνον εὑρήσομεν τὸν κύριον ἡμῶν καὶ ἄγγελον καὶ Θεὸν ὑπὸ τῆς γραφῆς ὀνομασθέντα, ἀλλὰ καὶ Ἰακὼβ τὴν ὀπτασίαν ταῖς γυναιξὶ διηγούμενός φησι· καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, καὶ μετ' ὀλίγα

1) Exod. 3, 14. 2) 2. Cor. 3, 14. 15. 3) Exod. 3, 2. 6. 14. 4) Es. 9, 6.

a. Editi *τινὲς τῆς ἀϊδίου*. At mss. *τῆς τοῦ ἀϊδίου*.

b. Editi *τῶν ἁγίων πατέρων πάλαι*. Reg. secundus *τῶν ἁγίων πατέρων καὶ πάλαι*. Alii tres mss. ut in contextu. Vocem *πατέρων* non sine causa deletam esse hinc coniici potest, quod non reperiatur neque in opere Eunomii, quod penes nos est, neque apud Fabricium.

c. Antiqui duo libri *γεγενῆσθαι*, et ita quoque in ipso Eunomii opere legitur.

d. Reg. quartus *ὕβρεως καὶ ἀσεβείας*. Aliquanto post Reg. tertius *μονογενοῦς ἐπαγάλλοντο*.

e. Editi et duo mss. *ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ, e persona Dei*. Alii quinque mss.

Iamvero saecula etiam aeterni appellatione nonnulli dignantur, quasi ex T. I. p. 253. eo, quod semper sint, hoc nominis adepta sint. Nos autem et creaturis aeternitatis testimonium praebere et creaturarum Dominum hac confessione privare eiusdem esse amentiae arbitramur.

18. At orationem ad impudentiam deducens Eunomius quid dicit?

Eun. Nos autem in iis, quae et olim a sanctis et nunc a nobis Fabr. p. 281 in. demonstrata sunt, permanentes, cum neque Dei substantia generationem admittit, neque ulla alia ad Filii generationem subiaceat, non existentem Filium genitum esse dicimus.

Bas. Quis adeo fuit gloriae cupidus pietatis nomine? quis in Christo amando tantum gloriatus est, quantum hi de contumeliae ac ignominiae verbis iisque maiestatem Unigeniti subvertentibus sese iactant? Num cessabis non existentem appellare, o impie, eum, qui vere existit, qui fons vitae est, qui omnibus, quae sunt, auctor est ut sint, qui in dato ad suum servum Mosem responso appellationem sibi propriam atque aeternitati suae convenientem invenit, eum, qui est, se ipsum nominans? *Ego* enim, inquit, *sum qui sum.* Atque haec nemo negaverit in persona Domini dicta fuisse, nemo utique nisi dum Mosem legit Iudaicum velamen cordi suo impositum habeat. Scriptum est enim, quod visus est Mosi angelus Domini in rubo in igne flammae. Sed postquam angelum in narratione praeposuit Scriptura, Dei vocem subiungit. *Dixi* enim, inquit, Mosi: *Ego sum Deus patris tui Abraham*, et paulo post rursus: *Ego sum qui sum.* Quis igitur idem et angelus et Deus? Nonne ille, de quo didicimus, quod vocatur nomen ipsius magni consilii angelus? Ego quidem non puto opus esse pluribus ad demonstrationem, sed admonitionem Christi amantibus sufficere; iis vero, qui curari non possunt, nullum emolumentum ar- T. I. p. 254. bitror ex multitudine eorum, quae dicerentur, accessurum. Nam etsi postea factus est magni consilii angelus, tamen ne prius quidem dedignabatur angeli appellationem. Non enim hic solum inveniemus Dominum nostrum et angelum et Deum a Scriptura nominatum; sed Iacob etiam, cum visionem mulieribus narraret, ait: *Et dixit mihi*

ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου, e persona Domini, id est Verbi, et ita legerat interpres. Utut haec sunt, nemo est, opinor, qui haec Scripturae loca a Basilio de Filio accipi non videat. Ibidem editi *τῆς αὐτοῦ.* Veteres quinque libri *ἑαυτοῦ.*

f. Editi et nostri mss. *ἐν πυρὶ φλογός, in igne flammae,* et ita editum invenimus apud LXX., et ita quoque legere Iustinus Martyr adversus Tryphonem, et Cyrillus, ut videre est in notis Nobilii. Vulgata Latina Exodo 3, 2. *in flamma ignis,* et ita legerunt multi ex antiquis, ut is quem modo dixi vir eruditissimus monet. In Actis Apostolorum 7, 30. legitur *ἐν φλογὶ πυρός, in flamma ignis.* Sed in Vulgata Latina *in igne flammae,* cui lectioni multos codices favere ex Testamento Oxoniensi perspici potest. Reg. tertius *ἐπὶ τῆς βάτου.*

g. Regii duo libri *καὶ ἄγγελος.* Vocula *καὶ* abest a vulgatis.

h. Antiqui duo libri *λεγομένων γίνεσθαι.*

i. Editi *οὔτε γάρ.* At mss. *οὐ γάρ.*

T. I. p. 254. [a]παρὰ τοῦ αὐτοῦ· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῷ τόπῳ, οὗ ἤλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην[1]). καίτοι ἐκεῖ ἐπὶ τῆς στήλης τῷ Ἰακὼβ εἴρηται· ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατρός σου καὶ ὁ [b]Θεὸς Ἰσαάκ[2]). ὁ τοίνυν ἐνταῦθα ἄγγελος εἰρημένος οὗτος ἐκεῖ λέγει πεφανερῶσθαι τῷ Ἰακώβ. παντὶ οὖν δῆλον, ὅτι ἔνθα καὶ ἄγγελος καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς προσηγόρευται, ὁ μονογενής ἐστι δηλούμενος, ἐμφανίζων ἑαυτὸν κατὰ γενεὰν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς τοῖς ἁγίοις ἑαυτοῦ διαγγέλλων. ὥστε καὶ [c]ἐπὶ τοῦ Μωσέως ὄντα ἑαυτὸν ὀνομάσας οὐκ ἄλλος τις παρὰ τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἐν ἀρχῇ ὄντα πρὸς τὸν Θεὸν νοηθείη.

Ἀλλ' οἱ τὴν ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντες μὴ ὄντα προσειπεῖν τὸν υἱὸν οὐκ ἀπώκνησαν. καὶ ὁ μὲν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ εἶπεν· οὐκ ἔστι Θεός[3])· οἱ δὲ οὐ διενοήθησαν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐλάλησαν ἐν πονηρίᾳ, καὶ γραφῇ παραδοῦναι εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον οὐ παρῃτήσαντο, μὴ ὄντα τολμήσαντες τὸν Θεὸν ὀνομάσαι. καὶ ἐπειδή γε ὁρῶσιν οὐδὲ τοὺς δαίμονας αὐτοὺς ἀπαρνουμένους τὸ εἶναι Θεόν, οὗτοι εἰς τὸν [d]κατόπιν χρόνον ἐπανελθόντες τῷ λόγῳ ἐκεῖ τὴν ἀσεβῆ ἑαυτῶν ἐπιθυμίαν ἀποπληροῦσι, μὴ εἶναί ποτε [e]τὸν υἱὸν βλασφημοῦντες, ὡς τῇ μὲν ἑαυτοῦ φύσει μὴ ὄντα, χάριτι δὲ εἰς τὸ εἶναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ παραχθέντα. εἶτα ἦν ὁ Παῦλος περὶ τῶν εἰδώλων ἀφῆκε φωνήν, εἰπών· ἐδουλεύσατε τοῖς φύσει μὴ οὖσι Θεοῖς[4]), καὶ ὁ Ἱερεμίας· καὶ ὤμνυσαν ἐν τοῖς μὴ οὖσι Θεοῖς[5]), καὶ ἡ σοφωτάτη Ἐσθήρ· [f]μὴ παραδῷς, κύριε, τὸ σκῆπτρόν σου τοῖς μὴ οὖσι[6]), ταύτην οὗτοι περὶ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ εἰπόντες πῶς ἂν δικαίως ἔτι τῆς Χριστιανῶν πρυσηγορίας μεταποιοῖντο; καὶ γάρ που καὶ ἑτέρωθι ὁ αὐτὸς οὗτος ἀπόστολος ὁ ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν μὴ ὄντα ὀνομάζει τὰ ἔθνη διὰ τὸ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐστερῆσθαι, εἰπών, ὅτι τὰ μὴ ὄντα ἐξελέξατο ὁ Θεός[7]). ἐπεὶ γὰρ ὢν καὶ ἀλήθεια καὶ ζωὴ ὁ Θεός, οἱ τῷ Θεῷ τῷ ὄντι μὴ ἡνωμένοι κατὰ τὴν πίστιν, τῇ δὲ ἀνυπαρξίᾳ τοῦ ψεύδους οἰκειωθέντες διὰ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης, εἰκότως οἶμαι διὰ τὴν στέρησιν τῆς ἀληθείας καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ζωῆς ἀλλοτρίωσιν μὴ ὄντες προσηγορεύθησαν. ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων ὡς γνησίως ἡνωμένοις τῷ ὄντι δι' ἐπιγνώσεως ὄντας αὐτοὺς ἰδιαζόντως ὠνόμασεν, εἰπών· [g]τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι καὶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ[8]).

1) Gen. 31, 11. 13. 2) Gen. 28, 13. 3) Ps. 14 [13. LXX.], 1. 4) Gal. 4, 8. 5) Ier. 5, 7. 6) Esth. 4, 17. lin. 34 (14, 11. Vulg.). 7) 1. Cor. 1, 28. 8) Eph. 1, 1.

a. Illud καὶ μετ' ὀλίγα παρὰ τοῦ αὐτοῦ sic verterat interpres: *Et post pauca de eodem*; quam interpretationem non probans Combefisius sic interpretari maluit: *ipsomet loquente ei a se.* Vix, ut mihi quidem videtur, dubitari potest, quin hoc loco verbum ἀκούομεν supplendum sit; ob idque ita vertimus: *Et post pauca ab*

angelus Dei, et post pauca ab eodem audimus: *Ego sum Deus, qui* T. I. p. 254. *apparui tibi in loco, ubi unxisti mihi illic columnam.* Atqui illic praesente columna ad Iacob dictum est: *Ego Dominus Deus Abraham patris tui et Deus Isaac.* Qui itaque hic angelus dictus est, is illic dicit manifestatum se Iacob fuisse. Quare compertum est omnibus et exploratum, ubicunque idem et angelus et Deus appellatus est, Unigenitum significari, cum se hominibus per singulas generationes manifestet suisque sanctis Patris nuntiet voluntatem. Itaque qui et coram Mose se ipse eum, qui est, nominavit, non alius praeter Deum Verbum, qui erat in principio apud Deum, intelligi poterit.

19. Sed iniquitatem in excelsum qui loquuntur, veriti non sunt non existentem nominare Filium. Et *Insipiens* quidem *in corde suo dixit*: *Non est Deus*, hi vero non cogitavere solum, sed loquuti sunt etiam in pravitate, imo futuris temporibus scripto tradere non caverunt, Deum ausi non existentem vocare. Et quoniam ne ipsos quidem daemones vident hoc negare, nempe Deum esse, hi ad superius tempus mente reversi illic impiam suam cupiditatem explent, non fuisse aliquando Filium blasphemo ore affirmantes, quasi sua ipsius natura non sit, sed dono sit a Deo ad *esse* productus. Deinde quam Paulus de idolis emisit vocem, dum ait: *Servivistis iis qui natura non sunt dii*, et Ieremias: *Et iuraverunt per eos, qui dii non sunt*, et sapientissima Esther: *Ne tradas, Domine, sceptrum tuum iis, qui non sunt*; hanc isti si de Deo vero dicant, quomodo possint amplius Christianorum sibi appellationem iure vindicare? Nam alibi etiam idem ille Apostolus, qui in Spiritu Dei loquebatur, non existentes appellat gentes, quod essent Dei cognitione privatae, cum ait: *Quae non sunt elegit Deus.* Nam quoniam Deus est, qui est, et veritas et vita, quicunque Deo, qui est, coniuncti per fidem non sunt, sed per suum circa simulacra errorem addicti sunt mendacio non existenti, iure opinor propter veritatis privationem et a vita alienationem non existentes appellati sunt. Sed et Ephesiis cum scriberet, eos per excellentiam nominavit existentes, tanquam qui ei, qui est, vere essent per agnitionem coniuncti; quippe ait: *Sanctis, qui sunt, et fidelibus in Christo Iesu.* Sic enim

eodem audimus. Quod mox sequitur *οὗ ἤλειψάς μοι* etc., ita Latine reddidit idem Combefisius: *Ubi unxisti mihi titulum.*

b. Antiqui duo libri *καὶ Ἰσαάκ.*

c. Editi *ὥστε καὶ ἐπί.* At duo mss. *ὥστε καὶ ὁ ἐπί.* Aliquanto post editi *ὅτι οὐκ ἔστι.* Vox *ὅτι* deest in antiquioribus codicibus.

d. Illud *εἰς τὸν κατόπιν* referendum est ad id tempus, quo primum genitus fuerat Filius a Patre.

e. Editi et recentes quidam mss. *τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ βλασφημοῦντες.* Codices antiquiores *τὸν υἱὸν βλασφ.*

f. Illa *μὴ παραδῷς* etc. non reperiuntur quidem in editione Romana, sed leguntur in Vulgata Latina Lib. Esther 14, 11.

g. Vir eruditissimus Ducaeus hic vehementer in Bezam invehitur. *Miror equidem,* inquit, *audaciam vel potius impudentiam Bezae, qui meram et inanem argutiam esse dicit quae a sanctissimo Patre hoc.*

T. I. p. 255. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασι καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν ἀντιγράφων εὑρήκαμεν. ὁ δὲ [a]οὐδὲ ἧς οἱ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας μετέχουσιν, οὐδὲ ταύτης ἀξιῶσαι τὸν Θεὸν ἡμῶν ἠνέσχετο, ἀλλὰ τὸν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγόντα τὴν κτίσιν μὴ ὄντα προσεῖπε. πλέον δ' ἄν τις αὐτοῦ τὴν καταφρόνησιν καταμάθοι ἐξ ὧν προσποιεῖται δῆθεν ἀποσεμνύνειν [b]τὸν κύριον.

Fabr. p. 281 md. ΕΥΝ. Οὐ κοινοποιοῦμεν, φησί, τοῦ μονογενοῦς τὴν οὐσίαν πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων γενόμενα, ἐπείπερ οὐκ οὐσία τὸ μὴ ὄν, ἀλλὰ τοσαύτην αὐτῷ νέμομεν τὴν ὑπεροχήν, ὅσην ἔχειν ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν.

ΒΑΣ. Διὰ τῶν κατασκευῶν εἰς τοῦτο [c]τὸν λόγον προαγαγὼν τῷ ῥήματι δῆθεν φιλανθρωπεύεται, καί φησι μὴ κοινοποιεῖν πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων τὴν οὐσίαν τοῦ μονογενοῦς. καίτοι εἰ ὁ Θεὸς τῶν ὅλων διὰ τὸ ἀγέννητος εἶναι ἀναγκαίαν ἔχει τὴν πρὸς τὰ γεννητὰ παραλλαγήν, τὰ δὲ γεννητὰ σύμπαντα κοινὴν ἔχει τὴν ἐκ [d]μὴ ὄντων ὑπόστασιν, πῶς οὐχὶ ἀναγκαίως ταῦτα κατὰ τὴν φύσιν συνάπτεται; ὡς γὰρ ἐκεῖ [e]τὸ ἀπρόσιτον διίστησι τὰς φύσεις, οὕτως ἐνταῦθα τὸ ὁμότιμον εἰς ταὐτὸν ἀλλήλοις συνάγει. ἐκ μὴ ὄντων δὲ λέγοντες τὸν υἱὸν καὶ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα καὶ κοινοποιοῦντες αὐτῶν κατὰ τοῦτο τὴν φύσιν οὔ φασιν ὁμοίαν αὐτῷ πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων διδόναι τὴν οὐσίαν. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο, ὡς αὐτὸς κύριος ὢν ὅσον βούλεται [f]παρέχειν τῷ μονογενεῖ τῆς ἀξίας, οὕτω ποιεῖται τοὺς λόγους. τοσαύτην γὰρ αὐτῷ νέμομεν, φησί, τὴν ὑπεροχήν, ὅσον ὑπερέχειν ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν. [g]οὐκ εἶπε κατειλήφαμεν ἢ δοξάζομεν, ὡς ἐπὶ Θεοῦ προσῆκον ἦν, ἀλλὰ νέμομεν, ὡς αὐτὸς τοῦ μέτρου τῆς διανομῆς κατάρχων. πόσην δὲ καὶ δίδωσι τὴν ὑπεροχήν; [h]ὅσον ὑπερέχειν, φησίν, ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν. οὕπω τοῦτο

loco proferuntur etc. Par erat quidem Bezam reverentius de gravissimo Patre atque doctissimo loqui; sed si satis habuisset illius sententiam non probare, nihil esset opinor, quod tantopere obiurgari debuisset. Et vero Hieronymus ipse Basilium petere videtur atque sententiam eius confutare. Eius verba sunt haec initio Commentarii sui in Epist. ad Ephesios. *Quidam curiosius quam necesse est putant ex eo, quod Moysi dictum sit*: Haec dices filiis Israel: Qui est misit me, *etiam eos, qui Ephesi sunt sancti et fideles, essentiae vocabulo nuncupatos. Ut quomodo a sancto sancti, a iusto iusti, a sapientia sapientes, ita ab eo, qui est, hi, qui sunt, appellentur, et iuxta eundem Apostolum elegisse Deum ea, quae non erant, ut destrueret ea, quae erant.* Basilium qui legerit, eum ab Hieronymo impeti facile sibi persuadebit. Sed id facit modeste, prudenter, circumspecte; quam redarguendi rationem imitari debuerat Beza. Fatebimur nos, videri Basilium rem non satis attendisse. Arbitramur itaque Usserium sequuti, Pauli ad Ephesios Epistolam *circularem* fuisse atque ex aequo ad omnes Asiae urbes pertinuisse. Hinc contigit ut simpliciter inscripta sit τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι, ut cum mitteretur ad aliam urbem, alio nomine inscriberetur. Hoc in causa fuit, ut videtur, cur Marcio epistolam eam, quae

et qui ante nos fuere tradiderunt et nos in antiquis exemplaribus invenimus. Hic autem ne ea quidem cuius servi Christi participes sunt appellatione Deum nostrum voluit cohonestare, sed eum, qui ex nihilo ad *esse* creaturas produxit, non existentem appellavit. Sed quivis inde magis didicerit eius contemtum, unde decorare se Dominum simulat. T. I. p. 255.

Eun. Substantiam Unigeniti, inquit, non facimus communem iis, quae ex nihilo facta sunt; etenim substantia non est quod non est; sed tantam ei praestantiam tribuimus, quantam necesse est creatorem prae suis ipsius creaturis habere. Fabr. p. 281 md.

Bas. Posteaquam argumentis suis huc orationem deduxit, humanior factus, verbo scilicet, ait se Unigeniti substantiam iis, quae ex nihilo sunt, non facere communem. Atqui si Deus universorum, quod ingenitus est, a genitis necessario differt, genita autem omnia communem habent ex nihilo existentiam, nonne haec inter se natura necessario coniunguntur? Quemadmodum enim illic inaccessum quiddam seiungit naturas, ita hic conditionis aequalitate inter se in unum et idem colliguntur. Etsi enim Filium et ea, quae ab ipso facta sunt, dicant esse ex nihilo, eorumque naturam secundum hoc faciant communem, negant tamen se ei substantiam factis ex nihilo rebus similem tribuere. Nam rursus, tanquam si ipse Dominus sit, ut quantum vult impertiat dignitatis Unigenito, sic loquitur: ***Tantam***, inquit, ***tribuimus ei excellentiam, quanta necesse est creatorem proprias creaturas superare.*** Non dixit: Concipimus aut opinamur, sicut par erat de Deo dicere, sed *tribuimus*, quasi mensura distributionis penes ipsum sit. Quantam vero concedit praestantiam? ***Quanta***, inquit, ***necesse est creatorem proprias creaturas antecellere.*** Nondum hoc

ad Ephesios missa fuerat, nomine Epistolae ad Laodicenos citet. Lege Tert. in Marcionem lib. 5. cap. 11. pag. 598. et rursus cap. 17. pag. 607. Nec mirum si Pauli epistola nomen Epistolae ad Ephesios retinuerit, cum Ephesus, quae totius Asiae metropolis est, suum ei nomen potius quam urbs alia dare debuerit.

a. Editi ὁ δὲ, ης. Antiqui sex libri ὁ δὲ οὐδὲ ἦς.

b. Codex unus ἀποσεμνύνειν τὸν υἱόν.

c. Editi et unus ms. ἐκ μὴ ὄντος. Alii quinque mss. ἐκ μὴ ὄντων.

d. Illa ὡς γάρ etc. puto accipi sic debere: Quemadmodum Pater et creaturae ideo natura inter se differunt, quod Patris natura communis esse non possit creaturis, ita ex sententia Eunomianorum Filius et creaturae ideo natura inter se convenient, quod eiusdem conditionis participes sint. Mox editi et tres mss. recentes ἀλλήλοις συνάπτει. Alii quatuor mss. antiquiores ἀλλήλοις συνάγει.

e. Reg. quartus παρέχει. Alii mss. cum editis παρέχειν, recte. Constructio enim verborum haec esse debet: ὧν κύριος παρέχειν seu τοῦ παρέχειν ὅσον βούλεται τῷ μονογενεῖ, *quasi sit Dominus tribuendi Unigenito tantum dignitatis, quantum vult.*

f. [Mar.: *Non dixit, concipimus aut glorificamus.*]

g. Editi ὅσην ὑπερέχειν. Antiqui quatuor libri ὅσον.

T. I. p. 255. τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν διαφορᾶς τὴν μαρτυρίαν ἔχει. ἄνθρωποι γὰρ τέχνῃ μὲν ὑπερέχουσι τῶν οἰκείων ἔργων, ὁμοούσιοι δὲ ὅμως αὐτοῖς καθεστήκασιν, ὡς ὁ κεραμεὺς τῷ πηλῷ καὶ ὁ ναυπηγὸς τοῖς ξύλοις. σώματα γὰρ ὁμοίως ἀμφότερα καὶ αἰσθητὰ ὁμοίως καὶ γήϊνα.

Τοσοῦτον δὲ τῷ υἱῷ πρὸς τὴν κτίσιν τὸ διάφορον συγχωρῶν ἤδη καὶ περὶ αὐτὴν τὴν ἔννοιαν τοῦ μονογενοῦς κακουργεῖ.

Fabr. p. 281 extr. ΕΥΝ. Διὰ τοῦτο γάρ, φησί, μονογενής, [a]ἐπειδὴ μόνος παρὰ μόνου τῇ τοῦ ἀγεννήτου δυνάμει γεννηθεὶς καὶ κτισθεὶς τελειότατος γέγονεν ὑπουργός.

T. I. p. 256. ΒΑΣ. Οὐκ οἶδα πρὸς ὅ τι χρὴ πλέον τῶν εἰρημένων ἀγανακτῆσαι, πότερον διὰ τὴν πανουργίαν, ἣν περὶ τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς ἐκακούργησε, παρά τε τὴν τῶν ἀνθρώπων συνήθειαν καὶ παρὰ τὴν εὐσεβῆ τῶν γραφῶν παράδοσιν ἐκλαμβάνων αὐτοῦ τὴν διάνοιαν (μονογενὴς γὰρ οὐχ ὁ παρὰ μόνου γενόμενος, ἀλλ' ὁ μόνος γεννηθεὶς ἐν τῇ κοινῇ χρήσει προσαγορεύεται), ἢ [b]περὶ τῆς τοῦ κτίσματος βλασφημίας, ἣν ἐξεπίτηδες συνῆψε τῷ γεννηθείς, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐδὲν διαφερόντως παρὰ τὰ κτίσματα τῆς τοῦ γεγεννῆσθαι προσηγορίας μέτεστι τῷ κυρίῳ, ἀλλ' ὥσπερ τὸ υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα[1]), καὶ τὸ υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ[2]), οὕτω καὶ τὸν κύριον υἱὸν ὠνομάσθαι, οὐχὶ ἔχοντα τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἀλλ' ἐξ ἴσου τοῖς ἄλλοις τῆς προσηγορίας ἀξιωθέντα. οἱ δὲ πρὸς τὴν τοῦ Σολομῶντος καταφεύγουσι λέξιν κἀκεῖθεν ὥσπερ ἐξ ὁρμητηρίου τινὸς τῆς πίστεως κατατρέχουσι. διὰ γὰρ τὸ ἐκ προσώπου τῆς σοφίας εἰρῆσθαι τὸ κύριος [c]ἔκτισέ με[3]) ἐξεῖναι αὐτοῖς κτίσμα λέγειν τὸν κύριον ὑπειλήφασιν. ἐγὼ δὲ πολλὰ ἔχων εἰπεῖν περὶ τῆς φωνῆς ταύτης, πρῶτον μὲν ὅτι ἅπαξ ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς εἴρηται, ἔπειθ' [d]ὅτι ἐν βίβλῳ πολὺ τὸ κεκρυμμένον τῆς διανοίας ἐχούσῃ καὶ διὰ παροιμιῶν τε καὶ παραβολῶν καὶ σκοτεινῶν λόγων καὶ αἰνιγμάτων ὡς τὰ πολλὰ προηγμένῃ, ὥστε μηδὲν ἀναμφισβήτητον μηδὲ τηλαυγὲς ἀπ' αὐτῆς εἶναι λαβεῖν, παρίημι λέγειν, ἵνα μὴ μακροτέροις ἐπεισοδίοις τὸν λόγον [e]ἀπομηκύναιμι, ἄλλως τε καὶ ἐν ἰδίῳ τόπῳ τῆς περὶ τῶν κακῶς αὐτοῖς νοηθέντων ἐξετάσεως ἡμῖν ὑπερτεθείσης, ἐν ᾧ καὶ τοῦτο τὸ μέρος θεοῦ διδόντος διευθυνθήσεται. καὶ οἶμαί γε, ὅ τι σὺν θεῷ δὲ εἰρήσθω, πολλῷ ἀκολουθοτέραν ἔννοιαν τῆς προκειμένης λέξεως καὶ μηδένα κίνδυνον φέρουσαν ἀναφανήσεσθαι τῇ ἐξετάσει. τέως γε

1) Es. 1, 2. 2) Exod. 4, 22. 3) Prov. 8, 22.

a. Regii secundus et tertius ἐπειδὴ μόνος τῇ τοῦ, quam lectionem sequutus fuisse videtur Trapezuntius, cum sic verterit: *Nam idcirco Unigenitus est, quoniam solus ingeniti virtute genitus et creatus.* Sed hanc interpretationem iis quae sequuntur Basilii verbis accommodari non posse vel caeco apparet. Editio Paris. ἐπειδὴ παρὰ μόνου τῇ τοῦ etc. Editio Ven. et Regii primus, quartus, quintus et

diversitatem substantiae declarat. Homines enim arte quidem superant sua ipsorum opera, et tamen eandem cum eis habent substantiam, ut figulus cum luto, ut navis fabricator cum lignis. Utraque enim sunt similiter corpora, sensibilia pariter et terrena. T. I. p. 255.

20. Postquam autem Filio concessit diversitatem tantam a creaturis, iam et in ipsam Unigeniti notionem maligne agit.

Eun. Nam idcirco, inquit, Unigenitus est, quoniam solus a solo potentia ingeniti genitus et creatus perfectissimus factus est minister. Fabr. p. 281 extr.

Bas. Ignoro quid eorum, quae dixit, oporteat molestius ferre, utrum versutiam, quam circa nomen Unigeniti maligne excogitavit, tam praeter hominum consuetudinem, quam praeter piam Scripturarum traditionem sensum illius accipiens (Unigenitus enim non qui a solo factus, sed qui solus genitus est, in communi usu appellatur), an creaturae blasphemiam, quam data opera voci *genitus* coniunxit, ut ostendat geniti appellationem ratione nihilo praestantiore Domino tribui, quam creaturis, sed sicut illud: *Filios genui et exaltavi,* illud itidem: *Filius primogenitus meus Israel,* ita etiam Dominum filium nominatum esse, non quod habeat nomen super omne nomen, sed quod pariter ac reliqua appellationem consequutus sit. At vero hi ad Salomonis dictionem confugiunt atque illinc tanquam ex aliqua arce fidem impetunt. Nam quoniam ex persona Sapientiae dictum est: *Dominus creavit me,* licere sibi arbitrati sunt Dominum creaturam dicere. Ego vero cum multa de hac voce dicere habeam, primum quod semel in tota Scriptura usurpata est, deinde quod in libro adhibita est, cuius sensus non parum reconditur, quique per proverbia parabolasque et sermones obscuros ac aenigmata ut plurimum procedit, adeo ut nihil certi, nihil possit perspicui ex eo excerpi; dicere haec omitto, ut ne longioribus digressionibus protraham sermonem, praesertim cum inquisitio eorum, quae male ab ipsis intellecta sunt, in locum proprium nobis dilata sit, in quo haec quoque pars Deo largiente examinabitur. Ac quidem dictionis propositae quendam sensum (quod favente Deo dictum sit) multo magis idoneum, et qui nihil afferat periculi, puto ex T. I. p. 256.

sextus ἐπειδὴ μόνος παρὰ μόνου τῇ τοῦ, quam scripturam veram esse et genuinam vel sola orationis series aperte ostendit. Illud παρὰ μόνου inepte omissum est tum in Colbertino codice, tum in eo libro, ad cuius fidem opus Eunomii nuper edidit vir eruditissimus Io. Albertus Fabricius. Basilium enim unice in voce μόνου insistere constat.

b. ἢ περὶ τῆς, an *creaturae blasphemiam.* Hoc est: An id, quod blasphemore affirmavit, Filium scilicet creaturam esse. Respicit Basilius ad vocem κτισθείς, qua Eunomius utebatur.

c. Monuit iampridem vir doctissimus Nobilius, Ambrosium 3. de fide cap. 4. scripsisse *Dominus creavit me.* Plura qui cupit, eius utilissimas notas legat.

d. Sic veteres quatuor libri. Vox ὅτι in editis desideratur.

e. Editi ἀποφαίνομαι. ἀλλ' ὥστε καὶ ἐν ἰδίῳ. At mss. uti in contextu, recte.

T. I. p. 256. μὴν μηδὲ ἐκεῖνο ἀπαρασίμαντον καταλίπωμεν, ὅτι [a]ἄλλοι τῶν ἑρμηνέων οἱ καιριώτερον τῆς σημασίας τῶν Ἑβραϊκῶν κἀθικόμενοι ἐκτήσατό με ἀντὶ τοῦ ἔκτισεν ἐκδεδώκασιν, ὅπερ μέγιστον αὐτοῖς ἐμπόδιον ἔσται πρὸς τὴν βλασφημίαν τοῦ κτίσματος. ὁ γὰρ εἰπών· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ[1]), οὐχὶ κτίσας τὸν Κάϊν, ἀλλὰ γεννήσας ταύτῃ φαίνεται χρησάμενος τῇ φωνῇ.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανίωμεν.

Fabr. p. 281 extr. ΕΥΝ. Διὰ τοῦτο, φησί, μονογενής, ἐπειδὴ παρὰ μόνου γενηθεὶς καὶ κτισθεὶς τελειότατος γέγονεν ὑπουργός.

ΒΑΣ. Εἰ τοίνυν μὴ παρὰ τὸ μόνος γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ παρὰ μόνου, μονογενὴς εἴρηται, [b]ταὐτὸν δέ ἐστι κατὰ σὲ τὸ ἐκτίσθαι τῷ γεγεννῆσθαι, τί οὐχὶ καὶ μονόκτιστον αὐτὸν ὀνομάζεις, ὦ πάντα σὺ ῥᾳδίως καὶ διανοούμενος καὶ ἐκφέρων; μονογενὴς δὲ ὡς ἔοικεν ἀνθρώπων οὐδείς, κατά γε τὸν ἡμέτερον λόγον, διὰ τὸ T. I. p. 257. ἐκ συνδυασμοῦ πᾶσιν ὑπάρχειν τὴν γέννησιν, οὐδὲ ἡ Σάῤῥα μήτηρ μονογενοῦς ἦν παιδός, διότι οὐχὶ μόνῃ αὐτόν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ἀβραὰμ ἐτεκνώσατο. καὶ ἐάν γε κρατῇ τὰ ὑμέτερα, [c]ἀνάγκη ὅλον τὸν βίον μεταμαθεῖν, μὴ μονώσεως ἀδελφῶν, ἀλλ' ἐχεμίας τῶν συντικτόντων ὀηλωτικὸν εἶναι τοὔνομα. ἤδη δὲ καὶ ἡ κτίσις παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν ἀξίαν ἠλάττωται, παρὰ τοσοῦτον τοῦ καὶ αὐτὴ μονογενὴς εἶναι διαμαρτοῦσα, παρ' ὅσον ὁ υἱὸς τῆς δημιουργίας τῷ πατρὶ συνεφήψατο· καίτοιγε οὐδὲ τοῦτο [d]παρ' αὐτῶν συγχωρεῖται. ὑπουργὸν γὰρ τελειότατον αὐτὸν ὀνομάζουσι. πῶς οὖν οὐχὶ παρὰ μόνου καὶ ἡ κτίσις γέγονε καθ' ὑμᾶς οἷόν τι ὄργανον ἄψυχον τὸν Θεὸν λόγον τῷ πατρὶ προστιθέντας; εἰ μὴ καὶ τὸν ναυπηγὸν ἀφαιρήσεταί τις μόνον πεποιηκέναι τὴν ναῦν, ὅτι δὴ ὀργάνοις πρὸς τὴν κατασκευὴν συνεχρήσατο. ὥστε μονογενὴς καὶ ἡ κτίσις, καὶ τὰ [e]μέρη ταύτης, οὐ μόνον αἱ ἀόρατοι δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τὰ αἰσθητὰ σώματα, καὶ τούτων τὰ εὐτελέστατα,

1) Gen. 4, 1.

a. Interpretes illos, quos non nominat Basilius, Aquilam, Symmachum et Theodotionem esse, ex Hexaplis cognoscimus, quorum interpretationem hic adscribere non pigebit. Aquilas igitur: *κύριος ἐκτήσατό με κεφάλαιον τῶν ὁδῶν αὐτοῦ ἀρχῆθεν κατεργασμάτων αὐτοῦ, Dominus possedit me capitulum viarum suarum a principio operum suorum.* Symmachus: *κύριος ἐκτήσατό με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ, Dominus possedit me principium viarum suarum ante operationem suam.* Theodotio: *κύριος ἐκτήσατό με ἀρχὴν ὁδοῦ αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ ἀπὸ τότε, Dominus possedit me principium viae suae ante operationem suam ex tunc.* Notum est LXX interpretes pro *ἐκτήσατό με, possedit me,* scripsisse *ἔκτισέ με, creavit me,* quam lectionem tanquam impio suo dogmati stabiliendo accommodatissimam sequebantur Eunomiani. Neque vero frustra dixerat Basilius, interpretes eos, qui vocum Hebraicarum sensum melius veriusque consequuti fuerant, vertisse non *ἔκτισέ με, creavit me,* sed *ἐκτήσατό με, possedit me.* Ita enim Hebraica in Hexaplis ad verbum vertuntur: *Dominus possedit me principium*

inquisitione emersurum. Interim tamen neque illud silentio praetereamus, interpretes alios, qui convenientius Hebraicarum vocum sententiam assequuti sunt, *Possedit me* pro *Creavit* edidisse, quod eis erit maximo impedimento ad creaturae blasphemiam. Qui enim dixit: *Possedi hominem per Deum*, constat eum hac voce usum esse, non quod creasset Cain, sed quod genuisset. T. I. p. 256.

21. Sed unde incepimus redeamus.

Eun. Idcirco, inquit, Unigenitus, quoniam a solo genitus et creatus perfectissimus factus est minister. Fabr. p. 281 extr.

Bas. Si ergo non quoniam solus genitus est, sed quoniam a solo, Unigenitus dictus est, si rursus idem est secundum te genitum esse et creatum esse, cur non etiam unicreatum eum appellas tu, qui omnia facile et excogitas et profers? Nemo autem homo, ut video, ex vestra sententia est unigenitus, cum generatio ex duorum coitu insit omnibus, nec Sara unigeniti filii mater erat, cum non sola eum, sed cum Abraham genuerit. Et certe si opinio vestra obtinet, necesse est omne hominum genus sententia mutata discere, non eam solitudinem, quae fratribus caret, sed eam, quae congenitores non habet, hoc isto nomine significari. T. I. p. 257. Iam vero et creatura Deo Verbo dignitate inferior est causae nomine, cum ob id solum et ipsa unigenita non sit, quod Filius una cum Patre creationem attigit; quamquam ne hoc quidem ab ipsis conceditur. Nam perfectissimum ministrum eum nominant. Quomodo igitur non a solo creatura etiam facta est secundum vos, qui velut inanimatum quoddam instrumentum Deum Verbum Patri adiungitis? Nisi quis navis quoque fabricatorem negabit solum navem fabricasse, quod instrumentis ad eam construendam usus est. Quare unigenita est et creatura, imo et illius partes, non invisibiles virtutes solum, sed corpora etiam sensibilia, et horum humillima, cu-

viae suae ante opera sua ex tunc. Paulo aliter in Vulgata legitur, nempe hoc modo: *Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a principio.* Sententiam fratris carissimi Basilii confirmaturus Gregorius hunc eundem locum tractavit lib. 3. adversus Eunomium pag. 503.

b. Editi τ' αὐτὸ δέ. Libri veteres ταὐτόν.

c. Horum verborum ἀνάγκη ὅλον τόν etc. interpretationem veterem non probans Combefisius eius loco hanc substituit: *Necesse est mundum omnem, relicto eo, quod humanis rationibus sedebat, novum addiscere, unigeniti nomen non id significare, quod nullos quis fratres habeat, sed quod uno et altero parente prognatus non est.* Hoc est: Homines omnes, si semel Eunomio fides habeatur, mutata sententia discant oportet, unigeniti nomine non hoc significari, quod unus aliquis sit solus sine fratre, sed quod non sint genitores, qui simul ad eum gignendum concurrerint.

d. Editio Paris. οὐδὲ τοῦτο τὸ συνεφάψασθαι παρ' αὐτῶν. Illud τὸ συνεφάψασθαι addidisse se ex codice Henriciano monet Ducaeus. Sed dum hunc codicem legerem, animadverti in eo non pauca reperiri, quae qui dixerit additamenta esse librariorum non errabit. Reliqui sex mss. simpliciter τοῦτο παρ' αὐτῶν.

e. Eius loci sententia haec est: Ut mundus in universum erit unigenitus, ita singulae eius partes erunt quoque unigenitae.

T.I. p. 257. σκνῖπες καὶ ἀκρίδες καὶ βάτραχοι. αὐτὸς γὰρ εἶπε [a]καὶ ἐγενήθησαν[1]). τίνος γὰρ ἂν καὶ ὑπουργίας δέοιτο ὁ θελήματι [b]μόνῳ δημιουργῶν, ὁμοῦ τῇ βουλήσει συνυφισταμένης τῆς κτίσεως; [c]ἀλλὰ τί; πῶς καὶ καθ' ἡμᾶς διὰ τοῦ υἱοῦ τὰ πάντα; ὅτι τὸ θεῖον βούλημα οἷον πηγῆς τινος τῆς πρώτης αἰτίας ἀφορμηθὲν διὰ τῆς οἰκείας εἰκόνος τοῦ θεοῦ λόγου πρόεισιν εἰς ἐνέργειαν. ὁ δὲ τὸν μονογενῆ υἱὸν ὑπουργὸν προσηγόρευσε, [d]τοῦτο αὐτῷ προστιθεὶς μέγα, ὅτι εὔθετος πρὸς τὴν διακονίαν τῶν ἐπιτασσομένων ἐστίν. εἰ γὰρ οὐκ ἐν τῷ θεὸς εἶναι τέλειος τὴν δόξαν κέκτηται, ἀλλ' ἐν τῷ ὑπουργὸς ἀκριβής, τί διοίσει τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων ἀμέμπτως τὸ ἔργον τῆς διακονίας ἐπιτελούντων; διὰ ταῦτα τῷ γεννηθεὶς τὸ κτισθεὶς συνῆψεν, ἵνα κἀντεῦθεν μηδεμίαν οὖσαν υἱοῦ καὶ κτίσματος διαφορὰν ἐπιδείξῃ.

Ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι καὶ τῆς παραινέσεως.

Fabr. p. 282 in. ΕΥΝ. Οὐ χρή, φησί, τῇ τοῦ πατρὸς [a]καὶ τοῦ υἱοῦ προσέχοντας προσηγορίᾳ ἀνθρωπικὴν αὐτοῦ τὴν γέννησιν ἐννοεῖν, κἂν τῶν ἐν ἀνθρώποις γενέσεων ἀναγομένους τοῖς τῆς [e]μετουσίας ὀνόμασι καὶ πάθεσιν ὑπάγειν τὸν θεόν.

ΒΑΣ. Ἡ μὲν παραίνεσις, μὴ δεῖν τὴν κατ' οὐσίαν υἱοῦ καὶ πατρὸς ὁμοιότητα ἐννοεῖν (τοῦτο γὰρ αὐτῷ βούλεται ἡ τῆς μετουσίας ἀπαγόρευσις), ὡς ἀκοινωνήτου τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας πρὸς τὴν τοῦ μονογενοῦς ὑπαρχούσης· [f]διὰ ταῦτα αἱ σεμναὶ ἐκεῖναι τῶν ὀνομάτων διαστολαί, ὧν τὸν ὄχλον ἡμεῖς ὑπερέβημεν, ὡς οὐχὶ ὅσων αἱ ἐκφωνήσεις αἱ αὐταί, ταῦτα καὶ τῷ σημαινομένῳ ἤδη ταὐτά, ἵνα τὸ πατέρα εἶναι τοῦ υἱοῦ τὸν θεὸν διὰ τοὺς ἐπὶ γῆς πατέρας ὀνομαζομένους ἀφέληται· ἐγὼ δὲ πολλῶν ὄντων, ἃ τὸν Χριστια-
T.I. p. 258. νισμὸν ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀγνωσίας διίστησιν, οὐδὲν ἡγοῦμαι κυριώτερον δόγμα τῆς εἰς πατέρα καὶ υἱὸν πίστεως τῷ εὐαγγελίῳ τῆς σωτηρίας ἡμῶν [h]ἐνυπάρχειν. ἐπεὶ τό γε κτίστην εἶναι καὶ δημιουργὸν τὸν θεὸν καὶ οἱ καθ' ὁποιανδήποτε πλάνην ἀπεσχισμένοι συντίθενται. ὁ δὲ πατέρα ψευδώνυμον καὶ υἱὸν μέχρι [i]προσηγορίας ψιλῆς καταγγέλλων, καὶ οὐδὲν ἡγούμενος διαφέρειν ἢ πατέρα ὁμολογεῖν ἢ κτίστην καὶ ἤτοι υἱὸν λέγειν ἢ ποίημα, ποῦ τετάξεται παρ' ἡμῶν; ἢ τῆς ποίας εἶναι

1) Ps. 148, 5.

a. Veteres quinque libri et editi *καὶ ἐγεννήθησαν*. Unde interpres *et genita sunt*. Regii tertius et quartus *καὶ ἐγενήθησαν, et facta sunt*, nec aliter legitur apud LXX. In editione Parisiensi et in duobus mss. post vocem *ἐγεννήθησαν* additum invenitur *αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, ipse mandavit, et creata sunt*; tamen cum haec verba in reliquis quinque codicibus desint, et alioquin Basilius brevis esse maxime studeat, non valde admodum dubitavi, quin expungi et deleri deberent.

lices, locustae, ranae. *Ipse* enim *dixit, et facta sunt.* Quo enim ministerio indigere possit, qui nutu solo creat, una cum voluntate creatura subsistente? Sed quid? quomodo etiam secundum nos omnia sunt per Filium? Quoniam divina voluntas a prima causa tanquam a quodam fonte profecta per suam imaginem Deum Verbum ad operationem progreditur. Eunomius vero unigenitum Filium ministrum appellavit, hoc ei magnum attribuens, quod ad eorum, quae praecipiuntur, ministerium idoneus est. Si enim non in eo quod Deus perfectus sit maiestatem possidet, sed in eo quod sedulus sit minister, iam a ministratoriis spiritibus, qui inculpate ministerii opus perficiunt, qua in re differet? His de causis voci *genitus* vocem *creatus* coniunxit, ut etiam hinc nullam inter Filium et creaturam diversitatem esse ostendat. T. I. p. 257.

22. Iamvero operae pretium fuerit illius quoque admonitionem audire.

Eun. Non oportet, inquit, cum Patris ac Filii appellationem audimus, eius generationem humanam intelligere, nec hominum generatione adductos Deum communionis nominibus aut passionibus subiicere. Fabr. p. 252 in.

Bas. Monet Filium Patri secundum substantiam similem intelligi non oportere. Hoc enim sibi vult illa participationis negatio, quasi substantia Patris cum substantia Filii non queat communionem ullam habere. Propterea praeclarae illae, quarum nos turbam praetermisimus, nominum distinctiones, quod videlicet non quorumcunque eaedem sunt enuntiationes, ea continuo re quoque significata eadem sint, ut propter eos, qui in terra patres nominantur, neget Deum Filii Patrem esse. Ego vero, cum multa sint, quae Christianismum a gentili errore ac Iudaica ignorantia dirimant, nullum arbitror in nostrae salutis Evangelio inesse potius ac maius dogma, quam in Patrem et Filium fidem. Nam vel ii, qui quocunque errore scissi sunt, Deum creatorem ac opificem esse confitentur. Qui vero falso appellatum Patrem et Filium nuda appellatione praedicat, nihilque differre arbitratur vel Patrem vel creatorem profiteri et aut Filium aut factūram dicere, ubi a nobis T. I. p. 258.

b. Codices aliquot *θελήματι μόνον*.

c. Editi *ἀλλά τοι πῶς*. At mss. *ἀλλά τι πῶς*.

d. Editi *τοῦτο δὲ αὐτῷ*. Vocula *δέ* abest a nostris codicibus.

e. Libri veteres *καὶ υἱοῦ*. Editi *καὶ τοῦ υἱοῦ*. Ibidem in editis legitur *ἀνθρωπίνην*; sed in nostris codicibus scriptum invenimus *ἀνθρωπικήν*.

f. Basilius docet aliquanto infra, Eunomium vocem *μετουσία* non ita accipere, ut significet communionem quamlibet, sed communionem essentiae.

g. Codex unus cum editis *διὰ τοῦτο*. Reliqui sex mss. *διὰ ταῦτα*.

h. Editi *ἐνυπάρχειν*. Editio Ven. et septem nostri mss. *ὑπάρχειν*.

i. Reg. quartus in contextu *ψιλῆς φωνῆς*, in ora libri *προσηγορίας ψιλῆς*.

T. I. p. 258. μερίδος [a]ἀριθμηθήσεται, τῆς Ἰουδαίων ἢ τῆς Ἑλλήνων; οὐ γὰρ δὴ Χριστιανοῖς ἑαυτὸν εἰσποιήσει ὁ τὴν δύναμιν τῆς εὐσεβείας καὶ τὸν οἱονεὶ χαρακτῆρα τῆς λατρείας ἡμῶν [b]ἀρνούμενος. οὐ γὰρ εἰς δημιουργὸν καὶ ποίημα ἐπιστεύσαμεν, ἀλλ' εἰς πατέρα καὶ υἱὸν διὰ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι χάριτος ἐσφραγίσθημεν, ὥστε ὁ ταύτας τολμῶν ἀθετεῖν τὰς φωνὰς πᾶσαν ὁμοῦ [c]παραγράφει τῶν εὐαγγελίων τὴν δύναμιν, πατέρα μὴ γεννήσαντα καὶ υἱὸν μὴ γεννηθέντα κηρύσσων. ἀλλὰ ταῦτα [d]λέγω, φησί, τὴν τοῦ πάθους ἔννοιαν τὴν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς φωνῆς ἐγγινομένην ἐκκλίνων. ἐχρῆν δὲ δήπου τόν γε εὐσεβεῖν ἐγνωκότα τὸ ἀπεμφαῖνον τῆς ἐν τοῖς ῥήμασι τούτοις διανοίας, εἴ τι ἄρα καὶ ἐνυπῆρχε, παραιτησάμενον μὴ πᾶσαν ἀθρόως τὴν φωνὴν ἀθετεῖν, μηδὲ τῇ προφάσει τοῦ ἀπρεποῦς καὶ τὸ ὅσον ἀπ' αὐτῆς χρήσιμον συνεκβάλλειν, ἀλλ' ἀπὸ μὲν τῶν ταπεινῶν καὶ σαρκικῶν νοημάτων ἐν τοῖς περὶ θεοῦ δόγμασι καθαρεύειν, γέννησιν δὲ τῇ ἁγιωσύνῃ καὶ τῇ ἀπαθείᾳ τοῦ θεοῦ πρέπουσαν ἐννοεῖν, τὸν μὲν τρόπον, καθ' ὃν ἐγέννησεν ὁ θεός, ὡς ἄῤῥητον καὶ ἀπερινόητον ἀφιέντα, πρὸς δὲ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα ἐκ τῆς τοῦ γεννᾶν προσηγορίας ὁδηγούμενον. καίτοιγε φανερὸν σκοπουμένῳ, ὅτι οὐ σωματικῶν παθῶν κυρίως καὶ πρώτως ἔννοιαν ἐμπσιεῖν ταυτὶ πέφυκε τὰ ὀνόματα, ὁ πατὴρ λέγω καὶ ὁ υἱός, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὰ μὲν λεγόμενα τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν [e]ἐνδείκνυται μόνην. πατὴρ μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἑτέρῳ τοῦ εἶναι κατὰ τὴν ὁμοίαν ἑαυτῷ φύσιν τὴν ἀρχὴν παρασχών, υἱὸς δὲ ὁ ἐξ ἑτέρου γεννητῶς τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν ἐσχηκώς.

Ὅταν μὲν οὖν ἀκούσωμεν [f]ὅτι ἄνθρωπος πατήρ, τότε καὶ τὴν τοῦ πάθους ἔννοιαν προσλαμβάνομεν, ὅταν δὲ ὅτι ὁ θεὸς πατήρ, ἐπὶ τὴν ἀπαθῆ αἰτίαν τοῖς λογισμοῖς ἀνατρέχομεν. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ἐμπαθοῦς φύσεως τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ συνεθισθεὶς τὸ ὑπὲρ τὴν κατάληψιν τῶν ἑαυτοῦ λογισμῶν ὡς ἀδύνατον ἀπαρνεῖται. οὐ γὰρ τῷ πάθει τῶν φθαρτῶν προσέχοντα τῇ ἀπαθείᾳ τοῦ θεοῦ ἀπιστεῖν προσῆκεν, οὐδὲ τῇ ῥευστῇ φύσει καὶ μυρίαις ὑποκειμένῃ μεταβολαῖς τὴν ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον οὐσίαν [g]παρατιθέντα. μηδ' ὅτι τὰ θνητὰ ζῶα διὰ πάθους γεννᾷ, καὶ τὸν θεὸν ἐχρῆν οὕτως οἴεσθαι, ἀλλ' ἐντεῦθεν μᾶλλον ὁδηγεῖσθαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ὅτι ἐπειδὴ τὰ φθαρτὰ οὕτως, ὁ ἄφθαρτος ἐναντίως. καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνό γε ἂν εἴποι, ὡς κυρίως καὶ πρώτως ἐπὶ τῶν ἀν-

a. Codex unus et editi *συναριθμηθήσεται*. Alii sex mss. *ἀριθμηθήσεται*. Vox *εἶναι* deest in quatuor codicibus.

b. Antiqui sex libri cum editione Ven. *ἡμῶν ἀρνούμενος*. Editio Paris. et Reg. secundus *μὴ ἀρνούμενος*.

c. Codices non pauci *διαγράφει*, sensu non dissimili.

d. Unus aut alter ms. cum editis *λέγων . . . . ἐκκλίνω*. Alii quinque mss. *λέγω . . . . ἐκκλίνων*.

collocabitur? aut qua in secta numerabitur? Iudaeorumne an gentium? Nec enim Christianis se adiunget, qui pietatis robur et velut religionis nostrae characterem inficiatur. Non enim in opificem credidimus et in facturam, sed in Patrem et Filium per baptismi gratiam obsignati sumus. Quamobrem qui has reiicere voces audet, omnem simul Evangeliorum vim facit irritam, cum nec Patrem generantem nec Filium genitum praedicet. Sed haec dico, inquit, ut passionis intelligentiam e Patris voce enascentem fugiam. Verum oportebat eum, qui pie agere statuisset, absonum horum verborum sensum, si quis tamen inerat, aversari, non totam simul vocem reprobare neque indecori obtentu quidquid ab ea accedit utilitatis, id simul reiicere, sed ut ab humilibus carnalibusque cogitationibus in divinis dogmatis purum esse, ita generationem sanctitati atque *apathiae* Dei convenientem intelligere, adeo ut modum quidem, quo Deus genuit, tanquam qui ineffabilis ac incomprehensibilis sit, praetermitteret, ad substantiae vero similitudinem per generandi appellationem deduceretur. Quamquam perspicuum est reputanti, haec nomina pater et filius corporalium affectionum cogitationem proprie ac primario parere non solere, sed cum per se sola dicuntur, solum habitum mutuum indicare. Pater enim est qui alteri existendi principium secundum similem sibi ipsi naturam contulit, filius vero qui ex alio per generationem principium ut sit habuit. T. I. p. 258.

23. Itaque cum audimus hominem patrem esse, tunc incidit nobis affectus cogitatio, at vero cum Deum Patrem, tum ad impassibilem causam mente attollimur. Eunomius autem hanc appellationem de subiecta affectionibus natura accipere assuetus, quod rationis eius captum superat, id ut impossibile pernegat. Non enim par erat eum corruptibilium affectionem attendentem atque substantiam immutabilem ac inalterabilem naturae fluxae et innumeris mutationibus obnoxiae comparantem Deum non credere affectionibus immunem. Nec quoniam mortalia animalia per affectum generant, ita quoque de Deo sentire oportebat, sed hinc magis deduci ad veritatem, quod quoniam corruptibilia hoc modo, is, qui incorruptibilis est, modo contrario generat. Neque vero illud dixerit, nomina haec, quae proprie ac primario de

e. Editi *ἐνδείκνυνται*. Veteres quinque libri *ἐνδείκνυται*.

f. Editio Paris. *ἀκούσωμεν ὅτι ἄνθρωπος*. Editio Ven. et sex mss. *ἀκούσωμεν ἄνθρωπος*. Sed vocem *ὅτι* inepte omissam esse ex eo intelligitur, quod statim legamus *ὅταν δὲ ὅτι ὁ θεὸς πατήρ*.

[e]Ἐμπλήσας δὲ τὸν λόγον φλυαρίας κενῆς καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν πώποτε περὶ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν ἐσχολακότων κατεπαρθείς, ὡς αὐτὸς ὁδόν τινα καινὴν καὶ πρόσφατον τετμηκὼς πρὸς τὸν θεὸν φέρουσαν, ἣν οὐδεὶς τῶν προτέρων ἐξεῦρε, τελευταῖον ἐπάγει ὡς παρ' αὐτῆς δεδιδαγμένος τοῦ θεοῦ τῆς οὐσίας τὴν κατὰ τοῦ υἱοῦ βλασφημίαν,

Fabr. p. 288 extr. ΕΥΝ. [f]Ὅτι ἡ μὲν ἀνωτέρω βασιλεία καὶ πάντη γενέσεως ἀνεπίδεκτος, τούτοις παιδεύουσα τὴν μετ' εὐνοίας προσιοῦσαν διάνοιαν, ἀπωθεῖν ὡς πορρωτάτω παρακελεύεται νόμῳ φύσεως τὴν πρὸς [g]ἕτερον σύγκρισιν.

T. I. p. 267. ΒΑΣ. [h]Ἆρα οὐχὶ σαφῶς ἐνδείκνυται ὅτι αὐτὸς ἠξιώθη τῆς

a. Editi et mss. tres ἀγαθὸν ὅλον, ὅπερ ἐστὶ ζωὴν ὄντα, virgula apposita post ὅλον. Regii primus et sextus ἀγαθὸν ὅλον ὥσπερ ἐστὶ ζωὴν ὄντα, sine ulla interpunctione. Codex Colb. et antiquissimus et optimae notae ἀγαθὸν, ὅλον ζωὴν ὄντα, virgula statim posita post vocem ἀγαθόν. Fecit, nisi valde fallor, eius loci obscuritas difficultasque, ut tam varie interpungeretur. Illud ὄντα me adducit ut credam vocem θεόν supplendam esse, hoc fere modo: εἰ τιθέμεθα θεὸν ὅλον ὅπερ ἐστὶ ζωὴν ὄντα, rursus si putamus Deum totum, quidquid est, vitam esse, si putamus Deum totum, quantus est, vitam esse. Ex quibus colligere licet, primum duas has voces ὅλον et ὄντα ad vocem θεόν, quae subauditur, referri debere, deinde interpunctionem eam, quae in Colbertino libro notatur, retinendam esse. Neque vero me pigebit interpretationem veterem adscribere, ex qua fortasse hic locus facilius intelligi poterit. Ita igitur verterat Trapezuntius: *Si vero substantiam Dei lucem, vel vitam, vel bonum, totum quod est, vitam totum lucem, totum bonum opinatur: vitam vero sequitur: quomodo* etc.

b. Codex unus Regius ἁπλότητος αὐτοῦ.

c. Reg. tertius ἔννοιαν ἀποσώζειν.

d. Editi ἑκάστου τῶν ὀνομάτων. Antiqui tres libri ἑκάστου τούτων τῶν ὀνομάτων. Statim editi ἐκληψόμεθα, οὐκοῦν ὅπερ ἂν ἐπ' ἐκείνων. Veteres quinque libri ita ut edidimus.

e. Editi· ἐμπλήσας καὶ τόν. At mss.

vero Dei substantiam lucem esse statuimus aut vitam aut bonum, adeo T. I. p. 266. ut Deus totus quidquid est vita sit et totus lux et totus bonum, si itidem vita ingenitum sibi adiunctum habet; qui fieri potest ut incompositus non sit qui secundum substantiam simplex est? Nec enim ii modi, quibus eius proprietates indicantur, simplicitatis laedent rationem; alioquin hoc pacto omnia, quae de Deo dicuntur, compositum esse Deum nobis monstrabunt. Atque ut videtur, si volumus simplicis ac insecabilis notionem servare, aut nihil de Deo dicemus praeter ingenitum, eumque recusabimus nominare invisibilem, incorruptibilem, inalterabilem, creatorem, iudicem et omnia, quae nunc ad glorificationem assumimus, aut si admittimus haec nomina, quid iam facturi sumus? utrum ad substantiam omnia referemus? Proinde non eum modo compositum, sed e dissimilibus etiam partibus compositum demonstrabimus, cum aliud atque aliud a quolibet istorum nominum significetur; an haec extra substantiam intelligemus? Quamcunque igitur in unoquoque illorum excogitaverint rationem, eam quoque de ingeniti appellatione accipiant.

30. Postquam autem orationem inanibus nugis complevit, simulque adversus omnes, quotquot unquam Dei cognitionem assequi studuerunt, sese extulit, quasi ipse novam quandam ac recentem viam ad Deum ducentem stravisset, quam nemo e maioribus invenerit, tum demum tanquam ab ipsa Dei substantia edoctus hanc in Filium inducit blasphemiam:

Eun. Substantia quidem, quae regno superior est quaeque nullam generationem admittit, his erudiens mentem benevole accedentem, eam comparationem, quae cum alio fit, lege naturae quam longissime repellere iubet. Fabr. p. 298 extr.

Bas. An non palam ostendit, dignum se habitum fuisse arcano- T. I. p. 267.

quinque ἐμπλήσας δὲ τόν.

f. Editio Paris. ὅτι ἡ μὲν ἀνωτέρω βασιλεία. Unde interpres: *coeleste regnum.* Editio Ven. et Colb. cum aliis quinque Regiis ὅτι ἡ μὲν ἀνωτέρω βασιλείας, et ita quoque legitur in ipso opere Eunomii. Qui locus ut intelligatur, vox οὐσία supplenda est, hoc modo: ἡ μὲν οὐσία ἀνωτέρω βασιλείας, *Substantia, quae regno superior est,* hoc est *substantia, quae transcendit id tempus, quo Deus coepit dominium in creaturas habere,* uno verbo *substantia aeterna.* Quam scripturam veram esse et emendatam facile fatebitur, qui paulo attentius legerit illa quae praecunt Basilii verba ὡς παρ' αὐτῆς δεδιδαγμένος τοῦ θεοῦ τῆς οὐσίας, *quae ab ipsa Dei substantia edoctus.* Hoc ipso in loco editi γεννήσεως. Antiqui libri γενέσεως; quod utrumque dici posse puto, cum affirmaret Eunomius, Deum universorum talem esse naturam, ut nec gigni nec gignere possit.

g. Reg. quintus et editi τὴν προτέρων σύγκρισιν. Interpres: *comparationem priorem*; quam et scripturam et interpretationem nemo opinor homo probabit. Etenim si semel reciperetur eiusmodi scriptura aut interpretatio, palam inde sequeretur, Deum universorum saltem posteriorem aliquam comparationem admisisse; quod ex aequo pernegabat Eunomius. Alii sex libri veteres emendate τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν, *comparationem cum alio*; et ita quoque edidit homo doctrina praestantissimus Io. Alb. Fabricius.

T. I. p. 267. τῶν ἀποῤῥήτων ἀποκαλύψεως, μετ' εὐνοίας τὴν διάνοιαν προσαγαγὼν τῷ Θεῷ; καὶ διὰ τοῦτο ἀπωθεῖται ὡς ποῤῥωτάτω τὸν μονογενῆ τῆς τοῦ πατρὸς κοινωνίας, μηδὲ [a]εἰς σύγκρισιν αὐτὸν ἀξιῶν παραδέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ νόμῳ φύσεως τὴν τοῦ μονογενοῦς οὐσίαν ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς διωρίσθαι φησί. τί τοῦτο λέγων; ὅτι ὁ Θεὸς τῶν ὅλων οὐδὲ βουλόμενος ἐδύνατο πρὸς τὴν τῆς οὐσίας οἰκειότητα τὸν μονογενῆ παραδέξασθαι, νόμῳ φύσεως τῆς συναφείας τῆς πρὸς αὐτὸν ἐξειργόμενος, οὐκ ὢν, ὡς ἔοικεν, αὐτὸς ἑαυτοῦ κύριος, ἀλλὰ τοῖς τῆς ἀνάγκης ὅροις [b]ὑπέζευγμένος. τοιαῦτα γάρ ἐστι τὰ τῷ τῆς φύσεως νόμῳ κατειλημμένα, ἀπροαιρέτως εἰς τὸ τῇ φύσει δοκοῦν ὑπαγόμενα. ὡς γὰρ τῷ πυρὶ φύσει τὸ θερμαίνειν, οὐ προαιρέσει, καὶ ἀναγκαίως ἀνεπίδεκτόν ἐστι τῆς ψυχρότητος, τῷ τῆς φύσεως νόμῳ τὴν [c]πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν ἀφῃρημένον· οὕτω βούλεται καὶ τὸν Θεὸν καὶ πατέρα νόμῳ φύσεως ἠλλοτριωμένην ἔχειν πρὸς τὸν υἱὸν τὴν οὐσίαν, καίτοιγε οἱ τῆς φύσεως νόμοι οὐχὶ διάστασιν ἀπ' ἀλλήλων υἱῷ πρὸς πατέρα, ἀλλ' ἀναγκαίαν καὶ ἄῤῥηκτον τὴν [d]κοινωνίαν ποιοῦσιν. εἰ μὲν γὰρ βουλήσει ἔλεγε τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἀκοινώνητον κατεσκευακέναι τὸν Θεὸν τῶν ὅλων, οὐδ' οὕτω μὲν ἂν ὁ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ συνεχώρει λόγος, πιθανὸν εἶναι τὸν λέγοντα ἀκοινώνητον εἶναι τὸν πατέρα τῶν αὐτῷ παρόντων πρὸς τὸν ἐξ αὐτοῦ, εἶχε δ' ἂν ὅμως ἀκολουθίαν τὰ εἰρημένα. νόμῳ δὲ φύσεως λέγειν ὑπάρχειν τὴν ἀλλοτρίωσιν, οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἐστι φύσιν ἐπεσκεμμένου, καθ' ἣν οὐχὶ τὰ ἀλλότρια οὐδὲ τὰ ἐναντία, τὰ οἰκεῖα δὲ μᾶλλον καὶ τὰ προσήκοντα ἀπογεννᾶσθαι πέφυκεν ὑφ' ἑκάστου.

Πάλιν οὖν καὶ ἐνταῦθα οὐ συνεῖδε τὴν πρὸς ἑαυτὰ τῶν εἰρημένων ἐναντιότητα. ἐν γὰρ τοῖς κατόπιν ἀγανακτῶν πρὸς τοὺς ὁμοιον κατ' οὐσίαν τὸν μονογενῆ τῷ πατρὶ λέγοντας ἔγραψεν οὕτως·

Fabr. p. 287 extr. *ΕΥΝ. Τὴν ἀρχὴν δὲ δοκοῦσί μοι οἱ τὴν ἀδέσποτον καὶ πάσης μὲν αἰτίας κρείττονα, πάντων δὲ νόμων ἐλευθέραν οὐσίαν τῇ γεννητῇ καὶ νόμοις πατρικοῖς δουλευούσῃ συγκρίνειν τολμήσαντες*

a. Et hic quoque Reg. quintus et editi corrupte *μηδὲ σύγκρισιν αὐτῶν ἀξιῶν*. Unde Cornarius: *neque comparationem ipsorum admittere volens.* Sed in reliquis sex mss. emendate legitur *μηδὲ εἰς σύγκρισιν αὐτὸν ἀξιῶν, ne ad comparationem quidem eum admittere dignatus.*

b. Editi et Reg. quintus *ὑποζευγνύμενος*. Alii sex mss. *ὑπεζευγμένος*.

c. Codex Colb. et Reg. secundus perinde atque editi *τὴν πρὸς αὐτό*, et ita quoque habuit Reg. tertius prima manu. Alii tres mss. Regii *πρὸς αὐτήν, ψυχρότητα* videlicet. Quod optimum esse fateor, si res ex grammaticorum regulis aestimetur, cum de frigiditate sermonem haberi constet. Mihi tamen dubium non est, quin Basilius scripserit *αὐτό*, ut vitaret ambiguitatem, ne videlicet duae hae voces *αὐτὴν κοινωνίαν* a praepositione *πρός* regi viderentur, *cum ipsa societate.* Ita tamen hunc locum interpretari con-

rum revelatione, simul et benevole Deo mentem adiunxit? Ob idque Unigenitum a Patris communione repellit quam longissime, cum ne dignum quidem eum existimet, qui ad comparationem admittatur, sed lege etiam naturae substantiam Unigeniti a substantia Patris separatam esse dicat. Quid sibi vult dum hoc dicit? Quod Deus universorum ne si voluisset quidem, potuisset Unigenitum ad substantiae necessitudinem admittere, eum sibi lege naturae prohibitus admittere, cum, ut ei videtur, sui ipsius non esset Dominus, sed necessitatis terminis subiectus. Huiusmodi enim sunt quae naturae lege comprehensa citra voluntatem ad id, quod naturae visum fuerit, perducuntur. Quemadmodum enim ignis natura, non voluntate calefacit, et necessario frigiditatem respuit, lege naturae societate eius privatus; sic vult Deum et Patrem lege naturae habere alienam a Filio substantiam. Iam vero naturae leges non mutuam inter Patrem et Filium distantiam, sed necessariam et infractam communitatem efficiunt. Etenim si diceret Deum universorum voluntate effecisse, ut nulla secum esset communio, ne sic quidem bonitatis divinae ratio permitteret, ut fide dignus haberetur is, qui ait Patrem ea, quae sibi adsunt, ei, qui ex ipso est, non communicare; sed tamen inesset in dictis consequutio. At dicere lege naturae esse alienationem, ne eius quidem est, qui rerum sensibilium naturam considerarit, per quam non aliena neque contraria, sed potius coniuncta et cognata a singulis gigni solent. T. I. p. 267.

31. Rursus igitur hic quoque eorum, quae a se dicta sunt, repugnantiam mutuam non intellexit. Nam in praecedentibus cum moleste ferret eos, qui Unigenitum dicunt Patri similem secundum substantiam, sic scripsit:

Eun. Videntur autem mihi omnino hi, qui substantiam nulli dominio subditam et omni causa superiorem et ab omnibus legibus liberam cum substantia, quae genita est ac paternis legibus servit, com- Fabr. p. 7 extr.

venit, ut suppleatur *πρᾶγμα τῆς ψυχρότητος*. Non habet societatem cum *re frigiditatis*, hoc est cum frigiditate. Sic Phaedrus [Fab. IV. 8. v. 4.] cum cibum simpliciter significare vellet, eleganter scripsit *res cibi*.

d. Editi et mss. aliquot non ita antiqui *κοινωνίαν τῆς φύσεως ὑποβάλλουσιν, communionem naturae suggerunt*. Codex Colb. et duo Regii *κοινωνίαν ποιοῦσιν, communionem infractam efficiunt*. Alius ms. Reg. *ἄῤῥηγτον κοινωνίαν ποιοῦσιν, societatem arcanam reddunt*. Lectio, quae posita est secundo loco, mihi et aptior videtur et verior.

e. Codices nonnulli *ἀρχὴν δέ*, omisso articulo; et ita in codice Colbertino legitur, in quo iam monuimus librum Eunomii inveniri. Illud *τὴν ἀρχήν* adverbialiter positum esse nemo non videt. Alii mss. et editi *τὴν ἀρχὴν δέ*, quod quoque adverbialiter dici notum est.

T. I. p. 267. ἢ μηδὲ ὅλως τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐπεσκέφθαι, ἢ μὴ καθαρᾷ τῇ διανοίᾳ τὰς περὶ τούτων ποιεῖσθαι κρίσεις.

ΒΑΣ. Πῶς οὖν ἡ ἀδέσποτος καὶ πάντων νόμων ἐλευθέρα ἀνεφάνη νῦν οὐχ ἑκούσιον ἔχουσα τὸ ἀσύγκριτον, ἀλλὰ νόμῳ φύσεως προειλημμένη καὶ ἀπροαιρέτως τῆς πρὸς ἑαυτὴν κοινωνίας τὸ γεννητὸν ἀπελαύνουσα, ὥστε διὰ τοῦτο καὶ αὐτῷ τυγχάνειν τῷ μονογενεῖ ἀπροσπέλαστος; τοσοῦτον μὲν οὖν ἐν τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἀσύμφωνον· τὸ δὲ ἀσεβὲς ὅσον; ἀδέσποτον μὲν καὶ T. I. p. 268. ἐλευθέραν τὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν προσαγορεύει (εἴπερ οὖν ἀδέσποτος ἡ τῷ νόμῳ τῆς φύσεως ὑποκύπτουσα), δουλικὴν δὲ εἶναι ἐξ ἀντιθέτου τὴν τοῦ μονογενοῦς ἀποφαίνεται, καὶ ἐντεῦθεν τὸ ὁμότιμον τῆς φύσεως ἀφαιρούμενος. δύο γὰρ ὄντων πραγμάτων, κτίσεώς τε καὶ θεότητος, καὶ τῆς μὲν κτίσεως ἐν δουλείᾳ καὶ ὑπακοῇ τεταγμένης, ἀρχικῆς δὲ οὔσης καὶ δεσποτικῆς τῆς θεότητος, ὁ ἀφαιρούμενος τῆς δεσποτείας τὸ ἀξίωμα καὶ εἰς τὸ τῆς δουλείας ταπεινὸν καταβάλλων οὐχὶ δῆλός ἐστι καὶ διὰ τοῦτο συστοιχοῦντα αὐτὸν τῇ πάσῃ κτίσει δεικνύς; οὐ γὰρ δὴ τοῦτο σεμνὸν αὐτῷ, εἰ τῶν ὁμοδούλων προέξει. ἀλλ' εἰ μὴ βασιλεὺς καὶ δεσπότης ὁμολογοῖτο, οὐ τῇ τῆς φύσεως ἐλαττώσει, τῇ ἀγαθότητι δὲ τῆς προαιρέσεως καταδεχόμενος τὸ ὑπήκοον, τοῦτο χαλεπὸν καὶ φρικτὸν καὶ ὄλεθρον φέρον τοῖς ἀρνουμένοις. ὁ δὲ προστίθησιν,

Febr. p. 288 extr. ΕΥΝ. Ὅτι ταῖς νόμοις τῆς φύσεως ἑπομένη ἡ τοῦ θεοῦ οὐσία οὔτε τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν ἐπιδέχεται, καὶ παρέχει ἡμῖν ἀκόλουθον καὶ προσήκουσαν τῷ ἰδίῳ ἀξιώματι νοεῖν αὐτῆς τὴν ἐνέργειαν.

ΒΑΣ. Τοῦτο εἴρηται μὲν [a]ἐκείνῳ εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀλλοτριώσεως τοῦ μονογενοῦς πρὸς τὸν πατέρα, συνίστησι δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον. εἰ γὰρ ἀκόλουθον καὶ προσήκουσαν τῷ ἰδίῳ ἀξιώματι παρέχει νοεῖν καὶ τὴν ἐνέργειαν ἡ τοῦ θεοῦ οὐσία, ἀξίωμα μέν ἐστιν ἡ ἀγεννησία, ὡς Εὐνομίῳ δοκεῖ, [b]τὸ δὲ αὐτὸ καὶ οὐσία κατὰ τὸν τούτων λόγον, ἐνέργεια δὲ τοῦ θεοῦ ὁ μονογενὴς ἢ ἐνεργείας εἰκών. [c]καὶ τοῦτο κατὰ τὸν τούτων λόγον, [d]ὥστε τούτοις

a. Editi εἰς ἀπόδειξιν ἐκείνῳ. At mss. ἐκείνῳ εἰς ἀπόδειξιν.

b. Editi τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο. Vox τοῦτο in codicibus antiquioribus deest. Ibidem Reg. quartus κατὰ τὸν τούτου λόγον.

c. [Mar.: καὶ τοῦτο κατὰ τὸν τούτων λόγον etc. Totus hic locus sic videtur reddendus: *Atque id ex eorum doctrina consequitur: ita ut eis superfluum sit contradicere, cum id non possint. Ac magno quidem mercarer ut hanc suam impietatem abnegent: sed quia eam protulerunt* etc.]

d. Hic locus visus est homini doctissimo Ducaeo mutilus et mendosus. Sed praestat eius verba adscribere, quae haec sunt: *Locus est in Graeco mutilus, nec ad eum sanandum satis adiuvat Reg. ms., in quo lego ὥς γε τούτοις ἀντιλέγειν οὐκ ἔχουσιν* etc. Fateor quidem hunc locum mutilum esse in Regiis tribus mss. perinde atque in libro Ducaei; sed dico eum mihi integrum et emendatum videri in aliis duobus mss. Regiis et in utraque editione Ven. et Paris. et in codice Colbertino, in

parare ausi sunt, aut nullo modo rerum naturam considerasse, aut non pura mente de his iudicium fecisse. T. I. p. 267.

Bas. Quomodo igitur nulli dominio subdita et ab omnibus legibus libera substantia nunc visa est non ex libero arbitrio id habere, ut nulli comparetur, sed naturae lege praepediri, atque genitum a communione sui involuntarie repellere, sic ut ob hoc ipsi quoque Unigenito inaccessa sit? Itaque verborum illius repugnantia huc usque progreditur; at quanta est impietas? Dominio quidem nulli mancipatam substantiam Patris eandemque liberam dicit (si tamen dominio nulli subiecta est substantia ea, quae legi naturae subiicitur), servilem vero e contrario pronuntiat Unigeniti substantiam, hinc etiam naturae tollens aequalitatem. Nam cum duae res sint, creatura et deitas, cumque creatura quidem in servitute ac obedientia ordinata sit, deitas vero in principatu atque dominatione; qui dignitatem tollit dominii et Filium ad servitutis humilitatem deiicit, nonne manifesto deprehenditur eum per id quoque ad eundem ordinem redigere atque creaturam omnem? Nec enim profecto hoc illi gloriosum, si conservis praestat. Sed nisi eum regem ac Dominum confiteamur, adeo ut non naturae submissione, sed voluntatis bonitate obedientiam amplectatur, hoc grave, hoc horrendum, hoc perniciem affert negantibus. Addit autem: T. I. p. 268.

Eun. Leges naturae sequens ipsa Dei substantia neque cum alio admittit comparationem, sed nobis largitur, ut eius operationem intelligamus dignitati propriae consentaneam esse atque convenientem. Fabr. p. 288 extr.

Bas. Hoc quidem ab eo dictum est, ut Unigenitum a Patre alienum ostendat; at nostrum sermonem confirmat. Etenim si Dei substantia hoc dat, ut operationem intelligamus consentaneam convenientemque suae dignitati, dignitas quaedam est *ingenitum*, ut Eunomio videtur, rursus id ipsum et substantia est ex borum sententia, Unigenitus autem operatio est Dei, aut operationis imago, idque ex horum doctrina; quare his contradicere superfluum fuerit, cum nihil

quibus omnibus legitur ita, ut in contextu videre licet. Puto igitur Basilium ἐλλειπτικῶς, ut saepe alias, loquutum esse, sic ut post οὐδέν vox ἐναντίον aut alia quaevis similis subaudiatur, quod ita interpretabimur: *Cum nihil habeant quod nobis adversetur*, aut si mavis *cum nihil habeant quod nobis opponere possint*. Nec parum hanc coniecturam adiuvat, quod Basilius paulo ante ita scripserit: *Hoc* [Eunomii testimonium] *sermonem nostrum confirmat*. Et aliquanto infra: *Sic saepe et ipsi mendacii architecti, rerum perspicuitate adacti, vel inviti veritatem testimonio suo comprobant*. Quod idem est ac si diceret: Tantum abest ut Eunomiani quidquam nunc proferant, quod nobis adversetur, ut etiam sententiam nostram confirment, eamque ob rerum perspicuitatem testimonio suo stabilire cogantur. Quod sequitur ἢ πολλοῦ ἄν etc., *caeterequin eos facerem plurimi, si hanc blasphemiam abnegarent*, non ita accipi debet, quasi in his blasphemia aliqua continea-

T. I. p. 268. ἀντιλέγειν παράλογον ἂν εἴη οὐδὲν ἔχουσιν. ἢ πολλοῦ ἂν τιμησαίμην ἀρνεῖσθαι αὐτοὺς τὴν βλασφημίαν ταύτην· πλὴν ἐπειδήπερ εἰρήκασιν, ἐξ αὐτῶν τῶν τούτοις εἰρημένων συλλογισώμεθα, ὅτι εἰ ἄξιωμα [a]μὲν τοῦ Θεοῦ ἡ ἀγεννησία, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ οὐσία, ἀκόλουθος δὲ καὶ προσήκουσα τῷ ἀξιώματι τοῦ Θεοῦ ἡ ἐνέργεια, αὕτη δέ ἐστιν ὁ Χριστὸς κατὰ τὴν τούτων ὑπόληψιν, οἰκεῖος ἄρα καὶ προσήκων τῇ οὐσίᾳ ἔσται τοῦ Θεοῦ. καὶ τούτων οὐδέν ἐστιν ἡμέτερον, αὐτὰ γὰρ τὰ τούτων συνθέντες ῥήματα ἐπ' αὐτῶν τὴν δεῖξιν ποιούμεθα. τῇ οὐσίᾳ, φησί, τοῦ Θεοῦ ἀκολουθεῖ τὸ ἀξίωμα, τῷ ἀξιώματι ἀναλογοῦσά ἐστιν ἡ ἐνέργεια, τῆς ἐνεργείας εἰκὼν ὁ μονογενής· καὶ ἀνάπαλιν εἰ τῆς [b]μὲν ἐνεργείας ὁ μονογενὴς εἰκών, ἡ δὲ ἐνέργεια τοῦ ἀξιώματος, τὸ δὲ ἀξίωμα τῆς οὐσίας, ὁ μονογενὴς ἔσται τῆς οὐσίας εἰκών. οὕτω καὶ αὐτοὶ πολλάκις οἱ ἐργάται τοῦ ψεύδους ὑπὸ τῆς ἐναργείας ἀγχόμενοι μαρτυροῦσι τῇ ἀλη-
T. I. p. 269. θείᾳ καὶ μὴ βουλόμενοι, ἐπεὶ καὶ οἱ δαίμονες οὐχὶ εὐαγγελιστῶν ἐποίουν ἔργον, ἀλλ' ἀντιβλέπειν μὴ δυνάμενοι τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ ἐβόων· οἴδαμέν σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ[1]).

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἀκόλουθα.

Fabr. p. 289 in. ΕΥΝ. Εἴτε γάρ, φησίν, ἐκ τῶν δημιουργημάτων σκοπούμενός τις ἐκ τούτων ἐπὶ τὰς οὐσίας ἀνάγοιτο, τοῦ μὲν ἀγεννήτου τὸν υἱὸν εὑρίσκων ποίημα, τοῦ δὲ μονογενοῦς τὸν παράκλητον, κἀκ τῆς τοῦ μονογενοῦς [c]ὑπεροχῆς τὴν τῆς ἐνεργείας διαφορὰν πιστούμενος, ἀναμφισβήτητον λαμβάνει καὶ τῆς κατ' οὐσίαν παραλλαγῆς τὴν ἀπόδειξιν.

ΒΑΣ. Πρῶτον μὲν οὖν πῶς δυνατὸν ἐκ τῶν δημιουργημάτων τὰς οὐσίας ἀναλογίζεσθαι, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ. δυνάμεως γὰρ καὶ σοφίας καὶ τέχνης, οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐνδεικτικά ἐστι τὰ ποιήματα· καὶ οὐδὲ αὐτὴν πᾶσαν τοῦ δημιουργοῦ τὴν δύναμιν ἀναγκαίως παρίστησιν, ἐκδεχομένου ποτὲ τὸν τεχνίτην μὴ πᾶσαν ἑαυτοῦ τὴν ἰσχὺν ἐναποθέσθαι ταῖς ἐνεργείαις, ἀλλ' ὑφειμένοις πολλάκις ἐπὶ τῶν ἔργων τῆς τέχνης τοῖς [d]τόνοις χρήσασθαι. εἰ δὲ καὶ ὅλην τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸ ἔργον ἀνακινήσειε, καὶ οὕτως ἂν ὑπάρχοι τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ διὰ τῶν [e]ἔργων ἀναμετρεῖσθαι, οὐχὶ δὲ τὴν οὐσίαν ἥτις ποτέ ἐστι καταλαμβάνεσθαι. εἰ δὲ διὰ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετον τῆς θείας φύσεως τῇ μὲν δυνάμει σύνδρομον τί-

1) Marc. 1, 24.

tur, cum potius sermonem suum inde confirmari dicat Basilius; sed hoc modo: Si Eunomiani malam suam voluntatem, qua ita loquentes Unigenitum a Patre alienum ostendere volunt, tandem aliquando abiicerent mutarentque, valde admodum de hoc eos laudarem. Id autem ita esse facile, opinor, fatebitur, qui ea, quae partim iam protulimus, Basilii verba legerit. *Hoc quidem*, inquit, *ab eo dictum est, ut Unigenitum a Patre alienum ostendat; at nostrum sermonem confirmat.*

habeant, quod nobis adversetur. Caetéroquin eos facerem plurimi, si hanc blasphemiam abnegarent; quoniam tamen dixerunt, ex ipsis eorum dictis colligamus, quod si quaedam Dei dignitas est *ingenitum*, id autem ipsum substantia quoque est, consentanea vero est et conveniens Dei dignitati operatio eius, haec autem est Christus ex horum sententia, coniunctus igitur ac conveniens erit substantiae Dei. Atque horum nihil nostrum est. Ipsa enim istorum verba componentes ex iisdem demonstrationem conteximus. *Substantiam*, inquit, *sequitur Dei dignitas; habet proportionem operatio cum dignitate; operationis imago est Unigenitus*; et vice versa *si Unigenitus imago est operationis, operatio vero dignitatis, dignitas autem substantiae, Unigenitus substantiae erit imago.* Sic saepe et ipsi mendacii architecti rerum perspicuitate coacti vel inviti veritatem testimonio suo comprobant. Nam et daemones non evangelistarum faciebant opus, sed tamen cum veritatis lucem intueri non possent, clamabant: *Novimus te quis sis, nimirum ille sanctus Dei.* T. I. p. 268. T. I. p. 269.

32. Sed videamus et sequentia.

Eun. Si quis enim, inquit, rem ex creaturis considerans ope harum ad substantias perducatur, propterea quod ingeniti creaturam Filium inveniat, Unigeniti vero Paracletum, item propterea quod ex Unigeniti praestantia operationis confirmet diversitatem, eius etiam diversitatis, quae secundum substantiam est, argumentum certissimum accipit. Fabr. p. 289 in.

Bas. Primum igitur quomodo substantiae ex creaturis aestimari possint, ego quidem non video. Enim vero potentiam sapientiamque et artem, non substantiam ipsam indicant creaturae. Imo ne ipsam quidem opificis potentiam totam necessario declarant, cum nonnunquam fieri possit, ut artifex non omnes vires suas in agendo exserat, sed saepe remissiorem conatum in operibus artis adhibeat. Quod si totam etiam potentiam transmoverit in opus, ita demum futurum est ut eius vires operibus metiamur, non autem fiet ut substantiam, quae tandem ea sit, intelligamus. Quod si quoniam divina natura simplex est atque incomposita, substantiam existimet una cum potestate concurrere,

a. Editi *μὲν θεοῦ ἀγεννησία*. Codex Colb. et Reg. tertius ut in contextu. Mox iidem codices *ἡ ἐνέργεια*. Articulus in editis desiderabatur.

b. Vocalem *μέν* addidi ex duobus Regiis codicibus.

c. E regione vocis *ὑπεροχῆς* in margine Regii tertii legitur hoc scholium: *ἤν ὑπερέχεται ὑπὸ τοῦ πατρός, ex praestantia, qua superatur a Patre.* Sed ait Combefisius, hunc locum sibi videri potius accipiendum de ea praestantia, qua Unigenitus ex Eunomianorum sententia Spiritum superabat.

d. Irrepsit mendum in editionem Parisiensem [Bened. 1688.] negligentia operarum, in qua pro *τόνους* legitur *πόνους*.

T. I. p. 269. θεται τὴν οὐσίαν, καὶ διὰ τὴν προσοῦσαν ἀγαθότητα τῷ θεῷ ὅλην μὲν κεκινῆσθαι [a]λέγοι τὴν τοῦ πατρὸς δύναμιν εἰς τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ, ὅλην δὲ πάλιν τὴν τοῦ μονογενοῦς εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὥστε ἐκ μὲν τοῦ πνεύματος τὴν τοῦ μονογενοῦς δύναμιν θεωρεῖσθαι, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν οὐσίαν, ἐκ δὲ τοῦ μονογενοῦς πάλιν τὴν τοῦ πατρὸς δύναμίν τε καὶ οὐσίαν καταλαμβάνεσθαι, σκοπεῖτε τὸ συναγόμενον. ἐξ ὧν γὰρ ἐπεχείρησε τὸ ἀνόμοιον συστῆσαι τῆς οὐσίας, ἐκ τούτων ἐφάνη κατασκευάζων τὴν ὁμοιότητα. εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἔχει κοινὸν ἡ δύναμις πρὸς τὴν οὐσίαν, πῶς ἐκ τῶν δημιουργημάτων, ἅπερ δυνάμεώς ἐστιν ἀποτελέσματα, πρὸς τὴν κατάληψιν αὐτῆς ὡδηγήθη; εἰ δὲ ταὐτὸν οὐσία τέ ἐστι καὶ δύναμις, τὸ τὴν δύναμιν χαρακτηρίζον χαρακτηρίσει πάντως καὶ τὴν οὐσίαν. ὥστε τὰ δημιουργήματα, ὡς σὺ φῄς, οὐ πρὸς τὸ ἀνόμοιον τῆς οὐσίας, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τῆς ὁμοιότητος φέρει. πάλιν μέντοι καὶ τοῦτο τὸ ἐγχείρημα τὸν ἡμέτερον μᾶλλον ἢ τὸν αὐτοῦ λόγον συνίστησιν. ἢ γὰρ οὐδαμόθεν ἔχει παρασχέσθαι τῶν εἰρημένων τὰς ἀποδείξεις, ἢ εἴπερ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων τὰς εἰκόνας λαμβάνοι, εὑρήσει οὐκ ἐκ τῶν ἔργων τοῦ τεχνίτου ἐν περινοίᾳ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γινομένους ἡμᾶς, ἀλλ' ἐκ τοῦ γεννηθέντος τὴν τοῦ γεγεννηκότος φύσιν ἐπιγινώσκοντας. οὐ γὰρ ἐκ τῆς οἰκίας τὴν οὐσίαν τοῦ οἰκοδόμου καταλαβεῖν δυνατόν, ἐκ μέντοι τοῦ γεννήματος νοῆσαι ῥᾴδιον τοῦ γεγεννηκότος τὴν φύσιν. ὥστε εἰ μὲν δημιούργημα ὁ μονογενής, οὐ παρίστησιν ἡμῖν τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν, εἰ δὲ γνωρίζει ἡμῖν δι' ἑαυτοῦ τὸν πατέρα, οὐχὶ δημιούργημα, [b]ἀλλὰ υἱὸς ἀληθὴς καὶ εἰκὼν τοῦ θεοῦ καὶ ὑποστάσεως χαρακτήρ. καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα.

T. I. p. 270. [c]Ἡ δὲ παρενθήκη τῆς βλασφημίας ὅση; καταφρονήσας τῆς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἀπειλῆς, ἣν ὁ κύριος τοῖς εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσασι φοβερωτάτην ἐπανετείνατο[1]), δημιούργημα λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μικροῦ μηδὲ ζῶον αὐτὸ εἶναι διδούς, τοῖς ἀψύχοις ὡς τὰ πολλὰ τῆς προσηγορίας ταύτης ἐφαρμοζούσης. οὐ γὰρ δὴ ὅτι [d]προέλαβε τῇ βλασφημίᾳ ταύτῃ τὸν κύριον, καθυφεῖναί τι ἡμᾶς τῆς ἀγανακτήσεως ἄξιον. οὐ γὰρ παραμυθία τοῦτο

1) Matth. 12, 31.

a. Codices aliquot λέγει.

b. Codex Colb. et alii tres Regii ἀλλὰ υἱὸς καὶ εἰκὼν ἀληθὴς καί; quos libros sequutus interpres sic vertit: *Sed Filius et imago erat vera.* Editio utraque Paris. et Ven. cum Reg. sexto ut in contextu. Reg. quartus in margine ita ut edidimus, in contextu vero ἀλλ' υἱὸς, καὶ εἰκὼν ἀληθὴς τοῦ θεοῦ, *sed Filius, et vera Dei imago.*

c. Illud παρενθήκη debet accipi de eo convicio, quo Spiritum sanctum consectatus est Eunomius; quod tam grave fuit et tam horrendum, ut contumeliam ipsam, qua Eunomius Filium affecerat, longe superarit. Hoc ipso in loco mss. nonnulli

et propter innatam Deo bonitatem dicat totam Patris potentiam ad generationem Filii commotam, atque iterum totam Unigeniti ad substantiam Spiritus sancti, adeo ut ex Spiritu quidem potentia Unigeniti conspiciatur simulque etiam substantia, rursus vero ex Unigenito Patris intelligatur et potentia et substantia, advertite quid hinc colligatur. Nam e quibus conatus est substantiae dissimilitudinem ostendere, ex iis comperitur similitudinem astruere. Etenim si potestas nihil cum substantia habet commune, quomodo ex opificiis, quae effectus sunt potestatis, ad comprehensionem ipsius deductus est? Contra si idem est substantia et potestas, quod potestatem designat, id profecto substantiam etiam designabit. Proinde opificia non ad substantiae dissimilitudinem, ut tu dicis, sed ad perfectam similitudinem ducunt. Rursus certe et hic conatus nostram magis quam ipsius sententiam stabilit. Aut enim non habet unde ea, quae dixit, demonstret, aut si e rebus humanis exempla mutuatur, inveniet non ex artificis operibus intelligi a nobis eius essentiam, sed ex genito genitoris naturam cognosci. Nec enim fieri potest ut eius, qui domum construxit, essentia comprehendatur ex domo; at difficile non est ex genitura genitoris naturam intelligere. Quare si Unigenitus creatura est, Patris nobis essentiam non exhibet; si vero Patrem nobis notum per se ipsum facit, non creatura est, sed Filius verus Deique imago et substantiae character. Atque haec quidem sunt huiusmodi. T. I. p. 269.

33. Iam vero quanta est blasphemiae accessio? Minas eas, quas in Evangelio Dominus in Spiritum sanctum blasphemantibus perquam formidandas intentavit, aspernatus creaturam esse ait Spiritum sanctum, sic ut parum absit ut ne animal quidem eum esse concedat, cum haec appellatio ut plurimum inanimatis accommodetur. Nec enim profecto quod hanc istam blasphemiam prius in Dominum evomuit, propterea aliquid nos de indignatione remittere par fuerit. Hoc enim mitigatio T. I. p. 270.

καταφρονήσας γάρ. Subinde mss. aliquot *βλασφημοῦσι*.

d. Editio Ven. et nostri septem mss. *προσέλαβε*. In quo mirari subit, Trapezuntium uno litterulae additamento ita delusum esse, ut totam eius loci sententiam corruperit, interpretans hoc modo: *Dominum quoque ad hanc blasphemiam coniunxit*. Non enim Eunomius, ut verbis utar interpretis, Dominum ad hanc blasphemiam coniunxit, sed Spiritum sanctum. Recte igitur et emendate, ut monet Ducaeus, in editionibus Basiliensi et Steph. pro *προσέλαβε* legitur *προέλαβε*: *Non enim quoniam hoc convicio Dominum prius insequutus est, minus indignari debemus*. Rectam illam et emendatam scripturam sequuti sunt typographi Parisienses, quos nos imitamur.

T. I. p. 270. τῆς ἀσεβείας, ἀλλὰ προσθήκη τῆς κατακρίσεως, [a]ἐπεὶ καὶ ὁ κύριος τὴν μὲν εἰς αὐτὸν βλασφημίαν δι' ἀγαθότητα συνεχώρησε, τὴν δ' εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναπόδραστον εἶναι τοῖς τολμήσασιν ἀπεφήνατο. πρῶτος τοίνυν τῶν ἀφ' οὗ τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας περιαγγέλλεται ἐπιφυέντων τῇ ἀληθείᾳ ταύτην ἐτόλμησε τὴν φωνὴν ἀφεῖναι περὶ τοῦ πνεύματος. οὔκουν τινὸς μέχρι [b]τήμερον ἀκηκόαμεν δημιούργημα τὸ ἅγιον πνεῦμα προσειπόντος, ἢ ἐν τοῖς καταλειφθεῖσιν ὑπ' αὐτῶν λόγοις τὴν προσηγορίαν ταύτην εὑρήκαμεν. εἶτά φησιν·

Fabr. p. 289 in. ΕΥΝ. Εἰ ἐκ τῶν δημιουργημάτων ἀνάγοιτό τις πρὸς τὴν τῆς οὐσίας κατάληψιν, εὑρήσει τοῦ μὲν ἀγεννήτου τὸν υἱὸν ποίημα, τοῦ δὲ μονογενοῦς τὸ παράκλητον.

ΒΑΣ. Ἄλλος οὗτος τρόπος τῆς [c]ἀσεβείας διπλᾶ βλασφημεῖν ἐν ἑνὶ ῥήματι καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐξουδένωσιν ὡς ὁμολογουμένην λαβόντα ἐντεῦθεν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν τῆς τοῦ μονογενοῦς ἐλαττώσεως. καὶ ὡς ἔοικεν, οἱ μὲν οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ[1]), τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν τῆς δόξης ἐλάττωσιν τοῦ μονογενοῦς ἀναγγέλλει, καὶ ὁ μὲν κύριος περὶ τοῦ παρακλήτου λέγων, ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει[2]) φησίν, ἡ δὲ κατήγορος γλῶττα ἐμπόδιον εἶναι τῷ υἱῷ τῆς πρὸς τὸν πατέρα συγκρίσεως ἀπεφαίνεται. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ πνεύματος, φησί, ποιητὴς ὁ υἱός (ἵλεως δὲ ἡμῖν, κύριε, [d]ἐπὶ τοῖς λαλουμένοις εἴης), [c]τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν, ὡς μηδεμίαν σεμνότητα τῷ δημιουργήσαντι προστιθέναι· διὰ τοῦτο οὐδὲ συγκρίνεσθαι τῷ πατρὶ ἄξιος, ἐκ τῆς ὧν ἐποίησεν εὐτελείας τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας ἀφῃρημένος.

Ἆρα ἀκηκόατέ ποτε βλασφημίας χαλεπωτέρας; ἆρά τις οὕτω περιφανῶς εἰς τὸ ἄφυκτον κρῖμα τῆς εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίας κατέπεσε; Μοντανοῦ ἦν μόνου τοσοῦτον μανῆναι κατὰ τοῦ πνεύματος καὶ ὀνόμασί τε αὐτὸ ταπεινοῖς καθυβρίσαι καὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ τοσοῦτον ἐξευτελίσαι, ὥστε ἀδοξίαν εἰπεῖν τῷ πεποιηκότι προστρίβεσθαι. μᾶλλον δὲ κακεῖνος ἔφυγεν ἂν [f]ταπεινῶς εἰπεῖν τι περὶ τοῦ πνεύματος, ὡς ἂν μὴ τὸν τῦφον ἑαυτοῦ καταβάλοι. καὶ περὶ μὲν τούτου κατὰ σχολὴν [e]ἐροῦμεν, ἐκεῖνο δὲ τίνι τῶν πάντων ἄδηλον, ὅτι οὐδεμία ἐνέργεια τοῦ υἱοῦ ἀποτετμημένη ἐστὶ τοῦ πατρός, [h]οὐδέ ἐστί τι ἐν τοῖς οὖσι τῷ υἱῷ

1) Ps. 19 [18. LXX.], 2. 2) Ioan. 16, 14.

a. Editi *ἐπεὶ καί*. Antiqui duo libri *ἐπειδὴ καί*. Mox Reg. quartus *τὴν μὲν εἰς ἑαυτόν*.

b. Editi *μέχρι σήμερον ἀκηκόαμεν δημιούργημα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον*. Paulo aliter in mss. nostris, uti ex contextu perspici potest.

c. Antiqui duo libri *τρόπος τῆς βλασφημίας, modus blasphemiae*.

d. Codices duo *ἐπὶ τοῖς*. Illud *ἐπί* in excusis deerat.

non est impietatis, sed condemnationis accessio. Nam et Dominus prolatam in se blasphemiam ob suam bonitatem remisit, at eam, quae in Spiritum sanctum iacitur, audentibus inevitabiliter imputandam pronuntiavit. Primus ergo illorum, qui veritatem adorti sunt, ex quo pietatis praedicatio divulgata est, hanc de Spiritu vocem emittere ausus est. Etenim qui Spiritum sanctum creaturam appellarit, audivimus neminem ad hodiernum usque diem, neque in iis quos reliquere libris hanc appellationem invenimus. Itaque dicit: T. I. p. 270.

Eun. Si quis subvehatur e creaturis ad substantiae comprehensionem, ingeniti quidem creaturam Filium inveniet, Unigeniti vero Paracletum. Fabr. p. 289 in.

Bas. Alius hic est impietatis modus. Nimirum dupliciter blasphemat verbo unico, sanctique Spiritus contemptu quasi res confessa sit posito hinc ad demonstrandam Unigeniti imminutionem concitatur. Atque, ut par est, *Caeli* quidem *enarrant gloriam Dei*, Spiritus vero sanctus imminutionem gloriae Unigeniti nuntiat. Et Dominus de Paracleto loquens, *Ille*, inquit, *me glorificabit*, at maledica illa lingua Filium per eum impediri pronuntiat, ne cum Patre comparetur. Quoniam enim, inquit, Spiritus conditor est Filius (sis autem nobis, Domine, de iis, quae loquimur, propitius), hoc autem tale est, ut decus nullum tribuat conditori; idcirco neque dignus est qui cum Patre comparetur, cum ob eorum, quae fecit, vilitatem dignitatis aequalitate privatus sit.

34. Num unquam audistis blasphemiam graviorem? num quis adeo perspicue in inevitabile iudicium ob blasphema in Spiritum sanctum verba collapsus est? Unius Montani fuerat adeo in Spiritum sanctum insanire eumque tum nominibus humilibus dedecorare tum ipsius naturam ita deprimere, ut ea dicat ignominiam conditori affricari. Imo vero et ille, ne sui ipsius deiiceret fastum, utique de Spiritu aliquid humiliter dicere cavisset. Sed de hoc quidem per otium dicemus. Illud vero cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa sit, nec quidquam sit in rerum natura, quod Filio insit et a

e. [Mar.: *τοῦτο ... ἐστιν, hic autem talis est, nempe Spiritus.*]

f. Editi *ἂν ταπεινῶς*. At mss. tres *ἂν τὸ ταπεινῶς*. Ibidem editi *μὴ τῦφον ἑαυτοῦ καταβάλλοι*. At mss. antiquiores ut in contextu.

g. Verbum *ἐροῦμεν* reperiri quidem in editis et in aliquibus mss. non diffiteor; mihi tamen dubium non est, quin melius absit, tum quod per se facile a quolibet suppleri potest, tum quod in vetustioribus mss. non invenitur. Ex his autem verbis, nisi valde fallor, colligi merito potest, librum tertium non nisi aliquanto post duos priores a Bas. conscriptum fuisse.

h. [Mar.: *οὐδέ ... ἠλλοτρίωται, nihil est in rerum natura quod ad Filium pertineat et a Patre alienum sit.*]

T. I. p. 211. ὑπάρχον, ὃ τοῦ πατρὸς ἠλλοτρίωται; πάντα γάρ, φησί, τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά[1]). πῶς οὖν τοῦ πνεύματος τὴν αἰτίαν τῷ μονογενεῖ μόνῳ προστίθησι [a] καὶ κατηγόρημα τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν τούτου λαμβάνει δημιουργίαν; εἰ μὲν οὖν δύο ἀρχὰς ἀντιπαρεξάγων ἀλλήλαις ταῦτά φησι, μετὰ Μανιχαίου καὶ Μαρκίωνος συντριβήσεται, εἰ δὲ μιᾶς ἐξάπτει τὰ ὄντα, τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ γεγενῆσθαι λεγόμενον πρὸς τὴν πρώτην αἰτίαν τὴν ἀναφορὰν ἔχει. ὥστε κἂν πάντα εἰς τὸ εἶναι παρῆχθαι διὰ τοῦ θεοῦ λόγου πιστεύωμεν, ἀλλὰ τὸ πάντων αἴτιον εἶναι τὸν θεὸν τῶν ὅλων οὐκ ἀφαιρούμεθα. [b] πῶς δὲ οὐ φανερὸν ἔχει τὸν κίνδυνον, διαιρεῖν ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὸ πνεῦμα; τοῦτο μὲν τοῦ ἀποστόλου συνημμένως ἡμῖν παραδιδόντος, καὶ νῦν μὲν Χριστοῦ λέγοντος, νῦν δὲ τοῦ θεοῦ, ἐν οἷς γράφει· εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ[2]), καὶ πάλιν· [c] ὑμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβετε, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ[3]), τοῦτο δὲ [d] τοῦ κυρίου τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας λέγοντος (ἐπειδὴ [e] αὐτὸς ἡ ἀλήθεια) καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται[4]). ἀλλ' οὗτος εἰς καθαίρεσιν τῆς δόξης τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀφαιρεῖ μὲν αὐτὸ τοῦ πατρός, τῷ δὲ μονογενεῖ διαφερόντως ἐπὶ καθαιρέσει τῆς δόξης προστίθησιν, [f] ἐφυβρίζων ὡς οἴεται, οὐδεμίαν ἐκδίκησιν ἐπὶ τοῖς [g] πονηροῖς δόγμασιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως ἀναμένων.

1) Ioan. 17, 10. 2) Rom. 8, 9. 3) 1. Cor. 2, 12. 4) Ioan. 15, 26.

a. Illud *καὶ κατηγόρημα τῆς φύσεως* etc., *et ad eius accusandam naturam* etc., mihi videtur accipi posse hoc modo: Eunomius, cum ait ab Unigenito creatum Spiritum, verbis quidem videri potest naturam Unigeniti extollere, sed re tamen eam deprimit. Ita enim dicit creatum ab Unigenito Spiritum, ut simul affirmet Unigenitum a Patre creatum esse; in quo valde admodum deprimi Filii naturam atque deiici nemo non videt. Eius rei et aliam causam inventurum puto, qui librum Eunomii diligenter legerit.

b. Reg. quartus *πῶς οὖν οὐ*.

Patre alienum sit? *Omnia enim*, inquit, *mea tua sunt, et tua mea.* T. I. p. 271. Quomodo igitur Spiritus causam Unigenito soli attribuit et ad eius accusandam naturam huius creationem usurpat? Quod si duo principia inter se adversa inducens haec dicit, una cum Manichaeo et Marcione conteretur; sin autem statuit ab uno pendere omnia, quod a Filio factum esse dicitur, id ad primam causam refertur. Quare etsi omnia per Deum Verbum ad *esse* producta fuisse credimus, tamen universorum Deum omnium causam esse non negamus. Qui autem fieri potest ut non aperte periculosum sit Spiritum a Deo dirimere, cum partim quidem Apostolus coniuncte nobis tradat et modo Christi modo Dei Spiritum dicat, ubi scribit: *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius*, et rursus: *Vos autem non spiritum mundi accepistis, sed Spiritum, qui ex Deo est*; partim vero Dominus Spiritum veritatis nominet, quippe ipse est veritas proceditque a Patre? At hic ad destructionem gloriae Domini nostri Iesu Christi, ut Spiritum aufert a Patre, ita eum unice Unigenito ad gloriae eversionem attribuit, ipsum contumelia, ut sibi videtur, afficiens. Nam in retributionis die nullam ob prava dogmata ultionem exspectat.

c. Editi et mss. non pauci ut in contextu. At Reg. quartus ἡμεῖς δὲ... ἐλάβομεν, *Nos autem non spiritum mundi accepimus*, et ita apud Paulum legitur 1. Cor. 2, 12., quod ex eo evenisse videtur, quod librarius putaverit ita apud Basilium scribi oportere, uti apud Paulum legebatur.

d. [Mar.: τοῦ κυρίου λέγοντος etc. *Cum Dominus dicat* Spiritum veritatis (*ipse enim est veritas*), *et*, A Patre procedit.]

e. Editi et mss. omnes αὐτός, ubi tamen ex grammaticae regulis scribi oportuisset αὐτό, πνεῦμα videlicet; sed scripsisse Basilium αὐτός puto, quod vir sanctissimus respiceret ad locum Ioannis 15, 26., ubi vox παράκλητος adhibetur.

f. Colb. secunda manu ἐφυβρίζων ὡς οἷόν τε, *quantum in se est.*

g. Editio Paris. et mss. nonnulli πονηροῖς ῥήμασι καὶ νοήμασι, *ob prava verba et cogitata.* At editio Ven. et codices antiquiores Colb. et Reg. tertius simpliciter ut in contextu.

ΚΑΤ' ΕΥΝΟΜΙΟΥ
ΛΟΓΟΣ Γ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

T. I. p. 271. ΒΑΣ. [b]Μόλις ποτὲ κορεσθεὶς τῶν εἰς τὸν μονογενῆ βλασφημιῶν ἐπὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον μετελήλυθεν, ἀκόλουθα τῇ ὅλῃ αὐτοῦ προαιρέσει καὶ περὶ τούτου διαλεγόμενος. γράφει δὲ οὕτως·

Fabr. p. 296 in. ΕΥΝ. Ἀρκούντων δὲ ἡμῖν τοσούτων περὶ τοῦ μονογενοῦς ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ περὶ τοῦ παρακλήτου λοιπὸν εἰπεῖν, οὐ ταῖς ἀνεξετάστοις τῶν πολλῶν ἀκολουθοῦντας δόξαις, τὴν δὲ τῶν ἁγίων ἐν ἅπασι φυλάσσοντας διδασκαλίαν, παρ' ὧν τρίτον αὐτὸ ἀξιώματι καὶ τάξει μαθόντες τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει πεπιστεύκαμεν.

ΒΑΣ. Ὅτι μὲν γὰρ οὐκ οἴεται δεῖν τῇ ἁπλῇ καὶ ἀνεπιτηδεύτῳ πίστει τῶν πολλῶν ἐμμένειν, ἀλλὰ τεχνικοῖς τισι καὶ σεσοφισμένοις λόγοις πάλιν πρὸς τὸ δοκοῦν ἑαυτῷ παρακρούσεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἱκανῶς ἐξ ὧν εἶπεν ἐδήλωσεν. ἀτιμάζων γὰρ τὴν
T. I. p. 272. τῶν πολλῶν δόξαν, ᾗ δοξάζουσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσποιεῖται τὴν τῶν ἁγίων φυλάσσειν διδασκαλίαν, καὶ τοὺς ταύτην αὐτῷ παραδεδωκότας ἀποσιωπᾷ, καὶ νῦν ἅπερ κἂν τοῖς περὶ τοῦ μονογενοῦς λόγοις ποιῶν ἀπεδείχθη. εἶτά φησι παρὰ μὲν τῶν ἁγίων μεμαθηκέναι τὸ τρίτον εἶναι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, παρ' ἑαυτοῦ δὲ πεπιστευκέναι [d]τὸ καὶ τρίτον εἶναι τῇ φύσει. τίνες δὲ οἱ ἅγιοι, καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, [e]εἰπεῖν οὐκ ἔχει. ἆρα γέγονεν οὕτω τολμηρὸς ἄνθρωπος τὰς περὶ τῶν θείων δογμάτων καινοτομίας εἰσηγούμενος; τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; [f]ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παρα-

a. Titulus, ut fit, alius est in aliis codicibus. Regii quartus et sextus τοῦ αὐτοῦ πρὸς Εὐνόμιον, περὶ πνεύματος, *eiusdem adversus Eunomium, de Spiritu.* Reg. secundus τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸς Εὐνόμιον, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, *eiusdem magni Basilii adversus Eunomium, de sancto Spiritu.* Reg. tertius et Colb. simpliciter περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, *de Spiritu sancto.* Dubius et incertus visus est hic liber quibusdam. Ita enim scriptum invenitur in ora codicum Regiorum quarti et sexti: τινὲς φασὶ [sic] τοῦτον τὸν λόγον μὴ εἶναι τοῦ ἁγίου Βασιλείου διὰ τὸ φέρεσθαι ῥητά τινα [sic] ἐν αὐτῷ, τραχύτερα εἶναι δοκοῦντα, οἷς ἐν οὐδενὶ φαίνεται τῶν ἰδίων συγγραμμάτων χρησάμενος, *Dicunt nonnulli hunc librum sancti Basilii non esse, quod in eo reperiantur verba quaedam, quae videntur duriora, quibus non comperitur in alio ullo operum suorum usus fuisse.* Ea de re in Praefatione.

b. Editi μόλις δέ. Vocula δέ in mss. antiquioribus deest. Statim Reg. quintus et editi μονογενῆ υἱόν. Sed in aliis mss. vox υἱόν non legitur. [Par. II.: De toto hoc loco hinc ad p. 273 D. οὐδὲ μεμαθήκαμεν cf. R. P. Ludovici Vallée anonyma Dissertatio qua expenditur celebris locus S. Basilii Magni de processione Spiritus sancti a Patre Filioque. Proferuntur et eruditorum iudicia, subiiciuntur varia et opposita momenta, quibus Latinos inter et Graecos per annos 400., ac praesertim in

CONTRA EUNOMIUM

LIBER TERTIUS.

De Spiritu sancto.

1. Bas. Vix tandem blasphemiis in Unigenitum exsatiatus ad Spiri- T. I. p. 271.
tum sanctum ita transiit, ut de eo etiam consentaneum toti suo pro-
posito sermonem instituat. Scribit autem sic:

Eun. Cum autem haec nobis de Unigenito sufficiant, consequens Fabr. p. 296
fuerit ut iam de Paracleto quoque dicamus, non vulgi opiniones teme- in.
rarias sequuti, sed sanctorum in omnibus doctrinam servantes: a qui-
bus cum didicerimus eum dignitate et ordine tertium, tertium quoque
natura esse credimus.

Bas. Quod quidem non putet oportere in simplici ac nuda mul-
torum fide permanere, sed artificiosis quibusdam ac captiosis ration-
ibus veritatem rursus ad id, quod sibi videtur, detrudere, satis ex iis
quae protulit verbis ostendit. Nam multorum opinione contempta, T. I. p. 272.
qua Spiritum sanctum glorificant, simulat tenere se sanctorum doctri-
nam; at eos, qui eam ipsi tradiderunt, tacet, etiam nunc faciens ea
ipsa, quae ab eo, dum de Unigenito sermonem haberet, facta esse
demonstratum est. Deinde dicit a sanctis quidem se didicisse tertium
esse ordine et dignitate Spiritum, a se ipso vero credere natura quo-
que tertium esse. Qui vero sint sancti illi et in quibus scriptis hanc
doctrinam ediderint, dicere non potest. Fuitne unquam homo sic
audax, qui divinorum dogmatum innovationes induceret? Cur enim
necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoque
eum esse tertium? Dignitate quidem secundum esse a Filio tradit

Florentina synodo, ultro citroque versatus est. Lutetiae Parisiorum, apud Delaunay, 1721. pag. 4. et 28. in fol., cui adde Marani Praefat. ad tom. 3. § IV.]

c. Reg. quartus ὅλῃ ἑαυτοῦ. Aliquanto infra mss. tres ἀκολουθοῦντες ... φυλάσσοντες.

d. Editi καὶ τό. Antiqui duo libri τὸ καί.

e. Has tres voces εἰπεῖν οὐκ ἔχει ex quatuor codicibus Regiis addidimus.

f. Locum nullum esse arbitror aut ipsius Basilii aut aliorum sanctorum Patrum, de quo acrius in Concilio Florent. disputatum sit, quam de illo: ἀξιώματι μὲν γάρ etc. [Conc. Tom. XIII. p. 279 sqq.]. Latini, ut patet ex sess. 20., proferebant codicem vetustissimum, in quo sic legebatur: ἀξιώματι μὲν γὰρ δεύτερον τοῦ υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον; καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον etc. *Dignitate namque secundum esse a Filio, cum habeat esse ab ipso, atque ab ipso accipiat, et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat* [sermo pietatis tradit]. Graeci vero haec verba παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον et sequentia usque ad vocem ἐξημμένον in suo libro vetustissimo quoque et optimo deesse affirmabant; hodieque in editis et in nostris septem mss. desunt. Sequitur in Graeco non procul ab initio sessionis 20.: παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, *tradit pietatis sermo*; sed hic Graeci voculam ἴσως omissam esse aut potius sublatam conquerebantur. Consentit cum libro Latinorum noster Regius secundus, in quo vox ἴσως deest; consentiunt vero cum libro Graecorum tum editi tum reliqui sex

T. I. p. 272. δίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, φύσει δὲ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν [a]προειρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. ὡς γὰρ ὁ υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ πατρός, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ [b]αἰτία τῷ εἶναι αὐτοῦ πατέρα, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ [c]πρόσοδος καὶ προσαγωγὴ πρὸς τὸν θεὸν καὶ πατέρα, φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τε τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι (ἵνα καὶ [d]ὅλως συγχωρήσωμεν), οὐκέτ' ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχον [e]φύσεως ἀκολουθεῖν ἐκεῖθεν δῆλον. ἄγγελοι πάντες ὥσπερ προσηγορίας μιᾶς, οὕτω καὶ φύσεως ἁπάντως τῆς αὐτῆς ἀλλήλοις τυγχάνουσιν· ἀλλ' ὅμως οἱ μὲν αὐτῶν ἐθνῶν προεστήκασιν, οἱ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πιστῶν εἰσι παρεπόμενοι. ὅσῳ μέντοι προτιμότερον ἔθνος ὅλον ἑνὸς ἀνδρός, τοσούτῳ δήπου μεῖζον ὑπάρχειν ἀνάγκη τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐθνάρχου ἀγγέλου [f]παρὰ τὸ τοῦ ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένου. τὸ δὲ συνεῖναι ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἄγγελον οἷον παιδαγωγόν τινα καὶ νομέα τὴν ζωὴν διευθύνοντα οὐδεὶς ἀντερεῖ, μεμνημένος τῶν τοῦ κυρίου λόγων, εἰπόντος· μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν ἐλαχίστων τούτων, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς[1]). καὶ ὁ ψαλμῳδός φησι· παρεμβαλεῖ ἄγγελος κυρίου
T. I. p. 273. κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν[2])· καὶ ὁ ἄγγελος [g]ὁ ῥυσάμενός με ἐκ νεότητός μου[3])· καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὅτι δὲ πάλιν εἰσί τινες ἄγγελοι καὶ ὅλων ἐθνῶν προεστῶτες, Μωσῆς ἡμᾶς διδάσκει διὰ τῆς ᾠδῆς λέγων· ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς [h]Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων αὐτοῦ[4]). καὶ ὁ σοφὸς Δανιὴλ ἐν τῇ τοῦ ἀγγέλου ὀπτασίᾳ ἤκουσεν αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ἄρχων βασιλείας Περσῶν εἱστήκει ἐξεναντίας μου· καὶ ἰδοὺ

1) Matth. 18, 10. 2) Ps. 34 [33. LXX.], 8. 3) Gen. 48, 16. 4) Deut. 32, 8.

mss., in quibus omnibus haec vox ἴσως invenitur. Monere libet, illa ἀξιώματα μὲν γάρ etc. paulo aliter legi sessione 21. pag. 314., sed ita tamen, ut eadem plane sententia efficiatur.

a. Nostri libri antiquiores ἐκ τῶν εἰρημένων. Ibidem mss. nonnulli συλλογίζεσθαι.

b. Editio Paris. αἰτία τοῦ εἶναι ὁ πατήρ. Reg. secundus αἰτία τὸ εἶναι αὐτοῦ πατέρα. Reg. tertius αἰτία τοῦ εἶναι πατέρα αὐτοῦ. Reg. quartus αἰτία τῷ εἶναι αὐτοῦ πατέρα. Alii tres mss. Regii et editio Ven. αἰτία τοῦ εἶναι αὐτοῦ πατέρα. Quid autem in hac lectionum varietate sentiam, aperiam paucis. Igitur non valde admodum dubito, quin typographi Parisienses inesse vitii aliquid in voce πατέρα de suo suspicati πατήρ ediderint; ego tamen, cum vox πατέρα et in editione Ven. et in omnibus libris veteribus inveniatur, eam retinendam esse arbitror. Combefisius sit quidem legisse se in uno codice πατήρ, sed ego, qui Regios codices legi et ipse, in ullo nihil tale reperi. Ex his autem omnibus quas excripsi lectionibus mihi nulla tam placet quam quae in Reg. quarto conspicitur, non solum quod ex ea effici videatur idones sententia, sed quod lectione Regii secundi confirmetur. Monui enim legi eo in libro αἰτία τὸ εἶναι αὐτοῦ πατέρα;

fortasse pietatis sermo, at natura tertia uti neque ex sanctis Scripturis edocti sumus, neque ex prius dictis ulla consequutione colligi potest. Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam ab illo est, dignitate vero, quoniam origo eius est et causa ea re quod ipsius est pater, et quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum et Patrem, non autem natura secundus, quoniam deitas in utroque una est; ita profecto et Spiritus sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus a Filio est, ut tandem hoc etiam concedamus, tamen non iure sequi ut sit alienae naturae hinc patet. Nimirum angeli omnes ut appellationem unam, ita etiam eandem omnino inter se naturam habent; sed tamen ex iis alii quidem praefecti sunt gentibus, alii vero unicuique fidelium adiuncti comites sunt. Quanto autem gens tota uni viro praestat, tanto certe necesse est angeli alicui genti praesidentis dignitatem dignitate alterius, cui viri privati tutela congreditur, maiorem esse. Quod autem unicuique fidelium adsit angelus velut paedagogus quidam et pastor vitam dirigens, nemo contradicet, qui meminerit verborum Domini, qui ait: *Ne contemnatis unum ex his pusillis, eo quod angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est.* Et Psalmista dicit: *Castra metabitur angelus Domini in circuitu timentium ipsum*; et *Angelus, qui liberavit me a iuventute mea*; et quaecunque eiusdem generis sunt. Quod autem rursus sint angeli quidam, qui gentibus integris praepositi sunt, docet nos per Canticum Moses, dum ait: *Quando dividebat Altissimus gentes, quanto dispersit filios Adam, constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum suorum.* Et sapiens Daniel in visione angeli audivit ipsum dicentem: *Princeps regni Persarum stetit ex adverso*

T. I. p. 272.

T. I. p. 273.

ubi videre facile est, librarium aliud cogitantem τό scripsisse pro τῷ, quae ipsa est scriptura Regii quarti, *quoniam principium eius est et causa per hoc, quod ipsius pater est.* Hoc nostrum iudicium adiuvat, quod eodem plane modo Basilius loquutus sit lib. 2. num. 16. [p. 114. hui. ed.] cum ita scripsit: τῷ εἶναι τὸ ἀρχέτυπον, *ea re quia archetypum est.* Et infra ita quoque scribit num. 6. [p. 178]: τῷ ἕνα εἶναι τὸν μονογενῆ, *eo quod unus sit Unigenitus.*

c. Editi ἡ πρόοδος. At Regii tres mss. ἡ πρόσοδός. Nec ita multo post Reg. secundus εἰ καὶ ὑποβεβηκὸς τόν.

d. Et de illis quoque ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν magno partium studio controversum est in Concilio Florentino pag. 340 D. Sic autem scriptum invenimus in Colb. et in Regiis secundo et tertio: ἵνα καὶ ὅλως συγχωρήσωμεν; in aliis vero quatuor mss. Regiis hoc modo: ἵνα ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν, vel ἵν' ὅλως etc., et ita quoque legitur in editionibus Ven. et Paris.

e. Editi et duo mss. φύσεως καὶ τὸ ἀκόλουθον. Reg. secundus φύσεως ἀκολουθοίη, non ἀκολουθεῖν, ut sibi falso visus est legere vir caeteroqui doctissimus Combefisius. Reg. sextus ἀκολουθείη. Reg. tertius φύσεως ἀκολεθεῖν, bene. Aliquanto post vox ἀλλήλοις in multis mss. deest.

f. Editi et aliquot mss. ἀγγέλου, παρὰ τὸ τοῦ ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένου. Reg. tertius et Colb. ἀγγέλου, τῶν ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένων. Reg. secundus ἀγγέλου, παρὰ τὸν ἑνὸς ἑκάστου τὴν προστασίαν πεπιστευμένον.

g. Codices non pauci ὁ ῥυόμενος.

T.I. p. 273. *Μιχαὴλ εἷς τῶν ἀρχόντων τῶν πρώτων ἦλθε βοηθῆσαί μοι, καὶ αὐτὸν κατέλιπον ἐκεῖ μετὰ τοῦ ἄρχοντος βασιλέως Περσῶν· καὶ μετ' ὀλίγα φησὶν ὁ αὐτός· [a]καὶ ὁ ἄρχων τῶν Ἑλλήνων ἤρχετο*[1]). *ἀλλὰ καὶ [b]ἀρχιστράτηγός τις τῆς δυνάμεως κυρίου λέγεται ὁ Ἰησοῦ τῷ τοῦ Ναυῆ ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου φανερωθείς*[2]). *καὶ πάλιν τενὲς λέγονται λεγεῶνες τῶν ἀγγέλων, τοῦ κυρίου εἰπόντος τοῖς μαθηταῖς· ἢ [c]δοκεῖτε ὅτι οὐ δύναμαι παρακαλέσαι τὸν πατέρα μου, καὶ παραστήσει μοι ὧδε πλείους ἢ δώδεκα λεγεῶνας ἀγγέλων*[3]); *ὁ τοίνυν ἀρχιστράτηγος τῶν ἐν ταῖς λεγεῶσι κατατεταγμένων ἀγγέλων ἄρχων ἐστὶ δηλονότι.*

Πρὸς τί οὖν ὁ λόγος ἡμῖν φέρει; ὅτι οὐ πάντως, εἴ τι τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι δεύτερόν ἐστι καὶ τρίτον, τοῦτο καὶ τὴν φύσιν ἑτέραν ἔχει. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ὁ μέν τις αὐτῶν ἄρχων, ὁ δὲ ὑπήκοος, ἄγγελοι δὲ ὅμως τῇ φύσει πάντες; καὶ κατὰ μὲν τὸ ἀξίωμα ἡ διαφορά, κατὰ δὲ τὴν φύσιν ἡ κοινωνία (καὶ γὰρ ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ[4]), *φύσις δὲ πάντων ἀστέρων μία· καὶ πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ πατρί*[5]), *τουτέστιν ἀξιωμάτων διαφοραί, φύσις δὲ ὁμοία τῶν δοξαζομένων)· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ [d]ἀξιώματι καὶ τάξει ὑποβέβηκεν, ὡς λέγουσι (παρειλήφαμεν γὰρ αὐτό, φησί, τρίτον ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἀριθμούμενον, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος παραδεδωκότος τὴν τάξιν, ἐν οἷς εἶπε· πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος*[6])), *ἀλλ' εἰς φύσιν τινὰ τρίτην ἀπὸ υἱοῦ καὶ πατρὸς ἐκβαλλόμενον οὐδαμοῦ μεμαθήκαμεν. δύο γὰρ λεγομένων πραγμάτων, [e]θεότητός τε καὶ κτίσεως, καὶ δεσποτείας καὶ δουλείας, καὶ ἁγιαστικῆς δυνάμεως καὶ τῆς ἁγιαζομένης, τῆς τε ἐκ φύσεως ἐχούσης τὴν ἀρετὴν καὶ τῆς ἐκ προαιρέσεως κατορθούσης, ἐν ποίᾳ μερίδι τὸ πνεῦμα τάξομεν; ἐν τοῖς ἁγιαζομένοις; ἀλλ' αὐτό ἐστιν ἁγιασμός. ἀλλ' ἐν τοῖς ἐξ ἀνδραγαθημάτων τὴν ἀρετὴν κτωμένοις; ἀλλὰ φύσει ἐστὶν ἀγαθόν. ἀλλ' ἐν τοῖς λειτουργικοῖς; ἀλλ' ἕτερά εἰσι λειτουργικὰ πνεύματα πρὸς διακονίαν ἀποστελλόμενα*[7]). *οὐ τοίνυν ὁμόδουλον*

1) Dan. 10, 13. 20. 2) Ios. 5, 14. 3) Matth. 26, 53. 4) 1. Cor. 15, 41. 5) Ioan. 14, 2. 6) Matth. 28, 19. 7) Hebr. 1, 14.

a. Editi *καὶ ἄρχων*. At mss. multi *καὶ ὁ ἄρχων*. Mox mss. duo *ἄρχοντος περσῶν*.

b. Sic Reg. secundus et sextus. Vocula *τίς* inepte bis legebatur in vulgatis.

c. Editio Paris. *ἢ δοκεῖς*. Editio Ven. et septem nostri mss. *ἢ δοκεῖτε*.

d. Antiqui quatuor libri *ἀξιώματι ὑποβέβηκε καὶ τάξει*, alio ordine. Quod sequitur *ὡς λέγουσι*, de eo quoque inter se dissidebant Graeci et Latini, ut videre est in Concilio Florentino pag. 341. Legas velim sessiones 19. 20. 21. 22. 23. aut certe pag. 340. et 341., ex quibus quid differrent utrique libri Graecorum et Latinorum disci potest. Hae voces *ὡς λέγουσι*, ut ad propositum me referam, reperiebantur in libro Graecorum, hodie-

mihi; et ecce Michael, unus de principibus primis, venit mihi auxiliaturus; et ipsum reliqui illic cum principe rege Persarum, et paulo post ille ipse ait: *Et princeps Graecorum veniebat.* Sed et copiarum Domini imperator ac dux dicitur is, qui Iesu Nave ad Iordanem manifestatus est. Et rursus legiones quaedam angelorum dicuntur, Domino discipulis dicente: *An putatis quod non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi hic plus quam duodecim legiones angelorum?* Qui igitur dux est exercitus eorum angelorum, qui in legionibus recensentur, ille profecto princeps est. T. I. p. 275.

2. Quorsum igitur haec oratio? Quod non continuo si quid ordine ac dignitate secundum est aut tertium, id et naturam alteram habet. Quemadmodum enim inter angelos princeps alius est, alius subditus, et tamen natura angeli sunt omnes, et in dignitate quidem diversitas est, in natura vero communitas (siquidem *Stella a stella differt in gloria,* natura vero stellarum omnium una est, atque multae mansiones sunt apud Patrem, hoc est dignitatum diversitates, glorificatorum vero natura una); sic profecto et Spiritus sanctus, etsi dignitate inferior est atque ordine, ut aiunt (Accepimus enim ipsum, inquit, tertium a Patre et Filio numeratum, cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem his verbis: *Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*), at in quandam naturam tertiam a Filio et Patre eiectum eum fuisse nusquam didicimus. Nam cum res duae dicantur, deitas et creatura, dominium et servitus, potentia sanctificans et quae sanctificatur, potentia possidens suapte natura virtutem et quae eam ex arbitrio comparat; qua in parte Spiritum locabimus? Inter eos, qui sanctificantur? At ipse est sanctificatio. An inter eos, qui praeclaris ac egregiis facinoribus virtutem adepti sunt? At bonus natura est. An inter eos, qui ministrant? At alii sunt spiritus ministratorii, qui ad ministerium mittuntur. Non ergo principalem natura Spiritum fas est nobis conservum

que leguntur in Regiis tertio, quarto et quinto et in Colb. perinde atque in editionibus Veneta et Parisiensi; aberant vero a libro Latinorum, quemadmodum nunc absunt a Reg. secundo. Eaedem voces *ὡς λέγουσι, ut aiunt,* inveniuntur quidem in Reg. sexto, sed solum secunda manu. Vocula *ὡς* in Reg. primo deest, sed verbum *λέγουσι* eo in codice legitur. Suspicari fortasse possit quispiam, Combefisium lectionem libri Graecorum sequutum esse. Postquam enim illa *παρειλήφαμεν γάρ* etc. sic interpretatus est: *accepimus enim eum tertium,* haec ad eius loci sensum declarandum subiungit: *Dato hoc Basilius Eunomio, negat illatum, non esse eiusdem ac Pater naturae.* Non enim si quid damus, sequitur ut id etiam concedamus aut confiteamur. Basilius ergo hoc dare potuisset Eunomianis, tertium esse Spiritum, et tamen id non concedere nec confiteri. Ut ut haec sunt, non aliter Graeci, quam Combefisius hunc locum intellexere.

e. Antiqui tres libri *θεότητός τε καί.* Vocula *τε* deest in vulgatis.

T.I. p. 273. ἡμῖν λέγειν αὐτὸ θεμιτὸν τὸ ἡγεμονικὸν τῇ φύσει, οὔτε τῇ κτίσει συναριθμεῖν τὸ τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ τριάδι [a]συναριθμούμενον.

T.I. p. 274. ἀρχαὶ μὲν γὰρ καὶ ἐξουσίαι καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη κτίσις ἐκ προσοχῆς καὶ ἐπιμελείας τὸν ἁγιασμὸν ἔχουσαι οὐκ ἂν εἰκότως φύσει ἅγιαι εἶναι λέγοιντο. ἐπορεγόμεναι γὰρ τοῦ καλοῦ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἀγάπης καὶ τοῦ μέτρου τῆς ἁγιωσύνης μεταλαμβάνουσι. καὶ ὥσπερ ὁ σίδηρος ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ κείμενος τὸ μὲν σίδηρος εἶναι οὐκ ἀποβέβληκε, τῇ δὲ σφοδροτάτῃ πρὸς τὸ πῦρ ὁμιλίᾳ ἐκπυρακτωθεὶς καὶ πᾶσαν εἰς ἑαυτὸν τὴν τοῦ πυρὸς φύσιν ὑποδεξάμενος καὶ χρώματι καὶ ἐνεργείᾳ πρὸς τὸ πῦρ μεταβέβηκεν· οὕτω καὶ αἱ ἅγιαι δυνάμεις ἐκ τῆς πρὸς τὸ φύσει ἅγιον κοινωνίας δι' ὅλης τῆς ἑαυτῶν ὑποστάσεως κεχωρηκότα ἤδη καὶ συμπεφυσιωμένον τὸν ἁγιασμὸν ἔχουσι. διαφορὰ δὲ αὐταῖς πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον αὕτη, ὅτι τῷ μὲν φύσις ἡ ἁγιωσύνη, ταῖς δὲ ἐκ μετουσίας ὑπάρχει τὸ ἁγιάζεσθαι. οἷς δὲ ἐπισκευασθὲν καὶ ἑτέρωθεν ἐπιδεδομένον ὑπάρχει τὸ ἀγαθόν, τῆς μετατυπωτῆς εἰσι φύσεως. οὐ γὰρ ἂν ἐξέπεσεν ὁ ἑωσφόρος [b]ὁ πρωὶ ἀνατέλλων, οὔτε συνετρίβη ἐπὶ τῆς γῆς[1]), εἰ φύσει ὑπῆρχε τοῦ κρείττονος ἀνεπίδεκτος. πῶς οὖν εὐσεβὲς τῇ κτίσει αὐτὸ συντάττειν τοσούτῳ μέτρῳ διωρισμένον τῆς κτίσεως; ἡ μὲν γὰρ κτίσις πέφυκεν ἄθλον προκοπῆς καὶ τῆς πρὸς θεὸν εὐαρεστήσεως τὸν ἁγιασμὸν ἔχουσα, [c]φύσει δὲ χρωμένη αὐτεξουσίῳ καὶ μεταῤῥέπειν ἐφ' ἑκάτερα δυναμένη πρὸς ἐκλογὴν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ χείρονος, τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον πηγὴ ἁγιασμοῦ. καὶ ὥσπερ φύσει ἅγιος ὁ πατὴρ καὶ φύσει ἅγιος ὁ υἱός, οὕτω φύσει ἅγιον καὶ τὸ πνεῦμα τὸ τῆς ἀληθείας· διὸ καὶ ἐξαιρέτου καὶ ἰδιαζούσης τῆς τοῦ ἁγίου προσηγορίας ἠξίωται.

Εἰ οὖν φύσις αὐτῷ ὁ ἁγιασμός ἐστιν, ὥσπερ πατρὶ καὶ υἱῷ, πῶς [d]τρίτης ἐστὶ καὶ ἀλλοτρίας φύσεως; διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ τὰ σεραφὶμ τρίτον ἐκβοῶντα τὸ ἅγιος ἀναγέγραπται[2]), ὅτι ἐν τρισὶ ταῖς ὑποστάσεσιν ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς θεωρεῖται. οὐ τοῦτο δὲ μόνον αὐτῷ κοινὸν πρὸς πατέρα καὶ υἱὸν τὸ τῆς ἁγιωσύνης ὄνομα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ πνεύματος προσηγορία. πνεῦμα γὰρ ὁ θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν[3]). καὶ ὁ προφήτης φησί· πνεῦμα πρὸ [e]προσώπου ἡμῶν Χριστὸς κύριος· οὗ εἴπαμεν· ἐν τῇ

1) Es. 14, 12. 2) Es. 6, 3. 3) Ioan. 4, 24.

a. Codices duo *ἐναριθμούμενον*.
b. Regii secundus et quartus *ὁ πρωΐ*.
c. Editi *φύσει τε*. Antiqui tres libri *φύσει δέ*. Ibidem Reg. tertius *καὶ μετάραι τὴν ἐφ' ἑκάτερα*, corrupte.
d. Editiones Ven. et Basil. cum Regiis quarto et quinto *πῶς τρίτον*, *quomodo tertius est*. Reg. tertius habet quoque *πῶς τρίτον*, sed secunda manu, licet antiqua. Codex vero Colb. et alii tres mss. Regii cum editione Paris. *πῶς τρίτης*, *quomodo tertiae* etc. Persuasissimum

dicere, neque una cum creaturis numerare eum, qui in divina et beata Trinitate pariter numeratur. Principatus enim et potestates ac reliquae eiusmodi creaturae, quae ex attentione ac studio sanctificationem habent, dici natura sanctae iure non possunt. Ita enim bonum appetunt, ut pro ratione amoris in Deum sui sanctitatis mensuram accipiant. Et sicuti ferrum in medio igne positum ferrum quidem esse non desinit, sed ob vehementissimam cum igne coniunctionem ignitum factum, omnemque ignis naturam in se ipsum recipiens tum colore tum efficacia in ignem transit; sic et sanctae potestates ex communicatione, quam habent cum eo, qui natura sanctus est, eiusmodi sanctimoniam habent, quae iam pervaserit per totam earum substantiam in eaque coaluerit. Ipsae autem in eo a sancto Spiritu differunt, quod huius natura sanctitas est, illis vero ex participatione inest sanctimonia. Quibus autem inest bonum instauratitium et aliunde collatum, ea sunt mutabilis naturae. Non enim excidisset Lucifer, qui mane oritur, nec esset in terra contritus, si deterioris conditionis recipiendae non fuisset capax natura. Quomodo igitur pium est inter creaturas Spiritum collocare, qui intervallo tanto a creaturis separatus est? Creatura enim ita comparata est, ut si progressum aliquem fecerit placueritque Deo, pro mercede sanctificationem accipiat, quandoquidem libero utitur arbitrio, potestque in utramque partem inclinari ad boni ac mali electionem; Spiritus autem sanctus fons est sanctificationis. Et quemadmodum natura sanctus est Pater, natura itidem sanctus est Filius; ita quoque Spiritus ille veritatis natura sanctus est, ob idque donatus est etiam Sancti appellatione eaque peculiari ac propria. T. I. p. 273. T. I. p. 274.

3. Itaque si sanctitas ei natura est, sicuti Patri et Filio, quomodo tertiae ac alienae naturae est? Ob id enim opinor et apud Esaiam etiam scriptum est Seraphim ter *sanctus* exclamare, quod naturalis sanctitas tribus in hypostasibus perspicitur. Nec vero hoc sanctitatis nomen ei solum commune est cum Patre et Filio, sed ipsa est etiam spiritus appellatio. *Deus* enim *est spiritus; et eos, qui ipsum adorant, in spiritu et veritate adorare oportet.* Et Propheta ait: *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, ubi diximus:*

est mihi, eos quos Graeci et Latini in Concilio Florentino proferebant libros uno inter se consensu habuisse πῶς τρίτης, *quomodo tertiae.* Etenim si in his libris scriptum fuisset πῶς τρίτον, *quomodo tertius est*, dubium non est quin Marcus Ephesinus suam inde opinionem confirmasset.

e. Regii secundus, tertius et quintus et Colb. cum editione Ven. πρὸ προσώπου, et ita legit interpres, olimque legerat Ambrosius sermone 15., ut notat Combefisius. Vocula πρό in aliis quibusdam mss. et in editione Paris. deest. Ibidem editio Paris. ὁ κύριος. At in mss. articulus non legitur. Sic apud LXX editus est hic locus: πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος, οὗ εἴπαμεν, ἐν τῇ σκιᾷ

T. I. p. 274. σκιᾷ τῶν πτερύγων αὐτοῦ ζησόμεθα[1]). καὶ ὁ ἀπόστολος τὴν τοῦ πνεύματος προσηγορίαν ἐπὶ τὸν κύριον ἀναφέρει, λέγων· ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν[2]). ἐκ δὲ τούτων παντὶ δῆλον ὅτε [a]οὐχὶ ἀλλοτρίωσιν τῆς φύσεως, ἀλλ' οἰκείωσιν πρὸς τὸν πατέρα καὶ υἱὸν ἡ κοινωνία τῶν ὀνομάτων παρίστησι. καὶ ἀγαθὸς ὁ θεὸς εἴρηται καὶ ἔστιν· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἐπισκευαστὴν ἔχον τὴν ἀγαθότητα, ἀλλ' ἐκ φύσεως αὐτῷ συνυπάρχουσαν. ἢ πάν-
T. I. p. 275. των ἂν εἴη ἀλογώτατον τὸ φύσει ἅγιον μὴ φύσει λέγειν τὴν ἀγαθότητα ἔχειν, ἀλλ' [b]ἐπιγεννηματικὴν καὶ ἔξωθεν προσγεγενημένην αὐτῷ. ἐν ᾧ δὲ εἶπεν ὁ κύριος, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν[3]), καὶ αὐτὸς εἶναι παράκλητος ἡμῶν ἐνδείκνυται. ὥστε καὶ ἡ τοῦ παρακλήτου προσηγορία οὐ μικρὸν [c]πρὸς ἀπόδειξιν τῆς δόξης τοῦ ἁγίου πνεύματος συντελεῖ.

Καὶ τὰ μὲν ὀνόματα τοιαῦτα τοῦ μεγαλείου τῆς φύσεως ἐνδεικτικά, αἱ δὲ ἐνέργειαι τοῦ ἁγίου [d]πνεύματος εἶαι; τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου, φησίν, οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν[4]). ὡς τοίνυν ὁ θεὸς λόγος δημιουργός ἐστι τῶν οὐρανῶν, οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ στερεὸν καὶ πάγιον [e]τῆς ἀρετῆς παρέχεται ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσι. καὶ πάλιν ὁ Ἰώβ· πνεῦμα κυρίου τὸ ποιῆσάν με[5]), οὐκ ἐπὶ τῆς δημιουργίας ὡς οἶμαι, ἀλλ' ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνθρωπείαν ἀρετὴν τελειώσεως λέγων. ὁ δὲ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου κυρίου διαλεγόμενος κατὰ τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ δηλονότι· κύριος ἀπέσταλκέ με, φησί, καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ[6]). καὶ πάλιν ὁ ψαλμὸς δι' ὅλων κεχωρηκέναι τὴν δύναμιν τοῦ πνεύματος παρίστησι· ποῦ πορευθῶ, φησίν, ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω[7]); αἱ δὲ εἰς ἡμᾶς ἀπ' αὐτοῦ φθάνουσαι εὐεργεσίαι ὁποῖαί τινές εἰσι καὶ ἡλίκαι; ὥσπερ αὐτὸς ὁ κύριος ἔδωκεν ἐξουσίαν τοῖς δεξαμένοις αὐτὸν τέκνα θεοῦ γενέσθαι[8]), οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον πνεῦμα υἱοθεσίας ἐστί[9]). καὶ ὥσπερ [f]διδάσκαλός ἐστιν ἀληθινὸς ὁ κύριος ἡμῶν κατὰ τὸ εἰρημένον· ὑμεῖς δὲ μὴ καλέσητε διδάσκαλον ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γὰρ καθηγητὴς ὑμῶν ἐστιν ὁ Χριστός[10])· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διδάσκειν [g]πάντας τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου πεπιστευκότας ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου μεμαρτύρηται, εἰπόντος· ὁ δὲ παράκλητος τὸ πνεῦμα τὸ

1) Thren. 4, 20. 2) 2. Cor. 3, 17. 3) Ioan. 14, 16. 4) Ps. 33 [32. LXX.], 6. 5) Iob. 33, 4. 6) Es. 48, 16. 7) Ps. 139 [138. LXX.], 7. 8) Ioan. 1, 12. 9) Rom. 8, 15. 10) Matth. 23, 10.

αὐτοῦ ζησόμεθα, Spiritus faciei nostrae Christus Dominus, de quo diximus: In umbra eius vivemus. Hunc locum in suis notis illustrat vir eruditissimus Ducaeus.

a. Editi *οὐκ ἀλλοτρίωσιν*. At mss. *οὐχί*.

b. Codices nonnulli *ἐπιγενηματικήν*, per unicum *ν*. Ibidem editi et Colb. *προσ-*

In umbra alarum ipsius vivemus. Quin et Apostolus appellationem spiritus in Dominum transfert, cum dicit: *Dominus autem spiritus est.* Ex his autem cuilibet compertum est ac perspectum, non naturae alienationem, sed coniunctionem cum Patre et Filio per nominum communicationem commonstrari. Et Deus dictus est bonus et est, bonus autem est et Spiritus sanctus, bonitatem habens non adventitiam, sed natura sibi innatam. Alioqui fuerit omnium absurdissimum, si quis dicat, eum, qui natura sanctus est, bonitatem natura non habere, sed quandam deinceps supervenientem eique forinsecus accedentem. Quin etiam cum Dominus dixit: *Ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis*, et ipse Paracletus noster esse ostenditur. Quare Paracleti quoque appellatio non parum ad demonstrandam Spiritus sancti maiestatem confert. T. I. p. 274. T. I. p. 275.

4. Et nomina quidem, quae maiestatem naturae indicant, sunt eiusmodi; operationes vero Spiritus sancti quales? *Verbo Domini*, inquit, *caeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Ut igitur Deus Verbum creator est caelorum, ita et Spiritus sanctus stabilem ac firmam virtutem potestatibus caelestibus impertit. Et rursus Iob: *Spiritus Domini, qui fecit me*, non de creatione, ut arbitror, sed de humanae virtutis perfectione disserens. Quin etiam loquens Esaias ex Domini persona, videlicet secundum eius humanitatem: *Dominus*, inquit, *misit me, et Spiritus eius.* Et rursum Spiritus virtutem universa pervasisse declarans Psalmus: *Quo ibo*, inquit, *a Spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam?* Beneficentiae autem, quae ab eo ad nos deveniunt, quales sunt et quantae? Sicut Dominus ipse iis, qui ipsum suscepere, istuc dedit ut liceret filios Dei fieri, sic et Spiritus sanctus Spiritus est adoptionis. Et quemadmodum Dominus noster magister verus est, iuxta id, quod dictum est: *Vos autem nolite vocare magistrum vestrum in terra; unus enim magister vester est Christus*; sic et Spiritum sanctum omnes, quotquot in nomine Domini crediderint, docere testatus est Dominus ipse, cum dixit: *Paracletus*

γεγεννημένην. Alii tres mss. προσγεγενημένην.

c. Editi εἰς ἀπόδειξιν. At mss. antiquiores πρὸς ἀπόδειξιν.

d. Editi ἐνέργειαι τοῦ πνεύματος. Veteres libri ut in contextu. Hoc ipso in loco mss. nonnulli τοῦ κυρίου. Deerat articulus in impressis libris.

e. Illud τῆς ἀρετῆς additum est ex tribus Regiis codicibus.

f. Codex unus et editi διδάσκαλός ἐστιν. Sed in aliis quinque codicibus vox ἐστιν non legitur.

g. Reg. secundus διδάσκειν πάντως τοὺς, *omnino*; quae scriptura non displicet quidem Combefisio, sed ita tamen, ut legendum putet διδάσκειν πάντα τοὺς, *docet omnia, eos, qui* etc. Ait enim testimonium paulo post a Basilio allatum ex Evangelio, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα, *ille vos docebit omnia*, clare et aperte exposcere, ut ita legatur. Fateor coniecturam viri doctissimi mihi quoque valde admodum placere; tamen cum editi et sex mss. habeant διδάσκειν πάντας τοὺς, *docere eos omnes qui* etc., quidquam in contextu mutandum non iudicavi.

T. I. p. 275. ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ [a]πατήρ, ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει πάντα[1]). καὶ ὥσπερ διαιρεῖν τὰ ἐνεργήματα εἰς τοὺς ἀξίους τῆς ὑποδοχῆς τῶν ἐνεργημάτων ὁ πατὴρ λέγεται, καὶ διαιρεῖν τὰς διακονίας ὁ υἱὸς ἐν τοῖς τῆς διακονίας ἀξιώμασιν· οὕτω διαιρεῖν καὶ τὰ χαρίσματα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς τοὺς ἀξίους τῆς τῶν χαρισμάτων ὑποδοχῆς μαρτυρεῖται. [b]διαιρέσεις γὰρ χαρισμάτων εἰσίν, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσι, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν, [c]ὁ δὲ αὐτὸς θεός ἐστιν ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν[2]). ὁρᾷς πῶς καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνέργεια συντεταγμένη ἐστὶ [d]τῇ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐνεργείᾳ; εἶτα καὶ ἐκ τοῦ ἐπαγομένου μειζόνως [e]τὸ θεῖον τῆς φύσεως νοῦ ἁγίου πνεύματος φανεροῦται. τί γάρ φησι; ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται[3]). οὐδὲν ἕτερον ἢ αὐθεντικὴν καὶ δεσποτικὴν ἐξουσίαν αὐτῷ μαρτυ-
T. I. p. 276. ρεῖ. διόπερ ἐν τῇ [f]καινῇ διαθήκῃ οἱ προφῆται κεκράγασι· τάδε λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον[4]). τὸ δὲ ἐρευνᾶν τὰ βάθη τοῦ θεοῦ πόθεν τῷ πνεύματι πρόσεστιν; ὥσπερ, φησίν, οὐδεὶς οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ[5]). ὡς γὰρ οὐδεὶς ἀλλότριος οὐδὲ ξένος τοὺς ἔνδον λογισμοὺς ἐποπτεύειν δύναται τῆς ψυχῆς· οὕτω δηλονότι καὶ εἴ τι τῶν ἀποῤῥήτων κοινωνεῖ τῷ θεῷ, οὐκ [g]ἀλλότριον αὐτοῦ οὐδὲ ξένον διερευνᾶν τὰ βάθη τῶν κριμάτων τοῦ θεοῦ δύναται. εἶτα καὶ ἡ ζωὴ ἡμῖν ἀπὸ τοῦ θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι χορηγεῖται. ζωοποιεῖ μὲν γὰρ ὁ θεός, ὥς φησι Παῦλος· παραγγέλλω σοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τὰ πάντα[6]). ζωὴν δὲ [h]δίδωσιν ὁ Χριστός· τὰ πρόβατα γάρ, φησί, τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, καὶ ἐγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς[7]). ζωοποιούμεθα δὲ διὰ πνεύματος, ὥς φησι Παῦλος· ὁ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν[8]).

Ἀλλ' ὁ πάντα τολμηρὸς οὗτος καὶ μὴ ὑποπτήσσων τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον [i]τοῖς τολμῶσι βλάσφημόν τι ῥῆμα εἰς τὸ πνεῦμα

1) Ioan. 14, 26. 2) 1. Cor. 12, 4 – 6. 3) 1. Cor. 12, 11. 4) Act. 21, 11. 5) 1. Cor. 2, 10. 11. 6) 1. Tim. 6, 13. 7) Ioan. 10, 27. 28. 8) Rom. 8, 11.

a. Codex unus *πατήρ μου*.

b. Codices non pauci *διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων*.

c. Libri aliquot veteres *εἰσὶ, καὶ ὁ αὐτὸς θεός*.

d. Editi *τῇ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ*. At mss. quinque ut in contextu.

e. Visum est librario vocem *θεῖον* in Reg. tertio corrigere, sic ut in ora libri scripserit *τὸ μεγαλεῖον, maiestas naturae*; sed vereor, ne potius hunc locum corruperit, cum et in editis et in quinque mss. constanter *τὸ θεῖον* legatur. Statim editi *ἓν καὶ αὐτό*. Libri veteres *ἓν καὶ τὸ αὐτό*.

f. Pro *καινῇ, in novo*, scriptum inve-

autem Spiritus sanctus, quem Pater mittet, ille vos docebit omnia. T. I. p. 275. Et sicut Pater operationes in eos, qui operationibus suscipiendis digni sunt, dicitur dividere, itemque dividere Filius administrationes in dignitatibus ministerii; sic dividere etiam dona in eos, qui donis excipiendis digni sunt, perhibetur Spiritus sanctus. *Divisiones enim donorum sunt, sed idem Spiritus; et divisiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus; et divisiones operationum sunt, sed idem est Deus, efficiens omnia in omnibus.* Vides quomodo hic quoque Spiritus sancti operatio operationi Patris ac Filii coniuncta sit? Deinde ex eo etiam, quod sequitur, divinitas naturae sancti Spiritus amplius declaratur. Quid enim ait? *Sed omnia haec efficit unus et idem Spiritus, dividens privatim unicuique sicuti vult.* Nihil aliud ei adscribit nisi auctoritati ac dominio adiunctam potestatem. Quapropter in Novo Testamento prophetae clamarunt: *Haec dicit Spiritus sanctus.* Unde T. I. p. 276. autem scrutatio profunditatum Dei adest Spiritui? *Quemadmodum,* inquit, *nemo hominum novit ea, quae hominis sunt, nisi spiritus hominis, qui est in eo; sic et ea, quae sunt Dei, nemo cognovit nisi Spiritus Dei.* Ut enim nullus alienus aut peregrinus internas animae cogitationes potest inspicere, sic profecto si arcani aliquid cum Deo commune habet Spiritus, cum ab eo neque alienus sit neque peregrinus, profunda iudiciorum Dei perscrutari potest. Praeterea et vita nobis a Deo per Christum in sancto Spiritu suppeditatur. Vivificat enim Deus, ut ait Paulus: *Praecipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia.* Vitam autem largitur Christus: *Oves enim meae,* inquit, *vocem meam audiunt, et ego vitam aeternam do illis.* Vivificamur itidem per Spiritum, quemadmodum ait Paulus: *Qui excitavit Christum e mortuis, vivificabit etiam mortalia corpora vestra per ipsius Spiritum inhabitantem in vobis.*

5. Verum hic iste cum audeat omnia, neque periculum, quod cuilibet blasphemum aliquod verbum in Spiritum sanctum emittere

nimus in margine Regii tertii manu admodum recenti παλαιᾷ, *in veteri.* Sed quicunque ille fuit, qui ita scripsit, opinione sua falsus est. Basilius enim respicit ad Acta Apostolorum 21, 11., ubi sic legitur: *Haec dicit Spiritus sanctus, virum cuius est zona haec* etc. Librarius alius melius de hoc loco iudicaverat, qui notarat in margine Regii secundi ἐν ταῖς πράξεσιν, *in Actis.*

g. Editi ἀλλότριον ὄν. Vox ὄν in sex mss. deest. Hunc locum vertimus ita, ut optimus interpres Ducaeus. Haud longe Reg. quartus χορηγεῖται, ζωογονεῖ μὲν γὰρ ὁ θεὸς .... θεοῦ τοῦ ζωογονοῦντος.

h. Pars maior librorum veterum δίδωσι Χριστός. Statim Reg. quartus φωνῆς μου ἀκούει.

i. Libri aliquot veteres τοῖς τολμήσασι.

T. I. p. 276. τὸ ἅγιον ἀποῤῥῖψαι ἀμέτοχον αὐτὸ θεότητος ἀποφαίνεται, γράφων οὕτω περὶ τοῦ πνεύματος·

Fabr. p. 297 extr. ΕΥΝ. Τρίτον [a]τάξει καὶ φύσει, προστάγματι μὲν τοῦ πατρός, ἐνεργείᾳ δὲ τοῦ υἱοῦ γενόμενον, τρίτῃ χώρᾳ τιμώμενον ὡς πρῶτον καὶ μεῖζον ἁπάντων καὶ μόνον τοιοῦτον τοῦ μονογενοῦς ποίημα, θεότητος καὶ δημιουργικῆς δυνάμεως ἀπολειπόμενον.

ΒΑΣ. Ὁ δὲ τοῦτο λέγων ἔοικε μηδὲ τὴν θεότητα πεπιστευκέναι ἐν ἡμῖν [b]οἰκεῖν, τοῦ Ἰωάννου λέγοντος περὶ θεοῦ· ἐκ τούτου γινώσκομεν ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἡμῖν ἔδωκε[1]), καὶ τοῦ ἀποστόλου· οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν[2]); καὶ πάλιν· ἐν ᾧ ἡ πᾶσα οἰκοδομὴ συναρμολογουμένη αὔξει εἰς ναὸν ἅγιον ἐν κυρίῳ, ἐν ᾧ καὶ ὑμεῖς συνοικοδομεῖσθε εἰς κατοικητήριον τοῦ θεοῦ ἐν πνεύματι[3]). εἰ τοίνυν ἐν ἡμῖν ὁ θεὸς ἐνοικεῖν λέγεται διὰ τοῦ πνεύματος, πῶς οὐχὶ φανερᾶς ἀσεβείας ἐστὶν αὐτὸ τὸ πνεῦμα λέγειν ἀμέτοχον τῆς θεότητος; καὶ εἰ θεοὺς ὀνομάζομεν τοὺς κατ' ἀρετὴν τελείους, ἡ δὲ τελείωσις διὰ τοῦ πνεύματος, πῶς τὸ ἑτέρους θεοποιοῦν αὐτὸ τῆς θεότητος ἀπολείπεται; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ εὐσεβές, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος μεθεκτὴν λέγειν αὐτοῦ τὴν θεότητα [a]τετιμῆσθαι, καὶ οὐχὶ φύσει αὐτῷ συνυπάρχειν. ὁ γὰρ χάριτι θεοποιούμενος τῆς μεταπτωτῆς ἐστι φύσεως ἐξ ἀπροσεξίας ποτὲ καὶ ἀποῤῥεούσης τοῦ κρείττονος. τοῦτο δὲ σαφῶς μάχεται τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος. πορευθέντες, φησί, βαπτίζετε εἰς τὸ [d]ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος[4]). ἔστι γὰρ τὸ βάπτισμα σφραγὶς τῆς πίστεως, ἡ δὲ πίστις θεότητος συγκατάθεσις. πιστεῦσαι γὰρ δεῖ πρότερον, εἶτα τῷ βαπτίσματι ἐπισφραγίσασθαι. τὸ δὲ βάπτισμα ἡμῶν ἐστι T. I. p. 277. [a]κατὰ τὴν τοῦ κυρίου παράδοσιν εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, οὐδενὸς κτίσματος οὐδὲ δούλου πατρὶ καὶ υἱῷ συντεταγμένου, ὡς τῆς θεότητος ἐν τριάδι συμπληρουμένης. τὸ δὲ ἔξω τούτων ὁμόδουλον ἅπαν ἐστί, κἂν τὰ μάλιστα ὑπερβολαῖς ἀξιωμάτων ἄλλα ἄλλων προτετιμημένα τυγχάνῃ.

Καὶ μή μοι πάλιν τὰ σοφὰ ταῦτα·

ΕΥΝ. Ἐὰν μὴ κτίσμα ἐστίν, οὐκοῦν γέννημα.[f] ἢ ἀγέννητον. εἷς δὲ ἄναρχος θεὸς καὶ ἀγέννητος. οὔτε μὴν γέννημα. λείπεται οὖν κτίσμα καὶ ποίημα αὐτὸ ὀνομάζεσθαι.

1) 1. Ioan. 4, 13. 2) 1. Cor. 3, 16. 3) Eph. 2, 21. 22. 4) Matth. 28, 19.

a. Codices nonnulli *καὶ τάξει καί*. Editi *προστάγματι μέν*. Vocula *μέν* in maiori parte mss. deest.

b. Vox *οἰκεῖν* non legitur neque in editione Ven. neque in antiquis sex libris; sed eam in editione Parisiensi addendam esse ex Regio suo codice existimavit vir eruditissimus Ducaeus.

audenti impendet, timeat, expertem eum deitatis pronuntiat, sic de Spiritu scribens: T. I. p. 276.

Eun. Tertius ordine et natura, Patris quidem praecepto, operatione vero Filii factus, tertio loco honoratus, tanquam qui sit primum omniumque maximum et solum huiusmodi opificium Unigeniti, deitate ac creandi potentia carens. Fabr. p. 297 exir.

Bas. Hoc qui dicit, nec deitatem habitare in nobis videtur credere, etsi de Deo Ioannes dicit: *Ex hoc scimus quod in nobis est, ex Spiritu, quem nobis dedit*, et Apostolus: *Nescitis quod templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis?* et rursus: *In quo omnis aedificatio augmentata crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos coaedificamini in habitaculum Dei in Spiritu.* Itaque si Deus in nobis per Spiritum habitare dicitur, nonne manifesta impietas est, ipsum Spiritum dicere deitatis exsortem? Et si eos, qui virtute perfecti sant, deos nominamus, perfectio autem est per Spiritum; quomodo qui alios efficit Deos, ille ipse destitutus deitate est? Nec vero pium fuerit dicere, ut in hominibus, ita et in Spiritu deitatem, quae participatione acquisita sit, honorari, non autem natura ei competere. Qui enim dono efficitur Deus, mutabilis est naturae, quae nonnunquam per negligentiam a bonitate excidat. Id autem aperte salutaris baptismi repugnat traditioni. *Euntes*, inquit, *baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Est enim baptisma sigillum fidei, fides vero assensus est deitati. Nam credere prius oportet, deinde baptismate obsignari. Et autem noster baptismus ex Domini traditione in nomen Patris et Filii et Spiritus sancti, nulla creatura neque servo Patri ac Filio coniuncto, cum deitas in Trinitate compleatur. Nam quidquid extra hos est, id omne conservum est, etiamsi maxime ob dignitatum praestantiam alia aliis anteponantur. T. I. p. 277.

6. Nec mihi rursus sapientia illa verba obiicias:

Eun. Si creatura non est, igitur genitura aut ingenitus. Unus autem Deus est principio carens atque ingenitus. Neque vero genitura est. Restat ergo ut ipse creatura facturaque nominetur.

c. Libri aliquot veteres *καὶ τετιμῆσθαι.*

d. Codices nonnulli *πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.*

e. Codex Colb. *κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ.*

f. Editio Paris. *ἀγέννητον. ἀλλ' οὐκ ἀγέννητος. εἷς γάρ.* Editio Ven. et quinque mss. ita ut edidimus. Totum illud *ἐὰν μὴ κτίσμα ἐστίν· οὐκοῦν γέννημα* etc. usque ad verba Basilii nec in nostro codice Colbertino nec apud Fabricium legitur.

T.I. p.277. ΒΑΣ. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν πάντα διωριζόμην καταληπτὰ ἡμῶν εἶναι τῇ γνώσει, ἠσχύνθην ἂν ἴσως ὁμολογῆσαι τὴν ἄγνοιαν· [a]νῦν δὲ μυρία οὐ τῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀποκειμένων ἡμῖν μόνον οὔτε τῶν νῦν ὄντων ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀποκέκρυπται, ἀλλ' οὔτε τῶν ὑπαρχόντων ἡμῖν ἐν τῷ σώματι τρανὴ καὶ ἀναντιῤῥήτος ἐστὶν ἡ κατάληψις. οἷον ἀμέλει περὶ τῆς ὄψεως, πότερον εἰσδεχόμενοι τὰς εἰκόνας τῶν ὁρατῶν οὕτω τὰς ἀντιλήψεις ποιούμεθα, καὶ πῶς ὁρῶν τε παμμεγεθῶν, γῆς τε ἀπλέτου καὶ ἀπείρου θαλάσσης, ἔτι [b]δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ ἡ εἰκὼν τῷ βραχεῖ μέτρῳ τῆς κόρης ἡμῶν περιέχεται, ἢ ἐκπέμποντές τι παρ' ἑαυτῶν, καὶ προσπελάζοντος τούτου τοῖς ὁρατοῖς, οὕτως αὐτῶν τὴν αἴσθησιν ἔχομεν, καὶ τί ἐστι τοῦτο καὶ πόσον, ὥστε γῇ καὶ θαλάσσῃ ἐξαρκεῖν ἐφαπλούμενον, καὶ περᾶν μὲν τὸν μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ τόπον, αὐτῷ τε προσβάλλειν τῷ οὐρανῷ τοσούτῳ τάχει κινούμενον, ὥστε ἐν ἴσῳ χρόνῳ τό τε περικείμενον σῶμα καὶ τοὺς ἐν οὐρανῷ ἀστέρας καταμανθάνεσθαι. καὶ τί δεῖ [c]τἄλλα λέγειν; ἀλλ' αὐτὰ τὰ τοῦ νοῦ κινήματα πότερον κτίζειν ἢ γεννᾶν πέφυκεν ἡ ψυχή, τίς ἂν ἀκριβῶς εἴποι; τί οὖν θαυμαστὸν καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀνεπαισχύντως ἡμᾶς τὴν ἄγνοιαν ὁμολογεῖν, τὴν μέντοι ἀναντιῤῥήτως αὐτῷ προσμαρτυρουμένην δοξολογίαν ἀποδιδόναι; ὅτι μὲν γὰρ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστίν, ἱκανῶς ἡμῖν παρίστησι τὰ διὰ τῶν γραφῶν [d]παραδιδόμενα, ἐπειδή γε ἀδύνατον τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως τό τε ἁγιάζον καὶ τὰ ἁγιαζόμενα, τὸ διδάσκον καὶ τὰ διδασκόμενα, τὸ ἀποκαλύπτον καὶ τὰ τῆς ἀποκαλύψεως προσδεόμενα. ἀγέννητον δὲ οὐδεὶς οὕτως ἔξω παντελῶς ἐστι τοῦ φρονεῖν ὥστε τολμῆσαι ἕτερον πλὴν τοῦ θεοῦ τῶν ὅλων προσαγορεῦσαι, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ υἱόν, τῷ ἕνα εἶναι τὸν μονογενῆ. τί οὖν αὐτὸ χρὴ [c]καλεῖν; πνεῦμα ἅγιον καὶ πνεῦμα θεοῦ καὶ πνεῦμα ἀληθείας, ἀποστελλόμενον παρὰ θεοῦ, διὰ υἱοῦ χορηγούμενον, οὐ δοῦλον, ἀλλ' ἅγιον, ἀγαθόν, ἡγεμονικόν, πνεῦμα ζωοποιοῦν, πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐπιστάμενον πάντα τὰ τοῦ θεοῦ. οὕτω [e]δὴ καὶ ἐν τῇ τριάδι ὁ τῆς μονάδος διασω-[b]θήσεται λόγος, ἕνα μὲν πατέρα ὁμολογούντων καὶ ἕνα υἱὸν καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον.

Κομίζουσι δὲ ἀποδείξεις πρὸς τὸ κτίσμα εἰρῆσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, μίαν μὲν ἐκ τοῦ προφήτου λέγοντος· ὁ στερεῶν βροντὴν
T.I. p.278. καὶ κτίζων πνεῦμα[1]), ἑτέραν δὲ τὴν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο[2]). ἡμεῖς δὲ τὸν προφητικὸν λόγον οὐκ εἰς τὸ

1) Amos. 4, 13. 2) Ioan. 1, 3.

a. Ita mss. antiquiores et editi. Alii tres mss. Regii τὴν ἄγνοιαν· ἐπειδὴ δὲ οἶδα μυρία ..... ἀποκεκρύφθαι, et ita legerat interpres.

b. Editi ἔτι δή. At mss. quatuor ἔτι δέ.

c. Codex Colb. καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν;

Bas. Ego vero si cuncta iudicarem cognitione nostra comprehendi posse, me fortasse puderet ignorantiam confiteri. Nunc autem innumera non solum ex iis, quae nobis in futuro saeculo recondentur, et ex iis, quae nunc in caelis sunt, latent nos, sed neque ea, quae in nostro corpore insunt, clare ac evidenter comprehendimus. Exempli causa de visu, utrum rerum visibilium susceptis imaginibus ita demum obiecta percipiamus, et quomodo maximorum montium immensaeque terrae et infiniti maris ac caeli ipsius imago in exigua nostrae pupillae mensura contineatur, ac cum a nobis quidpiam emittimus, idque ad visibilia accedit, sic cadant sub sensum, et quid id sit et quantum, adeo ut expansum sufficiat terrae marique, ac locum inter terram et caelum intercedentem penetret, imo ad ipsum caelum perveniat, tantaque moveatur celeritate, ut aequali tempore et corpus circumpositum et stellae, quae in caelo sunt, cognoscantur. Et quid attinet reliqua dicere? Imo ipsos mentis motus creare an generare soleat anima, quis certo dicat? Quid igitur miri fuerit, si quoque de Spiritu sancto citra ruborem ignorantiam confiteamur, et tamen glorificationem, quae ei testimonio invicto tribuitur, persolvamus? Etenim quae per Scripturas traduntur, ea ipsum supra creaturam esse satis nobis demonstrant, quandoquidem fieri non potest ut id, quod sanctificat, et ea, quae sanctificantur, id, quod docet, et ea, quae docentur, id, quod revelat, et ea, quae revelatione indigent, eiusdem sint naturae. Nemo autem sic prorsus demens est, ut alium praeter Deum universorum audeat ingenitum appellare, at neque Filium, quod unus sit Unigenitus. Quomodo igitur eum vocari oportet? Spiritum sanctum, Spiritum Dei, Spiritum veritatis, qui mittitur a Deo, suppeditatur per Filium, non servum, sed sanctum, bonum, principalem, Spiritum vivificantem, Spiritum adoptionis, omnium, quae Dei sunt, gnarum. Sic profecto in Trinitate conservabitur unitatis ratio, si unum Patrem, unum Filium, unum Spiritum sanctum confiteamur. T.I. p. 277.

7. Iam vero afferunt argumenta, quibus demonstrent Spiritum sanctum dictum fuisse creaturam, unum quidem ex Propheta dicente: *Qui firmat tonitruum et creat spiritum*; alterum vero ex Evangelio: *Omnia per ipsum facta sunt.* At propheticum dictum non ad sanctum T.I. p. 278.

Alii quidem mss. τὰ ἄλλα. Mox editi θαυμαστὸν ἢ καί. Unus ms. θαυμαστὸν εἰ καί. Alii mss. θαυμαστὸν καί.

d. Reg. quartus γραφῶν παραδεδομένα.

e. Pars maior librorum antiquorum χρὴ λέγειν.

f. Editi οὕτω δ' ἂν καὶ ἐν. Reg. tertius et Colb. ut in contextu.

T. I. p. 278. πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' εἰς τὴν κοινὴν ταύτην πνοήν, τὸ τοῦ ἀέρος πνεῦμα, πεπείσμεθα φέρειν. δῆλον δὲ ἐκεῖθεν. οὐ γὰρ εἶπεν· ὁ πλάσας πνεῦμα, ἀλλ' ὁ κτίζων πνεῦμα. ὡς γὰρ ἡ βροντὴ οὐκ ἐν ὑποστάσει τινί ἐστι σωματικῇ ἅπαξ κτισθεῖσα, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ τοῦ θεοῦ βούλημα ἐπὶ φόβῳ τῶν ἀνθρώπων ἐνεργουμένη γίνεσθαι καὶ διαλύεσθαι πέφυκεν, οὕτω καὶ τὸ [a]πνεῦμα νῦν μὲν γίνεται ἰδίαν ποταμοῦ ῥέοντος τοῦ ἀέρος, πάλιν δὲ παύεται ἀτρεμοῦντος τοῦ πρότερον κινουμένου, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ τὰ πάντα ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ συστάσει τῶν ὅλων οἰκονομοῦντος· ὥστε διὰ πάσης τῆς κτίσεως ἔκ τε βροντῶν καὶ ἀνέμων καὶ τῆς λοιπῆς δημιουργίας τὸν δημιουργὸν ἀναγγέλλεσθαι. διόπερ μετὰ τὸ εἰπεῖν· ὁ στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα, φησίν· καὶ ἀπαγγέλλων τοῖς ἀνθρώποις τὸν Χριστὸν αὐτοῦ [1]). ὡς γὰρ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν θεοῦ [2]) τοῖς δυναμένοις ἐξ αὐτῶν τὴν τοῦ δημιουργοῦ τέχνην ἀναλογίζεσθαι, οὕτω καὶ βροντῆς ἦχοι καὶ πνευμάτων κινήσεις τὸν δημιουργὸν αὐτῶν ἀνακηρύττουσι. τόκα δ' ἂν τοῦτο καὶ προφητεία εἴη, πρὸς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου φέρουσα· ὅτε ἡ μὲν φωνὴ ἡ [b]γενομένη ἐξ οὐρανοῦ βροντὴ ἐδόκει τοῖς ἀκούσασιν εἶναι [3]), ἤντινα ἀφῆκεν ὁ θεὸς καὶ πατήρ, ὥστε δι' αὐτῆς ἀναγγεῖλαι τὸν Χριστὸν τοῖς ἀνθρώποις. τὰ δὲ πνεύματα τὰ κινούμενα καὶ τὴν θάλασσαν συνταράσσοντα, εἶτα κοπάσαντα τῷ προστάγματι τοῦ κυρίου [4]), σαφῶς καὶ αὐτὰ ἀνήγγειλε τοῖς ἀνθρώποις τὸν Χριστὸν αὐτοῦ. τὸ δὲ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο [5]) οὐδαμῶς ἡμῖν κτιστὸν εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρίστησιν, ὡς συναριθμουμένου τοῖς πᾶσι τοῦ πνεύματος. εἰ γὰρ ἓν πνεῦμα ἅγιον καὶ μόνον, πῶς ὃ τῆς μοναδικῆς ἐστι φύσεως τοῖς πᾶσι συμπαραλαμβάνεσθαι δύναται; καὶ μηδεὶς οἰέσθω ἀθέτησιν εἶναι τῆς ὑποστάσεως τὴν ἄρνησιν τοῦ κτίσμα εἶναι τὸ πνεῦμα. εὐσεβοῦς γάρ ἐστι διανοίας τὰ ἐποσιωπηθέντα ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς εὐλαβεῖσθαι ἐπιφημίζειν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, πεπεῖσθαι δὲ τὴν ἐμπειρίαν αὐτοῦ καὶ ἀκριβῆ κατάληψιν εἰς τὸν ὕστερον ἡμῖν ἀποκεῖσθαι αἰῶνα, ὅταν διαβάντες τὸ δι' ἐσόπτρου καὶ αἰνίγματος ὁρᾶν τὴν ἀλήθειαν τῆς πρὸς πρόσωπον θεωρίας [c]ἀξιωθῶμεν [6]).

1) Amos. 4, 13. 2) Ps. 19 [18. LXX.], 2. 3) Ioan. 12, 29. 4) Matth. 8, 24—27. 5) Ioan. 1, 3. 6) 1. Cor. 13, 12.

a. Vocem πνεῦμα pro vento hic accipi debere vident opinor omnes; nec aliter accipienda est eadem vox aliquanto post. b. Editi ἡ γωομένη ... ἀκούουσων. c. Editi ἀξιωθῶμεν.

Spiritum, sed ad communem hunc flatum, aeris videlicet spiritum, credimus pertinere. Quod inde patet. Non enim dixit: Qui creavit spiritum, sed *qui creat spiritum*. Quemadmodum enim tonitruum ubi semel est creatum, in substantia quadam corporali non est, sed semper voluntate Dei ad terrendos homines productum fieri ac dissolvi solet; ita et spiritus nunc quidem fit, fluente instar fluminis aere, rursus vero cessat tum, cum quod prius movebatur quiescit, secundum voluntatem eius, qui ad universorum incolumitatem conservationemque gubernat omnia, ut per omnem creaturam et tonitruis et ventis et reliquis operibus conditor annuntietur. Quapropter postquam dixit: *Qui firmat tonitruum et creat spiritum*, ait: *Et qui annuntiat hominibus Christum suum*. Sicut enim caeli enarrant gloriam Dei iis, qui ex ipsis possunt conditoris artem aestimare, sic etiam tonitrui fragor ac spirituum motus conditorem suum praedicant. Fortasse autem hoc ipsum prophetia est, quae ad Domini incarnationem spectat; siquidem vox, quae de caelo facta est, tonitruum esse videbatur audientibus, quam Deus et Pater emisit, ut per eam Christum hominibus annuntiaret. Spiritus autem qui excitati sunt et mare conturbarunt, sed postmodum quieverunt iussu Domini, vel ipsi eius Christum hominibus palam annuntiabant. At vero illud: *Omnia per ipsum facta sunt*, nequaquam creatum esse Spiritum sanctum nobis ostendit, quasi Spiritus una cum omnibus numeretur. Etenim si unus est Spiritus sanctus et solus, quomodo qui singularis cuiusdam naturae est, una cum omnibus comprehendi potest? Et nemo putet hypostasim aboleri, si Spiritum creaturam esse negemus. Nam piae mentis est, quae a Scripturis sanctis reticentur, ea vereri de Spiritu sancto dicere, credere vero, notitiam eius atque accuratam comprehensionem in futurum saeculum nobis reservari, cum tempore hoc, in quo veritas per speculum et aenigma videtur, transacto, eam contemplationem, quae ad faciem est, fuerimus consequuti. T. I. p. 278.

Antiqui quatuor libri ita ut in contextu legi potest. Antiqui duo libri pro *οὐρανοῦ* habent *οὐρανῶν*.

c. Editi *ἀξιωθῶμεν, ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ δόξα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. In Christo Iesu Domino nostro, cum quo gloria est Patri et Spiritui sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum, Amen.* Sed haec verba *ἐν τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ* et quae sequuntur omnia non leguntur neque in editione Ven. neque in codicibus antiquioribus, nec dubium habeo quin sint additamenta librariorum, ob idque delenda esse existimavi.

T. III. p. 1.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

[a]πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις [2]Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον [3]Ἰκονίου.

Προοίμιον ἐν ᾧ [b]ὅτι ἀναγκαῖαι αἱ περὶ τῶν μικροτάτων μερῶν τῆς θεολογίας ἔρευναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἐπῄνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου, καὶ ἥσθην γε ὑπερφυῶς τῷ ἐπιστατικῷ καὶ νηφαλίῳ τῆς διανοίας, δι' ἧς οὐθεμίαν ἀδιερεύνητον οἴει χρῆναι καταλιμπάνειν φωνὴν τῶν
T. III. p. 2. *ὅσαι περὶ θεοῦ κατὰ πᾶσαν χρείαν τοῦ λόγου προφέρονται, ὦ φίλη κεφαλὴ καὶ τιμιωτάτη μοι πασῶν, ἀδελφὲ [2]Ἀμφιλόχιε. καλῶς γὰρ ἀκούσας τῆς παραινέσεως τοῦ κυρίου, ὅτι πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει[1]), τῇ περὶ τὸ αἰτεῖν ἐμμελείᾳ καὶ τὸν ὀκνηρότατόν μοι δοκεῖς ἂν διαναστῆσαι πρὸς τὴν μετάδοσιν. ἐκεῖνο δέ σου καὶ πλέον ἄγαμαι, ὅτι οὐ πείρας ἕνεκεν κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν τὰς ἐρωτήσεις προτείνῃ, ἀλλὰ τοῦ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐξευρεῖν. τῶν μὲν γὰρ ὠτακουστούντων νῦν καὶ διερωτώντων ἡμᾶς εὐθηνία πολλή, φιλομαθεῖ δὲ ψυχῇ καὶ πρὸς ἀγνοίας ἴασιν τὴν ἀλήθειαν ἐκζητούσῃ χαλεπώτατον ἐντυχεῖν. ὡς γὰρ πα-*

1) Luc. 11, 10.

a. *πρὸς [2]Ἀμφιλόχιον.* Duo Regii codices et Colbertinus sic habent: *τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς [2]Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον [3]Ἰκονίου τῆς Λυκαόνων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα.* *Sancti Basilii ad Amphilochium episcopum Iconii Lycaonum de Spiritu sancto in capitibus triginta.* Titulus in Reg. tertio et Colb. non solum hoc loco occurrit, sed etiam antea summariis totius operis in ordinem digestis praemittitur, his vocibus additis: *προσφωνητικῶς προσερωτήσαν-*

SANCTI PATRIS NOSTRI T. III. p. 1.

BASILII

CAESAREAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI

LIBER DE SPIRITU SANCTO

ad S. Amphilochium Iconii episcopum.
Ex interpretatione Erasmi plurimis locis emendata.

Prooemium, in quo ostenditur necessarias esse de minutissimis theologiae partibus perscrutationes.

CAPUT I.

1. Collaudavi in moribus tuis discendi et laborandi studium, ac supra modum delectatus sum attentione atque vigilantia elucente in tua illa sententia, qua vocem nullam ex iis, quae in omni sermonis usu de Deo proferuntur, citra examen relinquendam putas, o caput T. III. p. 2. carum mihique maxime omnium pretiosum, frater Amphilochi. Postquam enim recte audivisti hanc Domini admonitionem: *Quisquis petit, accipit, et qui quaerit, invenit*, petendi diligentia vel desidiosissimum mihi videris ad impartiendum excitare posse. Quin et illud in te maiorem in modum admiror, quod non tentandi gratia ut nunc plerique quaestiones proponis, sed ut quid sit verum investiges. Nam qui curiosis auribus nostra verba captent, quique quaestiones nobis obiiciant, horum hoc tempore magna est copia. At in animum discendi avidum, quique ad ignorationis medelam verum inquirat, difficillimum

τος: ubi recte Combefisius monet legendum esse προσφωνητικός. Designant enim hae voces praemissam a Basilio perhonorificam salutationem Amphilochii, a quo consultus fuerat. Regius quintus addit κατ' Εὐνομίου. Sed non tam Eunomium quam Pneumatomachos oppugnat Basilius; quamvis istius quoque impietatem eadem opera subvertat.

b. ὅτι ἀναγκαῖαι. Sic veteres libri, melius quam in editis ὅτι καί. Paulo post nonnulli codices καὶ νηφαλέῳ. Ibidem utraque editio δι' ὧν, sed codices omnes mss., id est quinque Regii et Colbertinus, ut in contextu.

T. III. p. 2. γις θηρατῶν καὶ πολεμούντων ἐνέδρα κεκρυμμένον [a]τὸν δόλον καὶ ἐγκατάσκευον ἔχει τὰ τῶν πολλῶν ἐρωτήματα, οἳ προβάλλουσι λόγους, οὐχ ἵνα τι χρήσιμον λάβωσιν ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ὅπως ἐὰν μὴ συμβαίνουσας τῇ ἑαυτῶν ἐπιθυμίᾳ τὰς ἀποκρίσεις εὕρωσι, ταύτην ἀφορμὴν δικαίαν ἔχειν δόξωσι τοῦ πολέμου.

Εἰ δὲ τῷ ἀναίτιῳ [b]ἐπερωτήσαντι σοφία λογισθήσεται[1]), τὸν συνετὸν ἀκροατὴν τὸν ὑπὸ τοῦ προφήτου τῷ θαυμαστῷ συμβούλῳ παραζευχθέντα[2]) πόσου ἄξιον λογισόμεθα; ἢ που δίκαιον πάσης μὲν ἀποδοχῆς ἀξιοῦν, προάγειν δὲ εἰς τὸ πρόσω, συνεφαπτομένους αὐτῷ τῆς σπουδῆς καὶ πάντα συνεκπονοῦντας ἐπειγομένῳ πρὸς τὴν τελείωσιν. τὸ γὰρ μὴ παρέργως ἀκούειν τῶν θεολογικῶν φωνῶν, ἀλλὰ πειρᾶσθαι τὸν ἐν ἑκάστῃ λέξει καὶ [c]ἐν ἑκάσῃ συλλαβῇ κεκρυμμένον νοῦν ἐξιχνεύειν οὐκ ἀργῶν εἰς εὐσέβειαν, ἀλλὰ γνωριζόντων τὸν σκοπὸν τῆς κλήσεως ἡμῶν, ὅτι πρόκειται ἡμῖν ὁμοιωθῆναι θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπου φύσει. ὁμοίωσις δὲ οὐκ ἄνευ γνώσεως, ἡ δὲ γνῶσις [d]οὐκ ἐκτὸς διδαγμάτων, λόγος δὲ διδασκαλίας ἀρχή, λόγου δὲ μέρη συλλαβαὶ καὶ λέξεις. ὥστε οὐκ ἔξω σκοποῦ γέγονε τῶν συλλαβῶν ἡ ἐξέτασις. οὐ μὴν ὅτι μικρά, ὡς ἄν τῳ δόξαι, τὰ ἐρωτήματα, διὰ τοῦτο καὶ παροφθῆναι ἄξια, ἀλλ' ἐπειδὴ δυσθήρατος ἡ ἀλήθεια, πανταχόθεν ἡμῖν ἐξιχνευτέα. εἰ γὰρ ὥσπερ αἱ τέχναι οὕτω καὶ ἡ τῆς [e]εὐσεβείας ἀνάληψις ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις αὔξεται, οὐδενὸς ὑπεροπτέον τοῖς εἰς τὴν γνῶσιν εἰσαγομένοις· ὡς εἴ τις τῶν πρώτων στοιχείων ὡς σμικρῶν ὑπερίδοι, οὐδέποτε τῶν τελείων τῆς σοφίας ἐφάψεται. τὸ ναὶ καὶ τὸ οὒ συλλαβαὶ δύο, ἀλλ' ὅμως τὸ κράτιστον τῶν ἀγαθῶν, ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς πονηρίας, τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλάκις ἐμπεριέχεται. καὶ τί ταῦτα λέγω; ἤδη τις καὶ μόνον κατανεύσας τῇ κεφαλῇ ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίοις πάσης πληρωτὴς εὐσεβείας [f]ἐκρίθη. εἰ δὲ ταῦτα οὕτως
T. III. p. 3. ἔχει, τί τῶν θεολογικῶν ῥημάτων οὕτω μικρόν, ὡς ἢ καλῶς ἢ ἐναντίως ἔχον μὴ μεγάλην παρέχειν τὴν ῥοπὴν ἐφ' ἑκάτερα; εἰ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ παρελεύσεται[3]), πῶς ἂν ἡμῖν ἀσφαλὲς ὑπερβαίνειν καὶ τὰ σμικρότατα; ἅ γε μὴν αὐτὸς διευκρινηθῆναι παρ' ἡμῶν ἐπεζήτησας, καὶ βραχέα ἐστὶ τὰ αὐτὰ καὶ μεγάλα, τῷ μὲν συντόμῳ τῆς προφορᾶς βραχέα καὶ διὰ τοῦτο

1) Prov. 17, 28. 2) Es. 3, 3. 3) Matth. 5, 18.

a. τὸν δόλον. Editio Basiliensis τὸν λόγον.

b. ἐπερωτήσαντι. Addunt editi σοφίαν, interroganti sapientiam sapientia reputabitur, sed ea vox addita videtur a recentioribus librariis [e LXX], et cum eam deleverim initio epistolae primae canonicae, quia deest in antiquissimis codicibus, delenda etiam hoc loco fuit.

c. ἐν ἑκάστῃ. Addita praepositio ex quatuor codicibus mss. Mox duo codices Regii primus et tertius σκοπὸν τῆς γνώ-

est incidere. Etenim ut venatorum laqueus et hostium insidiae, ita T. III. p. 2. fraudem occultam et arte instructam habent multorum interrogationes, qui proferunt in medium quaestiones, non ut ex his aliquid capiant utilitatis, sed ut, si minus accommodatas suae capiditati responsiones inveniant, hanc belli causam habere iustam videantur.

2. Quod si *Stulto interroganti sapientia imputabitur*, auscultatorem prudentem, quem Propheta cum admirabili consiliario copulavit, quanti aestimabimus? Aequum est profecto, ut eum approbatione omni complectamur ac longius provehamus, manum illius studio simul admoventes et in omnibus cum eo ad perfectionem contendente laborantes. Nam haud perfunctorie voces theologicas audire, sed conari, quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat perscrutari, non est eorum, qui segnes sunt ad pietatem, sed qui vocationis nostrae scopum intelligunt; quandoquidem nobis propositum est, ut similes efficiamur Deo, quatenus humanae naturae fas est. Porro similitudo non est absque cognitione, cognitio vero sine documentis non paratur. Doctrinae autem initium est oratio, orationis partes syllabae ac dictiones. Proinde syllabas excutere non est aberrare a scopo. Nec vero quoniam minutae, ut alicui forte videbuntur, quaestiones, idcirco et negligendae sunt; imo quoniam difficilis est inventu veritas, undique nobis est vestiganda. Etenim si ut artes ita et pietatis acquisitio paulatim minutis accessionibus augescit, nihil est contemnendum iis, qui ad cognitionem instituuntur; quemadmodum si quis prima elementa ut minuta contemnat, nunquam perfectorum sapientiam assequetur. Nae et Non syllabae duae sunt, attamen bonorum optimum, veritas, et extremus pravitatis terminus, mendacium, frequenter his minutis verbis comprehenduntur. Sed quid haec commemoro, cum iam si quis vel capite annuat, tum cum martyrio pro Christo perfungendum est, totam pietatem explevisse iudicetur? Quod si haec ad hunc habent modum, quid esse possit in his verbis, quae de Deo dicuntur, adeo pusillum, ut vel recte vel secus T. III. p. 3. dictum non magnum habeat momentum in utramque partem? Nam si ex lege nec unum iota nec apex unus praeteribit, quomodo nobis tutum fuerit vel minutissima transilire? At quae tute a nobis enucleari postulasti, eadem exigua sunt et magna, prolationis quidem compendio exigua atque ob id fortasse contemptui obnoxia, sed rerum

σεως, scopum nostrae scientiae. Haec scriptura manifestum est erratum ac sententiae seriem penitus denormat; sed tamen Combefisio probatur.

d. *οὐκ ἐκτός.* Sic duo Regii et Colb. et Regius quintus in margine. Editi *γνῶσις ἐκ διδαγμῶν.* Duo codices mss. *γνῶσις ἐκ διδαγμάτων, cognitio e doctrina paratur.*

e. *εὐσεβείας.* Reg. quartus *ἀληθείας.* Paulo post editi *ποτέ*, tres Regii codices *οὐδέποτε.*

f. *ἐκρίθη.* Reg. primus *ἐδείχθη*, et ad marginem *ἐκρίθη.*

T. III. p. 3. ἴσως εὐκαταφρόνητα, τῇ δὲ δυνάμει τῶν σημαινομένων μεγάλα, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ σινάπεως, ὃ μικρότατον ὂν τῶν φρυγανικῶν σπερμάτων τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιωθὲν εἰς ὕψος αὔταρκες διανίσταται, τῆς συνεσπαρμένης ἐν αὐτῷ δυνάμεως ἁπλωθείσης. εἰ δέ τις γελᾷ, βλέπων τὴν περὶ τὰς συλλαβὰς ἡμῶν (ψαλμικῶς εἰπεῖν) ἀδολεσχίαν[1]), [a]αὐτὸς μὲν ἵστω ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γέλωτος δρεπόμενος, ἡμεῖς δὲ μὴ τοῖς ὀνείδεσι τῶν ἀνθρώπων ἐνδόντες μήτε τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν ἡττηθέντες τὴν ἔρευναν καταλίπωμεν. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τούτοις ὡς μικροῖς ἐπαισχύνεσθαι, ὥστε εἰ καὶ πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας αὐτῶν ἐφικοίμην, ἐμαυτῷ κἂν ἂν συνησθείην ὡς μεγάλων ἀξιωθέντι, τῷ τε [b]συνδιερευνῶντι ἡμῖν ἀδελφῷ οὐ μικρὸν ἂν φαίην ἐντεῦθεν ἀπηντηκέναι τὸ κέρδος. μέγιστον οὖν ὁρῶν ἐν μικροῖς ῥήμασι τὸ ἀγώνισμα ἐλπίδι τῶν μισθῶν τὸν πόνον οὐκ ἀναδύομαι, ἐμαυτῷ τε ἡγούμενος ἔγκαρπον τὸν λόγον ἔσεσθαι, τοῖς τε ἀκούουσι διαρκῆ τὴν ὠφέλειαν ὑπάρξειν. διόπερ ἤδη [c]σὺν αὐτῷ γε φάναι τῷ ἁγίῳ πνεύματι βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐξήγησιν. καὶ εἰ βούλει ὥστε με εἰς ὁδὸν καταστῆναι τοῦ λόγου, μικρὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ προβλήματος [d]ὑποστρέψω.

Προσευχομένῳ μοι πρώην μετὰ τοῦ λαοῦ καὶ ἀμφοτέρως τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦντι τῷ θεῷ καὶ πατρί, νῦν μὲν μετὰ τοῦ υἱοῦ σὺν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, νῦν δὲ διὰ τοῦ υἱοῦ [e]ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ἐπέσκηψάν τινες τῶν παρόντων, ξενιζούσαις ἡμᾶς φωναῖς κεχρῆσθαι λέγοντες καὶ ἅμα πρὸς ἀλλήλας ὑπεναντίως ἐχούσαις. σὺ δὲ μάλιστα μὲν τῆς αὐτῶν ἐκείνων ἕνεκεν ὠφελείας, εἰ δὲ ἀνιάτως ἔχουσι παντελῶς, διὰ τὸ τῶν ἐντυγχανόντων αὐτοῖς ἀσφαλές, ἠξίωσάς τινα εὐκρινῆ περὶ τῆς ἐν ταῖς συλλαβαῖς ταύταις δυνάμεως διδασκαλίαν ἐκφωνηθῆναι. λεκτέον δὴ οὖν ἡμῖν διὰ βραχέων, ὡς οἷόν τε ἀρχήν τινα ὁμολογουμένην τῷ λόγῳ [f]διόντας.

1) Ps. 119 [118. LXX.], 85.

a. *αὐτὸς μέν.* Reg. tertius *αὐτὸς μὲν ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γελοίου δρεπέσθω.* Videtur Erasmus ita legisse; sic enim interpretatur: *Ipse quidem infrugiferum risus sui fructum.*

b. *συνδιερευνῶντι.* Hac voce Basilius non adiutorem et socium aliquem operis designat, ut suspicatur Tillemontius, sed lectorem studiosum, idque paulo post declarat apertius.

c. *σὺν αὐτῷ γε φάναι* sic reddit Erasmus: *cum ipso, ut ita dicam, Spiritu;* quasi metueret Basilius ne paulo audacior haec loquendi ratio videretur. Visa est Combefisio *rudis Erasmi expressio,* ac illud *φάναι* in eiusmodi locis vacare pronuntiat. Sed multo minus mihi probatur Combefisii observatio, quam ipsius interpretatio Erasmi. Non enim otiose positum esse, et quo sensu accipiendum sit illud *φάναι,* perspici potest ex libro secundo adversus Eunomium p. 256. [p. 124 extr. hui. ed.], ubi Basilius difficilis Scripturae testimonii explicationem promittens haec interponit: *σὺν θεῷ δ' εἰρήσθω, quod quidem cum Deo dictum sit.* Quibus verbis significantius monet se non suis viribus, sed Dei auxilio confidere. Si quis autem observet inde natam libri

significatarum vi magna, ad similitudinem sinapis, quod cum sit minutissimum inter arida semina, si cura debita adhibeatur, in altitudinem satis magnam exurgit, ubi vis in eo latens sese explicuerit. Quod si quis ridet, nostram videns circa syllabas, ut Psalmi verbis utar, fabulationem, ipse quidem futurum sciat, ut infrugiferum sui risus fructum metat, nos vero haudquaquam cedentes hominum convitiis nec illorum vituperatione victi studium investigandi deseramus. Tantum enim abest, ut me harum rerum tanquam minutarum pudeat, ut si vel minimam dignitatis earum partem attingam, tum mihi gratulaturus sim ut magna quaedam assequuto, tum fratri nobiscum haec perscrutanti non mediocre lucrum hinc dicturus obvenisse. Itaque cum in minimis verbis conspiciam certamen maximum, spe praemii non detrecto laborem, ratus sermonem tum mihi fore utilem tum audientibus satis magnum fructum allaturum. Quapropter cum ipso iam (dicendum enim est) sancto Spiritu ad explanationem accedam. Et si vis ut me in disputationis viam inducam, ad huius quaestionis originem paulisper divertam. T. III. p. 3.

3. Nuper precanti mihi cum populo et utroque modo glorificationem absolventi Deo ac Patri, interdum cum Filio una cum sancto Spiritu, interdum per Filium in sancto Spiritu, quidam ex iis, qui aderant, crimen intenderunt, dicentes nos non modo peregrinis ac novis uti vocibus, verum etiam inter se pugnantibus. Tu porro maxime illorum utilitati consulens, aut si prorsus ipsi insanabiles sint, tamen propter eorum, qui in eiusmodi homines incidunt, securitatem postulasti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum evulgari. Iam igitur nobis breviter dicendum est, quantum orationi ratum quoddam et exploratum principium ponentibus fieri potest.

de Spiritu sancto scribendi occasionem fuisse, quod Pneumatomachi furiis exarsissent, cum Basilius Patri et Filio cum Spiritu sancto gloriam redderet, is facile perspiciet non sine causa Basilium illud *φάναι* addere, sed ut indicet sibi adversariorum minas tanti non esse, ut hanc loquendi rationem *cum sancto Spiritu*, quam in toto hoc libro defendit, usurpare desinat. Basilianae ergo sententiae nervos elidit Combefisius, cum ita reddendum esse pronuntiat: *ipso Spiritu favente beneque propitio*. [Par. II.: At deest illud *φάναι* in Cod. 500.]

d. *ὑποστρέψω*. Sic libri veteres. Editi *ἐπιστρέψω*. Ibidem Reg. quartus *προσευχομένῳ μοι πάλαι*, *me quondam precante*.

e. *ἐν τῷ*. Articulus additus ex mss. codicibus.

f. *διδόντας*. Duo codices Regii *δοῦσιν*, quod quidem a librariis positum videtur nimio grammaticae studio. Vulgatae lectioni favent plurima Basilii loca prorsus similia. Habet unus ex Regiis codicibus *δόντες*, Colbertinus *δόντας*. Porro Erasmus sic interpretatur: *Iam igitur nobis quam fieri potest brevissime dicendum est*. Posset etiam hic afferri sensus: *Orationi ratum quoddam, quantum fieri potest, et exploratum principium ponentibus*. Sed accuratior videtur interpretandi ratio, quam adhibuimus. Cum statuisset Basilius orationem altius repetere, breviter dicturum se monet, quantum brevitas cum eiusmodi proposito conciliari potest.

T. III. p. 4. *Ποίαν ἔσχεν ἀρχὴν ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς τῶν αἱρετικῶν παρατήρησις.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

Ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς καὶ τὰς λέξεις τῶν ἀνδρῶν τούτων μικρολογία οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν, ὡς ἄν τῳ δόξαι, οὐδὲ εἰς μικρὸν τοῦ κακοῦ φέρουσα, ἀλλὰ βαθεῖαν ἔχει καὶ συνεσκιασμένην βουλὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας. φθονεικοῦσι γὰρ [a]ἀνομοίαν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἐπιδεικνύναι τὴν προφοράν, ἵνα ἐκ τούτου ῥᾳδίαν ἔξοντες καὶ τῆς κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς τὴν ἀπόδειξιν. ἔστι γάρ τι αὐτοῖς παλαιὸν σόφισμα, ὑπὸ Ἀετίου τοῦ πρωτάτου τῆς αἱρέσεως ταύτης ἐξευρεθέν, ὃς ἔγραψέ ποτε τῶν ἑαυτοῦ ἐπιστολῶν, λέγων τὰ ἀνόμοια κατὰ τὴν φύσιν ἀνομοίως προφέρεσθαι, καὶ ἀνάπαλιν τὰ ἀνομοίως προφερόμενα ἀνόμοια εἶναι κατὰ τὴν φύσιν, καὶ εἰς μαρτυρίαν τοῦ λόγου τὸν ἀπόστολον ἐπεσπάσατο λέγοντα· εἷς θεὸς καὶ πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ [b]τὰ πάντα[1]). ὡς οὖν ἔχουσιν αἱ φωναὶ πρὸς ἀλλήλας, οὕτως ἔξουσι, φησί, καὶ αἱ δι' αὐτῶν σημαινόμεναι φύσεις· ἀνόμοιον δὲ τῷ ἐξ οὗ τὸ δι' οὗ· ἀνόμοιος [c]ἄρα καὶ τῷ πατρὶ ὁ υἱός. ταύτης τοίνυν τῆς νόσου καὶ ἡ περὶ τὰς προκειμένας λέξεις ἀδολεσχία τῶν ἀνδρῶν τούτων ἤρτηται. ὅθεν τῷ μὲν θεῷ καὶ πατρὶ ὥσπερ τινὰ κλῆρον ἐξαίρετον προσνέμουσι τὸ ἐξ οὗ, τῷ δὲ υἱῷ καὶ θεῷ ἀφώρισαν τὸ δι' οὗ, τῷ δὲ ἁγίῳ πνεύματι τὸ ἐν ᾧ, καί φασι μηδέποτε τὴν χρῆσιν ταύτην τῶν συλλαβῶν ἐπαμείβεσθαι, ἵν' ὅπερ ἔφην τῷ παρηλλαγμένῳ τῆς ἐκφωνήσεως καὶ ἡ τῆς φύσεως παραλλαγὴ [d]συνεκφαίνηται. ἀλλὰ γὰρ οὐ λελήθασιν ἐν τῇ περὶ τὰς λέξεις λεπτολογίᾳ τῷ ἀσεβεῖ λόγῳ τὴν ἰσχὺν διασώζοντες. τὸ μὲν γὰρ ἐξ οὗ τὸν δημιουργὸν σημαίνειν βούλονται, τὸ δὲ δι' οὗ τὸν ὑπουργὸν ἢ τὸ ὄργανον, τὸ δὲ ἐν ᾧ τὸν χρόνον δηλοῦν ἢ τὸν τόπον, ἵνα μηδὲν μὲν ὀργάνου σεμνότερος ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων νοῆται, μηδὲν δὲ τῆς ἀπὸ τόπου ἢ χρόνου συνεισφορᾶς εἰς τὰ ὄντα πλεῖον [e]φαίνηται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρεχόμενον.

1) 1. Cor. 8, 6.

a. *ἀνομοίαν.* Sic vetusti codices. Editi *ἀνόμοιον.*

b. *τὰ πάντα.* Addunt editiones Basileensis secunda et Paris. *πνεῦμα ἅγιον ἐν ᾧ τὰ πάντα. Et unus Spiritus sanctus in quo omnia.* Sed haec neque in prima editione Basileensi neque in Regiis quatuor codicibus neque in Colbertino leguntur.

c. *ἄρα καὶ τῷ.* Reg. tertius *ἄρα κεῖται τῷ.*

Unde sit orta haereticorum de syllabis observatio.

T. III. p. 4.

CAPUT II.

4. Exilis illa istorum hominum de syllabis ac dictionibus observatio non simplex est, quemadmodum alicui videri possit, neque ad mediocre malum tendit, sed profundum habet atque obtectum adversus pietatem consilium. Contendunt enim ostendere dissimilem esse prolationem Patris et Filii et Spiritus sancti, tanquam inde facilem habituri ipsius etiam secundum naturam dissimilitudinis probationem. Habent enim isti vetus quoddam commentum, ab Aetio huius haereseos principe inventum, qui in epistolis suis alicubi scripsit, ea, quae secundum naturam dissimilia sunt, dissimiliter proferri, ac vice versa quae dissimiliter proferuntur, esse dissimilia secundum naturam. Atque ad huius dicti confirmationem traxit Apostolum dicentem: *Unus Deus et Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* „Quemadmodum igitur voces se habent inter sese, ita, „inquit, se habebunt et naturae, quae per ipsas significantur; sed in„ter se discrepant *per quem* et *ex quo*; dissimilis igitur Patri Filius." Ex hoc itaque morbo et istorum circa praepositiones nugacitas dependet. Unde Deo quidem et Patri tanquam eximiam quandam portionem attribuunt illud *ex quo*, Filio vero et Deo assignarunt illud *per quem*, Spiritui autem sancto illud *in quo*, negantque hunc syllabarum usum usquam inverti, ut, quemadmodum dixi, ex discrepantia prolationis simul appareat et naturae discrepantia. Atqui non obscurum est, eos dum de syllabis subtiliter nugantur, impiae doctrinae vim ac robur adstruere. Siquidem his syllabis ἐξ οὗ conditorem volunt significari, rursus his *per quem* ministrum aut instrumentum, his denique *in quo* tempus aut locum declarari; ut is, qui condidit universa, intelligatur nihilo honorabilior instrumento, Spiritus autem sanctus nihilo plus, quam locus aut tempus, ad res condendas attulisse videatur.

d. συνεχφαίνηται. Duo antiqui codices συνεμφαίνηται.

e, φαίνηται. Unus cod. ms. φανῆται. Sic autem reddit hunc locum Erasmus: *Spiritus sanctus nihilo plus ad res condendas momenti attulisse videatur, nisi quod tempus aut locum praebuerit rebus conditis.* At non tantum honoris Spiritui sancto habebant impii haeretici, ut ab eo tempus et locum creata dicerent, sed eum comparabant cum loco et tempore, ut Filium cum instrumento, ac ei appellationem loci imponebant, ut ait Basilius cap. 4.; cuius cavillationis ansam videntur arripuisse ex usitata apud scriptores ecclesiasticos sententia, qui Spiritum sanctum dicere solent *plenitudinem bonorum* [al. *donorum*] *Dei* esse, ut ait Didymus lib. 1. de Spiritu sancto [nr. 4.], ac in eo *cuncta Dei dona consistere.* Ipse Basilius probat cap. 26. huius libri, Spiritum sanctum esse veluti locum eorum, qui sanctificantur.

T. III. p. 4. [a]Ὅτι ἐκ τῆς ἔξωθεν σοφίας ἡ περὶ τῶν συλλαβῶν τεχνολογία.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὑπηγάγετο μέντοι αὐτοὺς πρὸς τὴν ἀπάτην ταύτην καὶ ἡ τῶν ἔξωθεν παρατήρησις, οἳ τὸ ἐξ οὗ καὶ τὸ δι' οὗ κεχωρισμένοις κατὰ τὴν φύσιν πράγμασι προσδιένειμαν. ἐκεῖνοι γὰρ οἴονται τὸ μὲν
T. III. p. 5. ἐξ οὗ τὴν ὕλην δηλοῦν, τὸ δὲ δι' οὗ τὸ ὄργανον παριστᾷν ἢ ὅλως τὴν ὑπουργίαν. μᾶλλον δὲ (τί γὰρ κωλύει πάντα τὸν ἐκείνων λόγον ἀναλαβόντας τό τε πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀσυνάρτητον καὶ τὸ πρὸς [b]ἐκείνους αὐτοὺς ἀσύμφωνον τῶν ἀνδρῶν τούτων ἐν βραχεῖ διελέγξαι;) οἱ περὶ τὴν ματαίαν φιλοσοφίαν ἐσχολακότες τοῦ αἰτίου τὴν φύσιν πολλαχῶς ἐξηγούμενοι καὶ τοῦτο εἰς τὰ οἰκεῖα σημαινόμενα διαιροῦντες τὰ μὲν προκαταρκτικὰ λέγουσι τῶν αἰτίων εἶναι, τὰ δὲ συνεργὰ ἢ συναίτια, τὰ δὲ τῶν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον [c]ἐπέχειν. ἑκάστῳ μέντοι τούτων ἰδιάζουσαν καὶ τὴν ἐκφώνησιν ἀφορίζουσιν, ὥστε ἄλλως τὸν δημιουργὸν σημαίνεσθαι καὶ τὸ ὄργανον ἄλλως. τῷ μὲν γὰρ δημιουργῷ πρέπειν οἴονται τὸ ὑφ' οὗ, κυρίως γάρ φασι λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ τέκτονος γεγενῆσθαι τὸ βάθρον, τῷ δὲ ὀργάνῳ τὸ δι' οὗ, διὰ γὰρ σκεπάρνου φασὶ καὶ τερέτρου καὶ τῶν λοιπῶν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐξ οὗ τῆς ὕλης ἴδιον τίθενται ἐκεῖνοι, ἐκ ξύλου γὰρ εἶναι τὸ δημιούργημα, τὸ δὲ καθ' ὃ τὸ ἐνθύμιον δηλοῦν ἢ τὸ ἐκκείμενον ὑπόδειγμα τῷ τεχνίτῃ. ἢ γὰρ προαναζωγραφήσας [d]τῇ διανοίᾳ τὸ κατασκεύασμα οὕτως εἰς ἔργον τὴν φαντασίαν ἤγαγεν, ἢ πρὸς ἤδη ἐκκείμενον παράδειγμα ἀποβλέπων καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνου τὴν [e]ἐνέργειαν κατευθύνει. τὸ δὲ δι' ὃ τῷ τέλει προσήκειν βούλονται, διὰ γὰρ τὴν χρῆσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι τὸ βάθρον, τὸ δὲ ἐν ᾧ τὸν χρόνον παριστᾷν ἢ τὸν τόπον. πότε γὰρ γέγονεν; ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ. καὶ ποῦ; ἐν τῷδε τῷ τόπῳ. ταῦτα δὲ εἰ καὶ μηδὲν τῷ γινομένῳ συμβάλλεται, [f]ἀλλ' οὖν οὐκ ἄνευ τούτων δυνατόν τι γενέσθαι· χρεία γὰρ καὶ τόπου καὶ χρόνου τοῖς ἐνεργοῦσι. ταῦτα μαθόντες [f]καὶ θαυμάσαντες οὗτοι τὰ ἐκ τῆς ματαιότητος καὶ κενῆς ἀπάτης παρατηρήματα καὶ ἐπὶ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀτεχνολόγητον τοῦ πνεύματος διδασκαλίαν μετακομίζουσιν, εἰς ἐλάττωσιν μὲν τοῦ θεοῦ λόγου, ἀθέτησιν δὲ [g]τοῦ ἁγίου πνεύματος, οἵ γε τὴν ἐπὶ ἀψύχων ὀργάνων ἢ τῆς ὑπο-

a. ὅτι ἐκ τῆς ἔξωθεν. Huc transferre coacti sumus hunc titulum a librariis infra ante verba οἱ περὶ τὴν ματαίαν vitiose prorsus, ut patet ex parenthesi, quam adiecimus, appositum. Ibidem Reg. tertius συλλαβῶν θεολογία.

b. ἐκείνους αὐτούς. Sic libri veteres. Editi αὐτοὺς ἐκείνους.

c. ἐπέχειν. Non male in uno ex Re-

E mundana philosophia natam esse de syllabis sophisticam disputationem. T. III. p. 4.

CAPUT III.

5. Induxit porro ipsos in hunc errorem externorum quoque scriptorum observatio, qui voces *ex quo* et *per quem* rebus natura separatis attribuerunt. Siquidem illi putant his vocibus *ex quo* significari materiam, his vero *per quem* instrumentum designari aut prorsus ministerium. T. III. p. 5. Vel potius (quid enim vetat tota illorum doctrina repetita paucis arguere, et quam isti homines dicant a vero dissidentia, et quam ipsi non constent sibi?) qui inani philosophiae dederunt operam, dum multifariam exponunt causae naturam eamque in propria significata dividunt, alias aiunt esse causas principales, alias cooperantes aut concausales, alias autem hanc rationem habere, ut sine iis nihil efficiatur. Atque harum cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, ita ut aliter opifex, aliter instrumentum significetur. Nam opifici congruere existimant illud *a quo*, aiunt enim proprie dici a fabro factum fuisse scamnum, at instrumento convenire illud *per quem*, dicunt enim per securim et terebellum et reliqua. Similiter hanc particulam *ex quo* illi faciunt propriam materiae, siquidem e materia fit opificium. Porro particulam *iuxta quod* putant significare conceptum animo vel extrinsecus obiectum artifici exemplar. Vel enim prius cogitatione sibi depingit id, quod facere destinat, et sic quod animo concepit, ad opus perducit, vel ad exemplar iam editum respiciens ad illius similitudinem operationem dirigit. Hanc autem particulam *propter quod* volunt competere fini, scamnum enim esse factum ad usum hominum, denique his verbis *in quo* tempus aut locum indicari. Quando enim factum est? In tali tempore. Ubi factum est? In tali loco. Haec autem tametsi nihil conferunt ad id, quod fit, tamen absque his nihil potest fieri. Operantibus enim et loco et tempore opus est. Has observationes ex inanibus disciplinis ac vana deceptione desumtas cum isti didicerint atque admirati sint, eas etiam ad simplicem et arte omni carentem Spiritus doctrinam transferunt, ut et Deum Verbum diminuant et Spiritum sanctum reiiciant; qui quidem vocem instrumentis inanimis aut servili ac prorsus humili ministerio a pro-

giis *ὑπέχειν*. Paulo post articulus ex mss. codd. additus ante *τέκτονος*.

d. *τῇ διανοίᾳ*. Duo codices mss. *ἐν τῇ διανοίᾳ*.

e. *ἐνέργειαν*. Sic codices mss. sex. Editi *ἐργασίαν*.

f. *καὶ θαυμάσαντες*. Haec desunt in nonnullis codicibus mss. Paulo post editi *τὴν τοῦ πνεύματος*, sed primus articulus non invenitur in mss. codd.

g. *τοῦ ἁγίου*. Duo antiqui codices *τοῦ θείου*. Duo alii *τοῦ θείου καὶ ἁγίου*.

T. III. p. 5. χειρίου καὶ ταπεινῆς παντελῶς ὑπηρεσίας φωνὴν ἀφωρισμένην παρὰ τῶν ἔξωθεν, τὴν δι' οὗ λέγω, ταύτην ἐπὶ τὸν δεσπότην τῶν ὅλων οὐκ ὠκνησαν μεταθεῖναι, καὶ οὐκ αἰσχύνονται οἱ Χριστιανοὶ πρίονος ἢ σφύρας τῷ δημιουργῷ τῆς κτίσεως φωνὴν ἀφορίζοντες.

Ὅτι ἀπαρατήρητος τῇ γραφῇ τῶν συλλαβῶν τούτων ἡ χρῆσις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἡμεῖς δὲ κεχρῆσθαι μὲν πολλαχοῦ ταῖς φωναῖς ταύταις καὶ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὁμολογοῦμεν· οὐ μὴν τήν γε τοῦ πνεύματος ἐλευθερίαν δουλεύειν πάντως φαμὲν τῇ σμικροπρεπείᾳ τῶν ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀεὶ προστυγχάνον οἰκείως ταῖς χρείαις ὑπαλλάττειν τὰς ἐκφωνήσεις. οὐ γὰρ πάντως τὸ ἐξ οὗ τὴν ὕλην σημαίνει, καθὼς ἐκείνοις δοκεῖ, ἀλλὰ συνηθέστερον τῇ γραφῇ ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω αἰτίας τὴν φωνὴν ταύτην παραλαμβάνειν, ὡς ἐπὶ
T. III. p. 6. τοῦ εἷς θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ πάλιν· τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ [1]). κέχρηται μέντοι καὶ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος τῇ λέξει ταύτῃ καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης πολλάκις, ὡς ὅταν λέγῃ· ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων [2]), καὶ ποιήσεις τὴν λυχνίαν ἐκ χρυσίου καθαροῦ [3]), καὶ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός [4]), καὶ ἐκ πηλοῦ διήρτισαι σὺ ὡς καὶ ἐγώ [5]). ἀλλ' οὗτοι, ἵνα [a]ὡς ἔφαμεν τῆς φύσεως τὸ διάφορον παραστήσωσι, τῷ πατρὶ μόνῳ προσήκειν τὴν λέξιν ταύτην ἐνομοθέτησαν, τὰς μὲν ἀρχὰς τῆς παρατηρήσεως λαβόντες παρὰ τῶν ἔξωθεν, οὐ πάντα δὲ ἐκείνοις δι' ἀκριβείας δουλεύσαντες· ἀλλὰ τῷ μὲν υἱῷ κατὰ τὴν ἐκείνων νομοθεσίαν τὴν τοῦ ὀργάνου προσηγορίαν ἐπέθηκαν, τῷ δὲ πνεύματι τὴν τοῦ τόπου, ἐν πνεύματι γὰρ λέγουσι καὶ διὰ υἱοῦ λέγουσι, [b]τῷ δὲ θεῷ τὴν ἐξ οὗ, οὐκέτι ἐνταῦθα κατακολουθοῦντες τοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἀποστολικὰς ὡς φασι μεταβαίνοντες χρήσεις, καθὰ εἴρηται· ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ [6]), καὶ τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ [7]). τί οὖν ἐκ τῆς τεχνολογίας ταύτης τὸ συναγόμενον; ἄλλη φύσις αἰτίου καὶ ἄλλη ὀργάνου καὶ ἄλλη τόπου· ἀλλότριος ἄρα κατὰ τὴν φύσιν ὁ υἱὸς τῷ πατρί, ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄργανον τῷ τεχνίτῃ, ἀλλότριον δὲ καὶ τὸ πνεῦμα, καθόσον κεχώρισται τόπος

1) 1. Cor. 8, 6; 11, 12. 2) Exod. 25, 9. 3) Exod. 25, 30. 4) 1. Cor. 15, 47. 5) Iob. 33, 6. 6) 1. Cor. 1, 30. 7) 1. Cor. 11, 12.

a. ὡς ἔφαμεν. Unus codex ὡς ἔφημεν.

b. τῷ δὲ θεῷ τὴν ἐξ οὗ. S. Ambrosius, qui plurima ex Basilio in suos de Spiritu sancto libros transtulit, minus commode videtur hoc loco Basilii sententiam accepisse. Nam observat Basilius, Pneumatomachos, dum omnia ex Deo tanquam

fanis scriptoribus assignatam, loquor de dictione *per quem*, ad Dominum universorum non veriti sunt transferre, nec pudet Christianos serrae aut mallei vocabulum universae creaturae conditori attribuere. T. III. p. 5.

Harum syllabarum usum sine discrimine in Scriptura adhiberi.

CAPUT IV.

6. Nos porro frequenter his uti vocibus etiam veritatis sermonem confitemur, haud tamen Spiritus libertatem humilibus et abiectis exterorum disciplinis ullo modo servire dicimus, verum habita ratione eius, quod subinde occurrit, enuntiationes congruenter usui convenienterque immutari. Neque enim illud *ex quo* prorsus significat materiam, quemadmodum illi putant, sed est Scripturae familiarius hanc vocem ad supremam causam adhibere. Exempli causa in hoc loco: *Unus Deus, ex quo omnia*, ac rursum: *Omnia autem ex Deo.* Utitur T. III. p. 6. tamen veritatis sermo hac ipsa dictione etiam saepe de materia, veluti cum ait: *Facies arcam e lignis imputrescibilibus*, et *Facies candelabrum ex auro puro*, et *Primus homo e terra terrenus*, et *E luto compositus es tu aequé atque ego.* At isti, ut naturae, quemadmodum diximus, diversitatem constituant, definierunt hanc vocem soli Patri congruere. Ac principia quidem observationis acceperunt ab externis scriptoribus, non tamen his in omnibus accurate inserviunt, sed Filio quidem secundum praescriptionem illorum instrumenti vocabulum imposuerunt, Spiritui vero sancto loci. Aiunt enim: *In Spiritu*, et aiunt: *Per Filium.* At Deo vocem *ex quo* attribuerunt, non amplius hic alienos sequentes, sed ad apostolicos, ut ipsi dicunt, usus transeuntes, secundum quod dictum est: *Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu*, et *Omnia autem ex Deo.* Quid igitur est, quod ex hac argutia conficitur? Alia natura causae, alia instrumenti, alia loci; alienus ergo secundum naturam Filius a Patre, si quidem et instrumentum ab opifice; alienus etiam et Spiritus sanctus, quandoquidem separatur locus

ex causa efficienti esse dicunt, discedere. a principiis philosophorum, qui illud *ex quo* materiae proprium attribuunt, quia e materia fit opificium. Contra Ambrosius de Pneumatomachis loquens, *Illi voluni*, inquit lib. 2. cap. 9., *ex Deo tanquam ex natura Dei esse materiam, ut si dicas ex ligno arcam esse factam, ex lapide statuam, ita ex Deo materiam processisse.*

c. ἀλλότριος ἄρα. Haec S. Ambrosius legit cum interrogationis nota.. Sic enim interpretatur lib. 2. de Spiritu sancto cap. 9.: *Numquid ergo alienus secundum naturam Filius a Patre, quia alienum instrumentum ab operatore proprio vel auctore? aut numquid alienus Filius a Spiritu, quia ab instrumenti genere aut locus separatur aut tempus?*

T. III. p. 6. ἢ χρόνος τῆς τῶν ὀργάνων φύσεως ἢ τῆς τῶν μεταχειριζομένων αὐτά.

Ὅτι καὶ ἐπὶ πατρὸς λέγεται τὸ δι' οὗ καὶ ἐπὶ υἱοῦ τὸ ἐξ οὗ καὶ ἐπὶ πνεύματος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Τὰ μὲν δὴ ἐκείνων τοιαῦτα· ἡμεῖς δὲ δείξομεν ὃ προεθέμεθα, ὅτι οὔτε ὁ πατὴρ τὸ ἐξ οὗ λαβὼν τῷ υἱῷ προσέῤῥιψε τὸ δι' οὗ, οὔτε ὁ υἱὸς πάλιν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τούτων νομοθεσίαν εἰς τὴν τοῦ ἐξ οὗ ἢ τὴν δι' οὗ κοινωνίαν οὐ παραδέχεται, ὅπερ [b]ἡ καινὴ τούτων κληροδοσία διώρισεν. [c]εἷς θεὸς καὶ πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα[1]). αὗται οὐκ εἰσὶ νομοθετοῦντος φωναί, ἀλλὰ διευκρινουμένου τὰς ὑποστάσεις. οὐ γὰρ ἵνα τὸ ἀλλότριον τῆς φύσεως εἰσαγάγῃ, ἀλλ' ἵνα ἀσύγχυτον πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν ἔννοιαν παραστήσῃ, οὕτω προήνεγκεν ὁ ἀπόστολος. ἐπεὶ ὅτι γε αἱ φωναὶ ἀλλήλαις οὐκ ἀντιτάσσονται, οὐδ' ὥσπερ ἐν πολέμῳ πρὸς ἀντίπαλον τάξιν ἀποκριθεῖσαι συνεκπολεμοῦσι τὰς φύσεις, αἷς προσεχώρησαν, ἐκεῖθεν δῆλον· [d]συνήγαγεν ἀμφοτέρας
T. III. p. 7. ἐπὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου ὁ μακάριος Παῦλος, εἰπών· ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα[2]). τοῦτο δὲ προδήλως εἰς τὸν κύριον φέρειν πᾶς τις ἂν εἴποι ὁ καὶ μακρὸν τῷ βουλήματι τῆς λέξεως ἐπιστήσας. προτάξας γὰρ ὁ ἀπόστολος ἐκ τῆς προφητείας τοῦ Ἡσαΐου τὸ τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο[3]); ἐπήγαγεν· ὅτι ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. ἅπερ ὅτι περὶ τοῦ θεοῦ λόγου τοῦ δημιουργοῦ πάσης κτίσεως εἴρηται τῷ προφήτῃ, [e]ἐκ τῶν κατόπιν ἂν μάθοις· τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; τίς ἔστησε τὰ ὄρη ἐν σταθμῷ καὶ τὰς νάπας ἐν ζυγῷ; τίς ἔγνω νοῦν κυρίου; καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο[4]); τὸ γὰρ τίς ἐνταῦθα οὐχὶ τὸ ἄπορον παντελῶς, ἀλλὰ τὸ σπάνιον δηλοῖ, ὡς ἐπὶ τοῦ τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ [f]πο-

1) 1. Cor. 8, 6. 2) Rom. 11, 36. 3) Es. 40, 13. 4) Es. 40, 12. 13.

a. τὰ μὲν δή. Sic mss. codices. Editio Paris. τὰ μὲν δὲ etc. Paulo post legitur in editis τὸ δὲ οὗ προσέῤῥιψε τῷ υἱῷ. Libri veteres ut in contextu.

b. ἡ καινή. Duo codices mss. et alius prima manu habent ἡ κενή.

c. εἷς θεός. Totus hic locus sic legitur in Regio quarto: εἷς θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ· καὶ εἷς κύριος . . . . . καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν.

d. συνήγαγεν. Addunt editi γὰρ καί, sed hae voculae absunt ab antiquis codicibus. Erasmum carpit Combefisius, quod ἀμφοτέρας interpretatur *ambas*, ac reddendum esse contendit *utrasque tres ipsas*.

aut tempus ab instrumentorum aut eorum, qui instrumentis utuntur, natura. T. III. p. 6.

Et de Patre dici *per quem* et de Filio *ex quo* et de Spiritu Sancto.

CAPUT V.

7. Ad hunc quidem modum se habent quae ab istis afferuntur; nos autem demonstrabimus quod proposuimus, nec Patrem sibi sumentem has voces *ex quo* ad Filium proiecisse has *per quem*, neque rursus a Filio, sicut isti praescribunt, non recipi Spiritum sanctum in consortium harum vocum *ex quo* aut *per quem*, quod tamen nova istorum distributio definit. *Unus Deus et Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Non sunt hae voces legem ferentia, sed hypostases distinguentis. Non enim ut naturae induceret diversitatem, sed ut inconfusam Patris et Filii notionem exhiberet, ita loquutus Apostolus. Nam quod hae voces inter se contrariae non sint, neque velut in praelio separatae adversus hostilem aciem ad bellum inter se gerendum excitent naturas, ad quas accesserint, inde liquet. Collegit ambas in una et eadem persona beatus Apostolus dicens: *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipsum omnia.* Quod autem haec ad Dominum referat, quivis fatebitur, qui vel tenuiter inspiciat mentem orationis. Cum enim Apostolus prius ex Esaiae prophetia posuisset illud: *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* subiecit: *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipsum sunt omnia.* Quae certe de Deo Verbo universorum conditore dicta esse a Propheta, ex iis, quae praecedunt, discas licebit. *Quis mensus est manu aquam et caelum palmo et totam terram pugno? Quis statuit montes in libra et colles in statera? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius illi fuit?* Nam haec dictio *quis* hic non prorsus id, quod haberi nequit, significat, sed quod est rarum, T. III. p. 7.

Venia non careret observatio Combefisii, si illud εἰς αὐτόν idem esset ac *in ipso*. Tunc enim merito diceretur Basilius tres illas loquendi rationes, *ex quo, per quem* et *in quo*, de quibus eum inter et Pneumatomachos erat controversia, ex Paulo collegisse. At illud εἰς αὐτόν, *in ipsum* sive *ad ipsum*, non erat materia cavillationum ab haereticis inventarum. Unde miror S. Ambrosium sic interpretari: *Quoniam et ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia*, lib. 2. de Spiritu sancto cap. 9.; cum praesertim sanctus Doctor illud εἰς αὐτόν sic explicet, quasi idem valeat ac omnia in eum intaentur. Eius verba mox referam.

e. ἐκ τῶν κατόπιν. Erasmus: *ex his quae subiiciunt*; sed ut saepe alias ita hic quoque designantur hac voce *quae retro* sive *superius dicta sunt*, ut observat Combefisius. Mox ἐν praepositio bis addita est ex duobus libris veteribus.

f. πονηρευομένους. Codices quinque πονηρευομένοις.

T. III. p. 7. νηρευομένους [1]); καὶ τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωήν [2]); καὶ τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου [3]); οὕτω δὴ οὖν καὶ ἐνταῦθά ἐστι· τίς ὁ εἰδὼς τὸν νοῦν τοῦ κυρίου καὶ τῆς βουλῆς αὐτοῦ καὶ νουνωνός; ὁ γὰρ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ [4]). αὐτός ἐστιν ὁ συνέχων τὴν γῆν καὶ περιδεδραγμένος αὐτῆς, ὁ εἰς τάξιν πάντα καὶ διακόσμησιν ἀγαγών, ὁ καὶ ὄρεσιν ἰσοῤῥοπίαν καὶ ὕδασι μέτρα καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ τὴν οἰκείαν τάξιν [a] ἀποκληρώσας, ὁ τὸν οὐρανὸν ὅλον μικρῷ μέρει τῆς ὅλης ἑαυτοῦ δυνάμεως περιέχων, ἣν σπιθαμὴν τροπικῶς ὁ προφητικὸς ὠνόμασε λόγος. ὅθεν οἰκείως ἐπήγαγεν ὁ ἀπόστολος· τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα [5]). ἐξ αὐτοῦ γὰρ τοῖς οὖσιν ἡ αἰτία τοῦ εἶναι κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς γίνεται· δι' αὐτοῦ ταῖς πᾶσιν ἡ διαμονὴ καὶ ἡ σύστασις, τοῦ κτίσαντος τὰ πάντα καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν ἑκάστῳ τῶν γενομένων οἰκονομοῦντος. διὸ δὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἐπέστραπται τὰ σύμπαντα, [b] ἀσχέτῳ τινὶ πόθῳ καὶ ἀῤῥήτῳ στοργῇ πρὸς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς καὶ χορηγὸν ἀποβλέποντα, κατὰ τὸ γεγραμμένον· οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι [6]), καὶ πάλιν· πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι [7]), καὶ ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας [8]).

Εἰ δὲ πρὸς ταύτην ἡμῶν τὴν ἐκδοχὴν ἐνίστανται, τίς αὐτοὺς ἐξαιρήσεται λόγος [c] τοῦ μὴ οὐχὶ φανερῶς ἑαυτοῖς περιπίπτειν; εἰ γὰρ μὴ ἐπὶ τοῦ κυρίου δώσουσι τὰς τρεῖς εἰρῆσθαι φωνάς, τήν τε ἐξ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ [d] καὶ εἰς αὐτόν, ἀνάγκη πᾶσα προσοικειοῦν τῷ θεῷ καὶ πατρί. ἐκ δὲ τούτου προδήλως αὐτοῖς διαπεσεῖται τὸ παρατήρημα. εὑρίσκεται γὰρ οὐ μόνον τὸ ἐξ οὗ, ἀλλὰ καὶ τὸ δι' οὗ τῷ πατρὶ προσαγόμενον. ὅπερ εἰ μὲν οὐδὲν ταπεινὸν ἐμφαίνει, τί δήποτε ὡς ὑποδεέστερον ἀφορίζουσι τῷ υἱῷ; εἰ δὲ πάντως ἐστὶ διακονίας δηλωτικόν, ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν· ὁ θεὸς τῆς δόξης καὶ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ τίνος ἐστὶν ἄρχοντος ὑπηρέτης;

T. III. p. 8. ἐκεῖναι μὲν οὖν οὕτως ὑφ' ἑαυτῶν περιτρέπονται, ἡμῖν δὲ ἐκατέρωθεν τὸ ἰσχυρὸν φυλαχθήσεται. ἐάν τε γὰρ νικήσῃ περὶ τοῦ υἱοῦ εἶναι τὸν λόγον, εὑρεθήσεται τὸ ἐξ οὗ τῷ υἱῷ προσαρμόζον· ἐάν τέ τις [e] φιλονεικῇ ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρειν τοῦ προφήτου τὴν λέξιν, πάλιν τὴν δι' οὗ φωνὴν τῷ θεῷ πρέπειν δώσει, καὶ τὴν

1) Ps. 94 [93. LXX.], 16. 2) Ps. 34 [33. LXX.], 13. 3) Ps. 24 [23. LXX.], 3. 4) Ioan. 5, 20. 5) Rom. 11, 36. 6) Ps. 145 [144. LXX.], 15. 7) Ps. 104 [103. LXX.], 27. 8) Ps. 145 [144. LXX.], 16.

a. ἀποκληρώσας. Sic utraque editio; atque hanc lectionem ut aptiorem et significantiorem retinuimus, quamvis quinque codices mss. habeant ἀποπληρώσας. Quod etiam prima manu exstitit in Colbertino, sed postea inducta mutatio.

b. ἀσχέτῳ etc. Sic reddit hunc locum S. Ambrosius lib. 2. de Spiritu sancto c. 9.: In ipso quid est? Quia omnia admirabili quodam desiderio et inenarrabili amore auctorem vitae et ministratorem gratiae suae ac muneris intuentur, secundum

velut in hoc: *Quis insurget mihi adversus perverse agentes?* et *Quis est homo qui vult vitam?* et *Quis ascendet in montem Domini?* Similiter et hoc loco dictum: *Quis est qui cognovit sensum Domini et consilii illius particeps fuit? Pater enim diligit Filium et omnia ostendit illi.* Hic est, qui continet terram eamque pugno complexus est, qui cuncta digessit in ordinem eaque ornavit, qui et montes aequaliter libravit et aquis terminos praescripsit et omnibus, quae in mundo sunt, suum designavit ordinem, qui totum caelum modica totius suae potestatis particula comprehendit, quam sermo propheticus figurate palmam appellavit. Unde congruenter Apostolus adiecit: *Ex ipso et per ipsum et in ipsum omnia.* Ex hoc siquidem iis, quae sunt, causa ut sint manat, iuxta voluntatem Dei et Patris. Per ipsum perseverant ac consistunt omnia, universorum conditore unicuique rei creatae ea etiam, quae ad sui conservationem necessaria sunt, dimetiente. Quapropter sane etiam universa sese ad illum convertunt, invincibili atque insedabili quodam desiderio et arcano affectu ad auctorem et largitorem vitae respicientia, iuxta illud, quod scriptum est: *Oculi omnium in te sperant,* et rursus: *Omnia a te exspectant, et Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione.* T. III. p. V.

8. Quod si adversus hanc nostram expositionem instabunt, quae illos ratio liberabit, quominus evidenter in se ipsos incurrant? Etenim si concessuri non sunt de Domino dictas esse has tres voces *ex ipso* et *per ipsum* et *in ipsum,* omnino necessum est ut Deo et Patri proprie tribuantur. Atque hinc palam conciderit illorum observatio. Reperitur enim non modo *ex quo,* sed etiam *per quem* accommodari ad Patrem. Quae vox si nihil prae se fert humile, quam tandem ob causam eam velut inferioris dignitatis assignant Filio? Quod si omnino declarat ministerium, respondeant nobis: Deus gloriae et Pater Christi cuius principis est minister? Igitur isti quidem ad hunc modum a se ipsis undique subvertuntur, nobis autem utrimque quod firmum est servabitur. Etenim sive de Filio evicerit dictum esse quod recitavimus, comperietur haec particula *ex quo* Filio convenire, sive quis contendat Prophetae verba ad Deum esse referenda, rursus concedet vocem hanc *per quem* Deo congruere, et utraque vox parem dignita- T. III. p. 8.

quod scriptum est: Oculi omnium etc. In [Basilii] Commentario in Esaiam c. 5. p. 477 A. haec leguntur: *Unigenitus ipsum bonum, quod appetunt omnia, cuius amor naturali et inenarrabili modo omnium ratione utentium animis instillatus.*

c. [Par. II.: Cum correctore vetusto codicis 500 et codice 965 scripsi τοῦ pro vulgato τό.

d. καὶ εἰς αὐτόν. Addunt editi et Reg. secundus τὰ πάντα. Sed haec prorsus inutilia, nec in quinque aliis codicibus reperiuntur.

e. φιλονεικῇ. Sic editiones Basileenses et antiqui codices. Unus cum editione Paris. φιλονεικήσῃ. Aliquanto post veteres aliquot libri καὶ οὕτω δέ.

T. III. p. 8. ἴσην ἕξει ἀξίαν ἑκατέρα τῷ κατὰ τὸν ἴσον λόγον ἐπὶ Θεοῦ παρειλῆφθαι. καὶ οὕτω γε κἀκεῖνος ὁμότιμοι ἀλλήλαις ἀναφανήσονται, ἐφ' ἑνὸς προσώπου καὶ τοῦ αὐτοῦ τεταγμέναι. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

Γράφων ὁ ἀπόστολος πρὸς Ἐφεσίους φησίν· ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλή, Χριστός, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου [a] μέρους τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται[1]). καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς πρὸς τοὺς οὐκ ἔχοντας τοῦ μονογενοῦς τὴν γνῶσιν εἴρηται, ὅτι ὁ κρατῶν τὴν κεφαλήν, τουτέστι τὸν Χριστόν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ[2]). ὅτι γὰρ Χριστὸς κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας ἑτέρωθι μεμαθήκαμεν, τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· καὶ αὐτὸν ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ[3]), [b] καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν[4]), καὶ αὐτὸς ὁ κύριος· ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν[5]). καὶ ὅλως τῷ φιλοπόνως ἀναλεγομένῳ πολύτροποι αἱ χρήσεις ἀναφανήσονται τοῦ ἐξ οὗ. καὶ γὰρ καὶ ὁ κύριος· ἔγνων, φησί, δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ[6]). ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος τετηρήκαμεν πολλαχοῦ τὸ ἐξ οὗ κείμενον. ὁ γὰρ σπείρων, φησίν, εἰς τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πνεύματος θερίσει ζωὴν αἰώνιον[7]), καὶ ὁ Ἰωάννης· ἐκ τούτου γινώσκομεν ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστιν, ἐκ τοῦ πνεύματος οὗ ἡμῖν ἔδωκε[8]), καὶ ὁ ἄγγελος· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου[9]), καὶ ὁ κύριός φησι· τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος πνεῦμά ἐστι[10]). τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον·

Ὅτι δὲ τὴν δι' οὗ φωνὴν ὁμοίως ἐπί τε πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ἡ γραφὴ παραδέχεται, ἤδη δεικτέον. ἐπὶ μὲν δὴ τοῦ υἱοῦ παρέλκον ἂν εἴη μαρτυρίας κομίζειν, διά τε τὸ γνώριμον καὶ διὰ τὸ παρὰ τῶν ἐναντίων αὐτὸ τοῦτο κατασκευάζεσθαι· ἡμεῖς δὲ δείκνυμεν ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ πατρὸς τὸ δι' οὗ τέτακται. πιστός, φησίν, ὁ Θεός, δι' οὗ [d] ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ[11]), καὶ Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ[12]), καὶ πάλιν· ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱός, καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ[13]), καὶ τὸ ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός[14]). καὶ ὁ Ἡσαΐας· οὐαί, φησίν, οἱ βαθέως βουλὴν ποιοῦντες καὶ οὐ διὰ κυρίου[15]). πολλὰς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος τῆς φωνῆς ταύτης μαρτυρίας ἔξεστι παραθέσθαι. ἡμῖν

1) Eph. 4, 15. 16. 2) Col. 2, 19. 3) Eph. 1, 22. 4) Ioan. 1, 16. 5) Ioan. 16, 15. 6) Luc. 8, 46. 7) Gal. 6, 8. 8) 1. Ioan. 3, 24. 9) Matth. 1, 20. 10) Ioan. 3, 6. 11) 1. Cor. 1, 9. 12) 2. Cor. 1, 1. 13) Gal. 4, 7. 14) Rom. 6, 4. 15) Es. 29, 15.

tem obtinebit, eo quod pari ratione de Deo usurpetur. Atque iuxta modum utrumque perspicuum erit has particulas parem inter se habere dignitatem, quod de una eademque persona usurpatae sint. Sed ad propositum revertamur. T. III. p. 8.

9. Apostolus scribens Ephesiis ait: *Veritatem autem loquentes in caritate crescamus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus dum compingitur et connectitur, per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensura uniuscuiusque partis incrementum corporis facit.* Et rursus in epistola ad Colossenses ad eos, qui non habebant Unigeniti notitiam, dictum est: *Qui tenet caput,* hoc est Christum, *ex quo totum corpus, per iuncturas et connexiones subministratum augescit augmento Dei.* Quod enim Christus caput est Ecclesiae, alio loco didicimus, Apostolo dicente: *Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiae,* et *E plenitudine eius accepimus nos omnes,* et ipse Dominus: *De meo accipiet et annuntiabit vobis.* Et in summa diligenter legenti varii usus videbuntur illius *ex quo.* Nam et Dominus: *Novi,* inquit, *virtutem ex me exiisse.* Similiter autem et de Spiritu compluribus locis observavimus illud *ex quo* positum esse. *Qui enim,* inquit, *seminat in Spiritu, e Spiritu metet vitam aeternam;* item Ioannes: *Ex hoc cognoscimus quod in nobis est, e Spiritu, quem nobis donavit,* et Angelus: *Quod enim in ea generatum est, e Spiritu sancto est.* Et Dominus ait: *Quod natum est e Spiritu, Spiritus est.* Atque id quidem ad hunc habet modum.

10. Iam vero demonstrandum est hanc vocem *per quem* pariter et de Patre et de Filio et de Spiritu sancto in Scripturis usurpari. Ac de Filio sane supervacaneum fuerit proferre testimonia, tum quia hoc notum est, tum quod hoc ipsum ab adversariis adstruitur. Nos porro demonstrabimus hanc particulam *per quem* etiam de Patre fuisse positam. *Fidelis,* inquit, *Deus, per quem vocati estis in consortium Filii ipsius,* et *Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei,* et rursum: *Itaque non es iam servus, sed filius; quod si filius, et haeres per Deum.* Item illud: *Quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris.* Et Esaias: *Vae,* inquit, *qui profunde facitis consilium, et non per Dominum.* Quin et de Spiritu sancto possunt

a. *μέρους.* Consentiunt in hac voce omnes codices mss. Habent tamen editi *μέλους.*

b. *καὶ ἐκ τοῦ* etc. Sic omnes codices mss. Editi vero *καὶ ὁ Ἰωάννης, ἐκ τοῦ* etc.

c. *φησί.* Hanc vocem addidimus ex quatuor codicibus mss. Statim editi *τοῦτο μὲν οὖν,* aliter quatuor codices mss., quos sequuti sumus. Subinde codices tres *ἤδη λεκτέον.*

d. *ἐκλήθητε.* Regius quartus *ἐκλήθημεν.*

T. III. p. 2. διά, φησίν, ὁ θεὸς ἐπεκάλυψε [a]διὰ τοῦ πνεύματος[1]), καὶ ἑτέρωθι· τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ πνεύματος τοῦ ἁγίου[2]), καὶ πάλιν· ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας[3]).

Τὰ αὐτὰ δὲ καῦτα καὶ περὶ τῆς ἐν συλλαβῇ εἰκεῖν ἔχομεν, ὅτι καὶ ἐπὶ νεῦ θεοῦ καὶ παρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῆς γραφὴ παραδέδεκται, ὡς ἐπὶ μὲν παλαιᾶς· ἐν τῷ θεῷ, φησί, [b]ποιήσωμεν δύναμιν[4]), καὶ ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός[5]), καὶ πάλιν· ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσομαι[6])· παρὰ δὲ Παύλῳ· ἐν τῷ θεῷ, φησί, τῷ τὰ πάντα πίσαντι[7]), καὶ Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν θεῷ πατρί[8]), [c]καὶ εἰ δήποτε εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς[9]), καὶ ναυχᾶσαι, φησίν, ἐν θεῷ[10]), καὶ ὅσα οὐδὲ ἀριθμῆσαι ῥᾴδιον. ἔστι δὲ ἡμῖν οὐ πλήθους μαρτυριῶν ἐπίδειξις, ἀλλ' ἔλεγχος τοῦ μὴ ὑγιῶς [d]αὐτοῖς τὰς παρατηρήσεις ἔχειν. τὸ γὰρ περὶ τοῦ κυρίου ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρειλημμένην τὴν χρῆσιν ταύτην ἐπιδεικνύναι ὡς γνώριμον ὑπερβήσομαι. ἐκεῖνο δὲ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ὅτι συνετῷ ἀκροατῇ ἱκανὸς ἔλεγχος τῶν προταθέντων ὁ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου. εἰ γὰρ τὸ διάφορον τῆς ἐκφωνήσεως παρηλλαγμένην ἐδείκνυ τὴν φύσιν κατὰ τὸν τούτων λόγον, ἡ τῶν φωνῶν ταυτότης ἀπαράλλακτον νῦν τὴν οὐσίαν αὐτοὺς ὁμολογεῖν δυσωπείτω.

Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς θεολογίας αἱ χρήσεις τῶν φωνῶν ἐναλλάττονται, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται, ὅταν ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ. οἷον ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ θεοῦ[11]), φησὶν [e]ὁ Ἀδάμ, ἴσον λέγων τῷ ἐκ τοῦ θεοῦ, καὶ ἑτέρωθι· ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ προστάγματος κυρίου[12]), καὶ πάλιν· οὐχὶ διὰ τοῦ θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν[13]); ὁ Ἰωσὴφ περὶ τῶν ἐνυπνίων τοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλεγόμενος σαφῶς καὶ αὐτὸς ἀντὶ τοῦ ἐκ θεοῦ εἰπεῖν διὰ τοῦ θεοῦ εἴρηκε, καὶ ἀνάπαλιν τῇ ἐξ οὗ προθέσει ἀντὶ τῆς δι' οὗ κέχρηται Παῦλος, ὡς ὅταν λέγῃ· γενόμενος ἐκ γυναικός[14]), ἀντὶ τοῦ διὰ γυναικός. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἑτέρωθι σαφῶς διεστείλατο, γυναικὶ μὲν προσήκειν λέγων τὸ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι, ἀνδρὶ δὲ τὸ διὰ τῆς γυναικός, ἐν οἷς φησιν ὅτι ὥσπερ γυνὴ ἐξ ἀνδρός, οὕτως ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός[15]).

1) 1. Cor. 2, 10. 2) 2. Tim. 1, 14. 3) 1. Cor. 12, 8. 4) Ps. 108 [107. LXX.], 14. 5) Ps. 71 [70. LXX.], 6. 6) Ps. 89 [88. LXX.], 17. 7) Eph. 3, 9. 8) 2. Thess. 1, 1. 9) Rom. 1, 10. 10) Rom. 2, 17. 11) Gen. 4, 1. 12) Num. 36, 5. 13) Gen. 40, 8. 14) Gal. 4, 4. 15) 1. Cor. 11, 12.

a. *διὰ τοῦ πνεύματος.* Editi addunt *αὐτοῦ*, sed ea vox in nullo ex nostris codicibus reperta. Paulo post unus cod. Reg. *καλὴν παρακαταθήκην.*

b. *ποιήσωμεν.* Reg. quartus *ποιήσομεν.*

c. *καὶ εἰ δήποτε.* Editi et veteres ali-

etiam opponi multa huius vocis testimonia. *Nobis autem*, inquit, *Deus revelavit per Spiritum*, et alio loco: *Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum*, ac rursus: *Alii quidem per Spiritum datus est sermo sapientiae.* T. III. p. 9.

11. Eadem vere et de syllaba *in* dicare possumus, quod etiam hanc de Deo et Patre Scriptura usurparit, velut in Veteri Testamento. *In Deo*, inquit, *faciemus virtutem*, et *In te canlatio mea semper*, et rursus: *In nomine tuo exultabo.* Et apud Paulum: *In Deo*, inquit, *qui condidit omnia*, et *Paulus ac Silvanus et Timotheus ecclesiae Thessalonicensium in Deo Patre*, et *Si tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos*, et *Gloriaris*, inquit, *in Deo*, et reliqua, quae ne enumerare quidem facile sit. At nobis non est propositum ostentare testimoniorum multitudinem, sed probare observationes ipsorum rectas non esse. Siquidem hanc particulam de Domino ac Spiritu sancto usurpatam esse tanquam per se notum demonstrare omittam. Illud tamen necessario dicendum est, prudenti auditori sufficere illam obiectorum confutationem, quae a contrario ducitur. Nam si prolationis diversitas arguit naturam diversam, quemadmodum isti dicunt, iam vocum identitas vel pudore cogit eos fateri essentiam in nullo discrepantem.

12. Neque enim solum cum de Deo fit sermo, harum vocem usus variat; verum etiam ad mutuos invicem significatus saepenumero transferuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti: *Possedi hominem per Deum*, inquit Adam, perinde atque si dixisset *ex Deo*,[1] et alibi: *Quae praecepit Moses Israeli per mandatum Domini*, et rursus: *Nonne per Deum horum manifestatio est?* Ioseph de insomniis cum iis, qui in carcere erant, disserens et ipse aperte pro *ex Deo* dixit *per Deum*, et contra *ex quo* pro *per quem* usurpavit Paulus, velut cum ait: *Factus ex muliere*, pro *per mulierem.* Nam id nobis alibi perspicue distinxit, cum ait feminae convenire e viro natam esse, viro autem per feminam: *Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem.* Sed tamen hic Apostolus, simul ostendens

quot libri *καὶ ἤδη ποτέ*. Combefisius legendum putat ex textu sacro *εἴπως ἤδη ποτέ*. Sequuti sumus scripturam Reg. secundi. Paulo post idem codex *καυχᾶσαι*. Alii nonnulli *καυχᾶσθε*. Editi *καυχᾶσθαι*.

d. *αὐτοῖς*. Sic libri veteres melius quam editi *αὐτούς*. Aliquanto post in quatuor codicibus mss. *ἔλεγχος τῶν προτεθέντων*.

e. *ἐδείκνυ*. Sic omnes codices mss. Editi vero *ἐνδείκνυται*. Non multo post *ἤδη τὰ ὑπ' ἀλλήλων* in tribus codicibus.

f. *ὁ Ἀδάμ*. Non hoc solum loco Basilius haec verba Adamo adscribit, sed et lib. 2. in Eunom. num. 20. In his, quae sequuntur, nonnulla mutavimus antiquis codicibus freti. Habebant enim editi *διὰ προστάγματος τοῦ κυρίου*. Et paulo post *διαλεγόμενός φησι· σαφῶς γὰρ καὶ αὐτὸς .... κέχρηται. ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος ... ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι .... ἡ γυνὴ ἐξ ἀνδρός*. Deest enim *φησί* in editionibus Basileensibus.

T. III. p. 9. ἀλλ' ὅμως ἐνταῦθα ὁμοῦ μὲν τὸ διάφορον τῆς χρήσεως ἐνδεικνύμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ σφάλμα τινῶν ἐν παραδρομῇ διορθούμενος τῶν οἰομένων πνευματικὸν εἶναι τοῦ κυρίου τὸ σῶμα, ἵνα δείξῃ ὅτι ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος [a] ἡ θεοφόρος σὰρξ συνεπάγη, τὴν [b] ἐμφατικωτέραν φωνὴν προετίμησε (τὸ μὲν γὰρ διὰ γυναικὸς παροδικὴν ἔμελλε τὴν ἔννοιαν τῆς γενέσεως ὑποφαίνειν, τὸ δὲ ἐκ τῆς γυναικὸς ἱκανῶς παραδηλοῦν τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως τοῦ τικτομένου πρὸς τὴν γεννήσασαν) οὐχ ἑαυτῷ που μαχόμενος, ἀλλὰ
T. III. p. 10. δεικνὺς ὅτι ῥᾳδίως ἀλλήλαις ἀντεπιχωριάζουσιν αἱ φωναί. ὁπότε τοίνυν καὶ ἐφ' ὧν διωρίσθη τὸ δι' οὗ κυρίως λέγεσθαι, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τούτων τὸ ἐξ οὗ μετελήφθη, τίνα λόγον ἔχει ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῆς εὐσεβείας πάντη ἀλλήλων ἀφορίζειν τὰς λέξεις;

Ἀπάντησις πρὸς τοὺς ἀποφαινομένους μὴ μετὰ πατρὸς εἶναι τὸν υἱόν, ἀλλὰ μετὰ τὸν πατέρα· ἐν ᾧ τὰ περὶ τῆς ὁμοτίμου δόξης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς τὴν ἐξ ἀγνοίας συγγνώμην δυνατὸν αὐτοὺς καταφυγεῖν, οὕτω τεχνικῶς καὶ κακοήθως τὸν λόγον ὑπολαμβάνοντας. οἵγε προδήλως ἡμῖν χαλεπαίνουσιν, ὅτι μετὰ πατρὸς ἀποπληροῦμεν τῷ μονογενεῖ τὴν δοξολογίαν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα μὴ διιστῶμεν [d] ἀπὸ τοῦ υἱοῦ. ὅθεν νεωτεροποιοὺς ἡμᾶς καὶ καινοτόμους καὶ ἐφευρετὰς ῥημάτων καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἐπονειδίστων ἀποκαλοῦσιν; ὧν τοσοῦτον ἀπέχω δυσχεραίνειν ταῖς λοιδορίαις, ὥστε εἰ μὴ λύπην ἡμῖν ἐνεποίει καὶ ἀδιάλειπτον ὀδύνην ἡ κατ' αὐτοὺς ζημία, μικροῦ ἂν εἶπον καὶ χάριν αὐτοῖς τῆς βλασφημίας ἔχειν ὡς μακαρισμοῦ προξένοις. μακάριοι γάρ ἐστε, φησίν, ὅταν ὀνειδίσωσιν [e] ὑμᾶς ἕνεκεν ἐμοῦ[1]). ἔστι δὲ ἐφ' οἷς ἀγανακτοῦσι ταῦτα. οὐ μετὰ πατρός, φασίν, υἱός, ἀλλὰ μετὰ τὸν πατέρα· διόπερ ἀκόλουθον δι' αὐτοῦ τὴν δόξαν προσάγειν τῷ πατρί, ἀλλ' οὐχὶ μετ' αὐτοῦ. τὸ μὲν γὰρ μετ' αὐτοῦ τὴν ἰσοτιμίαν δηλοῖ, τὸ δὲ δι' οὗ τὴν ὑπουργίαν παρίστησιν. οὔτε μὴν σὺν τῷ πατρί, φασί, καὶ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τακτέον, ἀλλ' ὑπὸ τὸν υἱὸν καὶ τὸν

1) Matth. 5, 11.

a. ἡ θεοφόρος σάρξ. Christi caro Deifera vocatur Homil. in Psalmum 59. [p. 192 B.] et Comment. in cap. 2. Esaiae [p. 430 E.], ut observat Ducaeus. Addit idem vir doctissimus, Theodoretum graviter olim hallucinatum fuisse in reprehensione Anathematismi quinti, ubi ait Christum a Basilio θεοφόρον ἄνθρωπον, *hominem Deiferum*, vocatum fuisse in libro de Spiritu sancto et in Explanatione Psal-

diversum harum vocum usum, simul obiter corrigens quorundam errorem existimantium Domini corpus esse spirituale, ut ostenderet carnem Dei gestatricem ex humana massa concretam fuisse, maluit uti verbo significantiore (nam hae dictiones *per mulierem* transitoriae generationis suspicionem erant daturae, at hae *ex muliere* abunde declarant communionem, quam natura geniti cum genitrice habet), non quod ille secum pugnet, sed ut ostendat has voces facile sibi vicissim cedere. Quando igitur de quibuscunque definitum est proprie dici *per quem*, de iisdem etiam vox *ex quo* usurpatur; qua ratione fit ut ad pietatis calumniam hae dictiones inter se prorsus separentur? T. III. p. 9. T. III. p. 10.

Occurrit iis, qui affirmant Filium non esse cum Patre, sed post Patrem; ubi et de gloriae aequalitate.

CAPUT VI.

13. Atqui nec ad ignorantiae excusationem confugere possunt, cum tanto artificio tantaque perversitate dicta nostra excipiant; qui quidem nobis palam indignantur, quod una cum Patre adimpleamus Unigenito glorificationem, quodque Spiritum sanctum a Filio non separemus. Unde novatores nos appellant novitatisque architectos et verborum inventores, et quibus non aliis probrosissimis nominibus? Quorum convitia tantum abest ut indigne feram, ut nisi nos ipsorum exitium dolore perpetuoque crucicatu afficeret, propemodum dicerem me etiam ipsis pro maledictis habere gratiam, ut qui mihi concilient beatitudinem. *Beati enim*, inquit, *estis, cum probris vos impetiverint propter me.* Huiusmodi autem sunt ea, quorum causa indignantur. „Non est, inquiunt, cum Patre Filius, sed post Patrem; unde conse„quitur ut per eum gloria Patri tribuatur, sed cum eo nequaquam. „Nam illud *cum eo* aequalitatem declarat, *per eum* autem ministerium „significat. Neque etiam cum Patre, inquiunt, et Filio collocandus est „sanctus Spiritus, sed sub Filio et Patre, sic ut non una cum illis

mi quinquagesimi. Non enim parum interest inter hominem Deiferum et carnem Deiferam.

b. *ἐμφατικωτέραν*. Legitur in duobus codicibus *ἐμφαντικωτέραν*.

c. *ἀπάντησις*. Regius tertius *ἡ ἀντίστασις*.

d. *ἀπὸ τοῦ υἱοῦ*. Reg. tertius *ἀπὸ τοῦ θεοῦ*.

e. *ὑμᾶς*. Addunt editi, repugnantibus omnibus veteribus libris, *καὶ διώξωσι καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι. Et persequuti fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes.*

T. III. p. 10. πατέρα, οὐ συντεταγμένον, ἀλλ' ὑποτεταγμένον, οὐδὲ συναριθμούμενον, ἀλλ' ὑπαριθμούμενον. καὶ τοιαύταις τισὶ τεχνολογίαις ῥημάτων τὸ ἁπλοῦν καὶ [a] ἀκατάσκευον τῆς πίστεως διαστρέφουσιν· ὥστε τίνος ἂν δι' ἀπειρίαν συγγνώμης τύχοιεν οἱ μηδὲ τοῖς ἄλλοις ἀπείρως ἔχειν ἐκ τῆς αὐτῶν [b] φιλοπραγμοσύνης ἐπιτρέποντες;

Ἡμεῖς δὲ ἐκεῖνο πρῶτον αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν, τὸ μετὰ τὸν πατέρα πῶς τὸν υἱὸν λέγουσιν; ὡς χρόνῳ νεώτερον, ἢ ὡς τάξει, ἢ ὡς ἀξίᾳ; ἀλλὰ χρόνῳ μὲν οὐδεὶς οὕτως ἀνόητος ὡς δευτερεύειν λέγειν τὸν ποιητὴν τῶν αἰώνων, οὐδενὸς διαστήματος μεσιτεύοντος τῇ φυσικῇ πρὸς τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ συναφείᾳ. ἀλλὰ μὴν οὔτε τῇ ἐννοίᾳ [c] τῶν ἀνθρώπων συμβαίνει νεώτερον λέγειν τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν, οὐ μόνον τῷ σὺν ἀλλήλοις νοεῖσθαι κατὰ τὴν σχέσιν, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνα λέγεται τῷ χρόνῳ δεύτερα, ὅσα τὴν πρὸς τὸ νῦν ἀπόστασιν ἐλάττονα ἔχει, καὶ πάλιν ἐκεῖνα πρότερα, ὅσα περισσότερον ἀπέχει τοῦ νῦν. οἷον πρότερα [d] τῶν Σοδομιτικῶν τὰ κατὰ Νῶε, ὅτι τοῦ νῦν ἐπὶ πλέον ἀπῴκισται, καὶ ὕστερα ταῦτα ἐκεί-
T. III. p. 11. νων, ὅτι μᾶλλόν πως δοκεῖ προσεγγίζειν τῷ νῦν. τῆς δὲ πάντα χρόνον καὶ πάντας αἰῶνας ὑπερεχούσης ζωῆς τῇ πρὸς τὸ νῦν ἀποστάσει τὸ εἶναι καταμετρεῖν, πῶς οὐχὶ πρὸς τῇ ἀσεβείᾳ ἔτι καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀνοίας ἔχει· εἴπερ καθ' ὃν τρόπον τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ πρότερα εἶναι ἀλλήλων λέγεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τῷ υἱῷ καὶ θεῷ τῷ ὑπάρχοντι πρὸ τῶν αἰώνων παραμετρούμενος ὑπερέχοι; ἀλλὰ γὰρ ἡ πρὸς τὸ ἄνω ὑπεροχὴ τοῦ πατρὸς ἀθεώρητος, τῷ ἁπαξαπλῶς μήτε ἐνθύμησιν μήτε τινὰ ἔννοιαν τὴν τοῦ κυρίου γέννησιν ὑπεραίρειν, καλῶς τοῦ Ἰωάννου διὰ δύο φωνῶν εἴσω περιγράπτων ὅρων τὴν διάνοιαν ἀποκλείσαντος ἐν τῷ εἰπεῖν· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος[1]). ἀνέκβατον μὲν γὰρ [e] διανοίαις τὸ ἦν, ἀνυπέρβατον δὲ φαντασίαις ἀρχή. ὅσον γὰρ ἂν ἀναδράμῃς τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὸ ἄνω, οὐκ ἐκβαίνεις τὸ ἦν, καὶ ὅσον ἂν διαταθῇς ἰδεῖν τοῦ υἱοῦ τὰ ἐπέκεινα, ὑπεράνω γενέσθαι τῆς ἀρχῆς οὐ δυνήσῃ. εὐσεβὲς οὖν κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἅμα νοεῖν τὸν υἱὸν τῷ πατρί.

Εἰ δ' ὡς ἐν τόπῳ ὑποκειμένῳ ὑπόβασίν τινα τοῦ υἱοῦ νοοῦσι πρὸς τὸν πατέρα, ὥστε ὑπεράνω μὲν τὸν πατέρα καθῆσθαι, πρὸς δὲ τὸ ἐφεξῆς εἰς τὸ κάτω τὸν υἱὸν ἀπεῶσθαι, ὁμολογείτωσαν

1) Ioan. 1, 1.

a. ἀκατάσκευον mss. quatuor. Editi ἀκατασκεύαστον. Ibidem duo codices ἐνδιαστρέφουσι. Quibus favet alius, in quo legitur ἐνδιατρίβουσιν.

b. φιλοπραγμοσύνης. Sic quinque codices mss. Editi πολυπραγμοσύνης. Mox editi ἐρωτήσομεν. Plerique codices mss. ut in contextu.

c. τῶν ἀνθρώπων. Codices quinque τῶν ἀνθρωπίνων, *ex rerum humanarum notione*. At longe potior est vulgata scriptura. Propositum enim est Basilio, cum

„collocetur, sed subdatur, neque connumeretur, sed subnumeretur.“ T. III. p. 10. Atque talibus quibusdam verborum versutiis pervertunt fidei sinceritatem simplicitatemque. Proinde quam veniam assequentur imperitiae praetextu, per quos ob istam curiositatem ne aliis quidem imperitis esse licet?

14. Nos vero primum illud ipsos rogemus, quomodo dicant Filium post Patrem? num tempore recentiorem, num ordine, an dignitate? Sed nullus adeo demens est, ut dicat Conditorem saeculorum quoquam esse tempore posteriorem, cum nullum sit intervallum, quod naturalem Filii cum Patre coniunctionem dirimat. Neque etiam hominum cogitatione filius patre recentior dici possit, non ob id modo quod simul intelligantur secundum relationem, verum etiam quod ea dicuntur posteriora tempore, quae a praesenti tempore minus absunt, et rursus illa priora, quae longius absunt a praesenti tempore. Exempli causa quae Noe temporibus acta sunt, priora sunt iis, quae narrantur de subversis Sodomis, quod illa longius dissita sint a praesenti T. III. p. 11. tempore, et haec illis posteriora, quod quodammodo appareant praesenti tempori viciniora. At eius vitae, quae omne tempus et omnia saecula transcendit, existentiam metiri distantia a praesenti tempore, an non praeter impietatem omnem etiam dementiam superat; si quemadmodum res generationi corruptionique obnoxiae aliis aliae priores esse dicuntur, eundem ad modum Deus et Pater collatus cum Filio et Deo, qui est ante saecula, superat? At enim Patrem esse anteriorem nemo possit animo concipere, eo quod Domini generationem nec ulla prorsus cogitatio neque ulla notio transcendat, Ioanne pulchre duabus vocibus cogitationem intra circumscriptos terminos recludente, cum ait: *In principio erat Verbum.* Nam neque ex hac voce *erat* cogitatio exitum reperire potest, neque principium imaginatio transcendere. Quantumvis enim cogitatione curras ad anteriora, ex voce *erat* exitum non reperis, et quantumvis institaris videre quae sint ultra Filium, non poteris tamen superare principium. Itaque pium est iuxta hanc rationem Filium simul cum Patre intelligere.

15. Quod si velut in loco humiliore Filium Patri subesse imaginantur, ut in sublimi sedeat Pater, ac dein Filius in locum inferiorem detrusus sit; fateantur istud, et nos tacebimus, aperte loquendi

antea probaverit Filium non esse tempore posteriorem, nunc aliquid significantius addere; eumque liquet in hoc argumento versari, ut Filium ne cogitatione quidem Patre posteriorem dici posse demonstret. Statim editi *συναλλήλους*, codices omnes mss. ut in contextu.

d. *τῶν Σοδομιτῶν*. Tres codices *τῶν Σοδομιτῶν*.

e. *διανοίας . . . φαντασίας*. Sic duo libri veteres, quibus favet aliorum trium scriptura *διανοίας . . . φαντασίας*. Editi *διανοίᾳ . . . φαντασίᾳ*. Aliquanto post editi *ἐπὶ τὰ ἄνω*, codices mss. ut in contextu.

T. III. p. 11. τοῦτο, καὶ ἡμεῖς [a]σιωπήσομεν, [b]τῆς ἐναργείας αὐτόθεν τὸ ἀπεμφαῖνον ἐχούσης. οὐδὲ γὰρ τὸ ἐν ταῖς λογισμοῖς ἀκόλουθον διασείζουσιν οἱ θεὰ πάντων δήκειν τῷ πατρὶ μὴ διδάντες, τῆς τῶν ὑγιαινόντων ἐννοίας τὰ πάντα τὸν Θεὸν πεπληρωκέναι πιστευούσης, οὐδὲ μέμνηνται τοῦ προφήτου λέγοντος· ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανόν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει[1]), οἱ τὸ ἄνω καὶ κάτω εἰς πατέρα καὶ υἱὸν διαιροῦντες. ἵνα δὲ τῆς ἀμαθείας τὸν ἔλεγχον σιωπήσω τόπον ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων ἀφοριζόντων, τί τὴν πρὸς τὰς γραφὰς μάχην καὶ ἐναντίωσιν αὐτῶν οὕτως ἀναίσχυντον οὖσαν παραμυθήσεται, τὸ κάθου ἐκ δεξιῶν μου[2]), καὶ τὸ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ[3]); τὸ γὰρ δεξιὸν οὐ τὴν κάτω χώραν δηλοῖ (ὡς ὁ τούτων λόγος), ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ ἴσον σχέσιν, οὐ σωματικῶς τοῦ δεξιοῦ λαμβανομένου (οὕτω γὰρ ἄν τι καὶ σκαιὸν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ εἴη), ἀλλ' ἐκ τῶν τιμίων τῆς [c]προσεδρείας ὀνομάτων τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς περὶ τὸν υἱὸν τιμῆς παριστῶντος τοῦ λόγου. [d]λειπόμενον τοίνυν αὐτοὺς τὸ τῆς ἀξίας ὑποδεὲς διὰ τῆς φωνῆς ταύτης δηλοῦσθαι λέγειν. μανθανέτωσαν τοίνυν ὅτι Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία[4]), καὶ ὅτι εἰκὼν
T. III. p. 12. Θεοῦ τοῦ ἀοράτου[5]) καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης[6]), καὶ ὅτι τοῦτον ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός[7]), ὅλον αὐτῷ ἑαυτὸν ἐντυπώσας. ταῦτας τοίνυν καὶ ὅσαι ταύταις συγγενεῖς κατὰ πᾶσάν εἰσι τὴν γραφὴν μαρτυρίαι, πότερον ταπεινωτικὰς εἶναί φαμεν, ἢ ὥσπερ τινὰς ἀναῤῥήσεις τὸ μεγαλοπρεπὲς τοῦ μονογενοῦς καὶ τὸ πρὸς τὸν πατέρα ἴσον τῆς δόξης ἀνακηρύττειν; ἀκουέτωσαν δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ κυρίου σαφῶς ὁμότιμον ἑαυτοῦ τὴν δόξαν τῷ πατρὶ παριστῶντος ἐν τῷ λέγειν· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[8]), καὶ πάλιν· ὅταν ἔλθῃ ὁ υἱὸς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρός[9]), καὶ τὸ ἵνα τιμῶσι τὸν υἱόν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα[10]), καὶ τὸ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός[11]), καὶ τὸ [f]ὁ μονογενὴς Θεὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός[12]), ὧν μηδὲν ὑπο-

1) Ps. 139 [138. LXX.], 8. 2) Ps. 110 [109. LXX.], 1. 3) Hebr. 1, 3. 4) 1. Cor. 1, 24. 5) Coloss. 1, 15. 6) Hebr. 1, 3. 7) Ioan. 6, 27. 8) Ioan. 14, 9. 9) Marc. 8, 38. 10) Ioan. 5, 23. 11) Ioan. 1, 14. 12) Ioan. 1, 18.

a. *σιωπήσομεν.* Tres codices *σιωπήσωμεν.*

b. *τῆς ἐναργείας.* Sic duo codices mss. Quatuor alii cum editis habent *ἐνεργείας.* Sed proclive fuit errare librariis, quos pariter in eadem voce saepe aliis offendisse videbimus. Scriptura, quam sequuti sumus, haeret et conducit proposito Basilii, qui provocat haereticos, ut aperte dicant Patrem superiore loco sedere, Filium inferiore; tunc enim verbis ad eos refellendos opus non futurum, cum eiusmodi sententia, si palam ac sine dissimulatione enuntietur, manifestam habeat repugnantiam. Non diverso sensu, licet diverso verborum ordine, dixit Basilius in Epist. al. 344 [nunc 262. nr. 2]: *αὐτόθεν ἔχει τὸ ἐναργὲς ἡ βλασφημία. Sua sponte manifesta est blasphemia.*

c. *προσεδρείας.* Quamvis haec scriptura in uno tantum exstet codice mss., assentior tamen Combefisio eam vulgatae *προεδρίας,* quae in aliis reperitur mss. codicibus et editis, praeferendam esse. Filius

ratione per se absurditatem habente. Nam nec in ratiocinando sibi constant, qui non concedunt Patrem ad universa pertingere, cum eorum, qui sani sunt, cogitatio credat Deum implesse universa, nec recordantur Prophetae, dicentis: *Si ascendero in caelum, tu illic es; si descendero ad inferos, ades,* qui supra et infra partiuntur inter Patrem et Filium. At ut nihil dicam ad redarguendam illorum imperitiam rebus incorporeis locum attribuentium, quid excusabit eorum impietatem, qua tam impudenter répugnant adversanturque Scripturis? quod genus est illud: *Sede a dextris meis,* et *Consedit in dextra maiestatis Dei.* Nèque enim dextrum significat locum inferiorem, quod isti praedicant, sed relationem ad id, quod aequale est; quippe cum dextrum non accipiatur corporaliter (sic enim possit etiam esse aliquid sinistrum in Deo), sed honorificis assidendi verbis Filii maiestatem honoremque Scriptura ob oculos ponat. Reliquum est igitur ut hac voce dignitatis inferiorem gradum indicari asserant. Discant igitur quod Christus est Dei virtus et Dei sapientia et imago Dei invisibilis et splendor gloriae, quodque hunc Pater signavit Deus seque totum in eo expressit. Haec igitur et quaecunque his similia sunt per universam Scripturam testimonia utrum dicemus humilitatis habere significationem, an ceu praeconia quaedam Unigeniti maiestatem et aequalem cum Patre gloriam ebuccinari? Audiant insuper et ipsum Dominum palam suam gloriam cum Patre aequalem asserentem, cum ait: *Qui videt me, videt et Patrem,* ac rursum: *Cum venerit Filius in gloria Patris,* et *Ut honorificent Filium, quemadmodum honorificant Patrem.* Item illud: *Vidimus gloriam eius, gloriam tanquam Unigeniti a Patre*; rursus: *Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris.* Horum dum isti nihil considerant, lo-

T. III. p. 11.

T. III. p. 12.

cum Patre comparatus non habet *προεδρίαν*, nec illi Erasmus sine absurdo commento *praesidentiam* (sic enim reddidit hanc vocem) attribuere potuit.

d. *λειπόμενον τοίνυν.* Cod. Colbert. *λείπεται τοίνυν.* Contendit autem hoc loco Combefisius legendum esse, ut in margine codicis Henriciani, *οὐδὲ ἀξίας*, et sic reddendum: *Relinquitur igitur illis, ut nec inferiorem dignitatis gradum per hanc vocem dicant significari.* Addit vir eruditus: *Quae plena Basilii littera, abhorrente prorsus quod editis est.* Sed praeterquam quod Basilius adversarios nequaquam inducit de Filii aequalitate confitentes, sed potius eam negantes refellit, certe indiligens Combefisius in legendo codice, quem citat. Non enim legitur in margine *οὐδὲ ἀξίας*, sed *οὐδὲ ἀξίᾳ*. Quod quidem scholium ad Basilii sententiam indicandam appositum est, non ad contextum emendandum. Nam in superiore eiusdem codicis pagina duo alia occurrunt scholia, quorum primum sic habet: *ὅτι οὐ χρόνῳ ὁ υἱὸς ὕστερος τοῦ πατρός, Quod Filius tempore non inferior Patre*; deinde aliquanto post *οὐδὲ τάξει, neque ordine*; denique *οὐδὲ ἀξίᾳ, nec dignitate*; accommodate ad institutam a Basilio divisionem.

e. *φαμέν.* Duo codices mss. *φῶμεν.*

f. *ὁ μονογενὴς θεός.* Haec desunt in uno codice ms., sed in quinque aliis leguntur. Editi *ὁ μονογενὴς υἱός* contra veterum codicum fidem et ipsius Basilii testimonium, qui declarat cap. 8. huius libri [p. 213 s. f. hui. ed.] Christum a Scriptura vocari unigenitum Deum. Unde patet eum sic legisse uti edidimus. Hoc ipso in loco codices duo *ἐν τοῖς κόλποις*, alius *ἐν τῷ κόλπῳ.*

T. III. p. 12. λογισάμενοι τὴν τοῖς ἐχθροῖς ἀφωρισμένην χώραν προσιθέασι τῷ υἱῷ. κόλπος μὲν γὰρ πατρικὸς υἱῷ καθέδρα πρέπουσα, ἡ δὲ τοῦ ὑποποδίου χώρα τοῖς [a]ἐπιδεομένοις τῆς ὑποπτώσεως[1]). ἡμεῖς μὲν οὖν ἐφ' ἕτερα τὴν ὁρμὴν ἔχοντες παρατρεχόντως τῶν μαρτυριῶν ἐφηψάμεθα· ἔξεστι δὲ σοὶ κατὰ σχολὴν συναγαγόντι τὰς ἀποδείξεις τὸ τῆς δόξης ὕψος καὶ τὸ τῆς δυνάμεως ὑπερέχον τοῦ μονογενοῦς κατιδεῖν. καίτοι εὐγνώμονι ἀκροατῇ οὐδὲ ταῦτα μικρά, εἰ μή τις σαρκικῶς καὶ ταπεινῶς ἐξακούοι τοῦ δεξιοῦ καὶ τοῦ κόλπου, ὥστε τόπῳ τε τὸν Θεὸν περιγράφειν, καὶ ἀναπλάττειν σχῆμα καὶ τύπον καὶ θέσιν σωματικήν, ἃ παραπολὺ τῆς ἐννοίας τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπείρου καὶ ἀσωμάτου διώρισται· πλήν γε δὴ ὅτι τὸ τῆς ἐννοίας αὐτοῦ ταπεινὸν ἐπί τε πατρὸς καὶ υἱοῦ παραπλήσιον, ὥστε οὐ καθαιρεῖ τοῦ υἱοῦ τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ προσλαμβάνει τὸ κρῖμα τῆς εἰς τὸν Θεὸν βλασφημίας ὁ τὰ τοιαῦτα διεξιών. ἐν οἷς γὰρ ἂν κατατολμήσῃ τοῦ υἱοῦ, ταῦτα ἀνάγκη αὐτῷ μεταθέναι πρὸς τὸν πατέρα. ὁ γὰρ τῷ πατρὶ τὴν ἄνω χώραν εἰς προεδρίαν ἀποδιδούς, τὸν δὲ μονογενῆ υἱὸν ὑποκαθῆσθαι λέγων, πάντα ἀκολουθοῦντα ἕξει τὰ σωματικὰ συμπτώματα τῷ ἑαυτοῦ ἀναπλασμῷ· εἰ δὲ ταῦτα οἰνοπλήκτων καὶ ἐκ φρενίτιδος παραφόρων τὸν νοῦν τὰ φαντάσματα, πῶς εὐσεβὲς τὸν τῇ φύσει, τῇ δόξῃ, τῷ ἀξιώματι συνημμένον μὴ μετὰ πατρὸς προσκυνεῖν καὶ δοξάζειν τοὺς παρ' αὐτοῦ διδαχθέντας, ὅτι ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν πατέρα[2])· τί γὰρ καὶ φήσομεν; τίνα ἕξομεν δικαίαν ἀπολογίαν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ κοινοῦ τῆς κτίσεως πάσης δικαστηρίου, εἰ τοῦ κυρίου σαφῶς ἐπαγγελλομένου ἥξειν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρός[3]), καὶ Στεφάνου θεασαμένου Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ[4]), καὶ Παύλου ἐν πνεύματι [b]διαμαρτυρομένου περὶ Χριστοῦ, ὅτι ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ[5]), καὶ τοῦ πατρὸς λέγοντος· κάθου ἐκ δεξιῶν μου[1]), καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος μαρτυροῦντος, ὅτι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ[6]), ἡμεῖς τὸν σύνθρονον καὶ ὁμότιμον ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ ἴσον σχέσεως ἐπὶ τὸ κάτω [c]καταβιβάζοιμεν; οἶμαι γὰρ τὴν μὲν στᾶσιν καὶ τὴν καθίδρυσιν τὸ πάγιον τῆς φύσεως καὶ πάντη στάσιμον ὑποφαίνειν, καθὸ καὶ ὁ Βαροὺχ τὸ ἀκίνητον καὶ ἀμετάθετον τῆς τοῦ Θεοῦ διεξαγωγῆς ἐνδεικνύμενος ἔφη τὸ σὺ
T. III. p. 13. καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι εἰς τὸν αἰῶνα[7]), τὴν δεξιὰν δὲ χώραν δηλοῦν τὸ τῆς ἀξίας ὁμότιμον. πῶς οὖν οὐ τολμηρὸν τῆς κατὰ τὴν [d]δοξολογίαν κοινωνίας ἀποστερεῖν τὸν υἱὸν ὡς ἐν ἐλάττονι χώρᾳ τιμῆς τετάχθαι ἄξιον;

1) Ps. 110 [109. LXX.], 1. 2) Ioan. 5, 23. 3) Matth. 16, 27. 4) Act. 7, 55. 5) Rom. 8, 34. 6) Hebr. 8, 1. 7) Bar. 3, 3.

cum hostibus destinatum attribuunt Filio. Nam sinus paternus sedes est digna Filio, scabelli vero locus iis convenit, quibus opus est subiectione. Nos igitur ad alia properantes obiter in transcursu testimonia attigimus, tibi vero per otium licet collectis probationibus gloriae sublimatitatem ac virtutis eminentiam in Filio perspicere. Quamquam ne haec quidem auditori aequo parva videbuntur, nisi quis carnaliter et abiecte intelligat has voces *dextrum* et *sinum*, ut loco circumscribat Deum fingatque figuram ac formam situmque corporalem, quae ab intelligentia rei simplicis et immensae ac incorporeae longe semota sunt, praeterquam quod illius cogitatio humilis pariter in Patrem cadit atque in Filium. Quare non deiicit Filii dignitatem, sed adiungit blasphemiae crimen adversus Deum, quisquis talia disserit. Quaecunque enim ausus fuerit evomere in Filium, necesse est ut eadem transferat in Patrem. Nam qui Patri superiorem locum ad praesidendum tribuit ac Filium dicit humiliore loco sedere, is quaecunque corporeis accidunt, ea omnia habiturus est suum figmentum consequentia. Quod si istae imaginationes sunt vino delirantium ac per phrenitidem mente commotorum, quomodo pium fuerit, eum, qui natura, gloria dignitateque coniunctus est, non simul cum Patre adorari et glorificari ab his, qui ab ipso edocti sunt, eum, qui non honorificat Filium, non honorificare Patrem? Quid porro dicemus? quid iustae excusationis afferemus in formidabili ac communi totius creaturae iudicio, si posteaquam Dominus aperte denuntiavit se venturum in gloria Patris, et Stephanus Iesum vidit stantem a dextris Dei, et Paulus Spiritu afflatus testificatus est de Christo, quod est in dextra Dei, atque etiam cum Pater dicat: *Sede a dextris meis*, et Spiritus sanctus testimonium perhibeat, quod consederit ad dextram maiestatis Dei; nos throni consortem et honoris eiusdem participem ab aequalitatis statu ad inferiorem deiiciamus locum? Siquidem arbitror statione et consessu naturae firmitatem ac stabilitatem omnimodam significari, iuxta quem tropum et Baruc Deum immobilem et immutabilem semper esse ostendens ait: *Tu sedes in aeternum, et nos perimus in aevum*, dextro autem loco indicari dignitatis aequalitatem. An non igitur audax facinus fuerit Filium glorificationis consortio privare, veluti qui mereatur in loco minus honorato collocari?

T. III. p. 12.

T. III. p. 13.

a. ἐπιδεομένοις mss. quatuor. Editi ὑποδεομένοις.

b. διαμαρτυρομένου. Sic tres codices; alii et editi διαμαρτυραμένου.

c. καταβιβάζομεν. Sic tres codices, melius quam in aliis et in editis καταβιβάζομεν.

d. δοξολογίαν. Reg. quartus ἀξιολογίαν. Voces τὸν υἱόν, quae mox sequuntur, e Reg. secundo addidimus.

T. III. p. 13. **Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ ἁρμόζειν ἐπὶ υἱοῦ λέγεσθαι τὸ μεθ' οὗ, ἀλλὰ τὸ δι' οὗ.**

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ἀλλὰ τὸ μετ' αὐτοῦ λέγειν φασὶν ἀπεξενωμένον παντελῶς καὶ ἀσύνηθες, τὸ δὲ δι' αὐτοῦ τῷ τε λόγῳ τῆς γραφῆς οἰκειότατον καὶ ἐν τῇ χρήσει τῆς ἀδελφότητος τετριμμένον. τί οὖν ἡμεῖς πρὸς ταῦτα; ὅτι μακάρια τὰ ὦτα τὰ μὴ ἀκούσαντα ὑμῶν καὶ καρδίαι ὅσαι ἄτρωτοι [a]ἀπὸ τῶν ὑμετέρων λόγων διεφυλάχθησαν. ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς φιλοχρίστοις, ὅτι ἀμφοτέρας οἶδεν ἡ Ἐκκλησία τὰς χρήσεις καὶ οὐδετέραν αὐτῶν παραιτεῖται ὡς ἀναιρετικὴν τῆς ἑτέρας. ὅταν μὲν γὰρ τὸ μεγαλεῖον τῆς φύσεως τοῦ μονογενοῦς καὶ τὴν τῆς ἀξίας ὑπεροχὴν θεωρῶμεν, μετὰ πατρὸς εἶναι αὐτῷ μαρτυροῦμεν τὴν δόξαν, ὅταν δὲ τὴν εἰς ἡμᾶς χορηγίαν τῶν ἀγαθῶν ἐννοήσωμεν ἢ τὴν ἡμῶν αὐτῶν προσαγωγὴν καὶ οἰκείωσιν [b]πρὸς τὸν θεόν, δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ ἐνεργεῖσθαι ὑμῖν τὴν χάριν ταύτην ὁμολογοῦμεν. ὥστε ἡ μὲν ἰδία τῶν δοξολογούντων ἐστὶν ἡ μεθ' οὗ, ἡ δὲ δι' οὗ τῶν εὐχαριστούντων ἐξαίρετος. ψεῦδος δὲ κἀκεῖνο ὅτι ἡ μεθ' οὗ φωνὴ τῆς τῶν εὐλαβῶν χρήσεως ἀπεξένωται. ὅσοι γὰρ δι' εὐστάθειαν τρόπων τὸ τῆς ἀρχαιότητος σεμνὸν τοῦ καινοπρεποῦς προετίμησαν καὶ ἀπαραποίητον τῶν πατέρων διεφύλαξαν τὴν παράδοσιν, κατά τε χώραν καὶ πόλιν ταύτῃ κέχρηνται τῇ φωνῇ· οἱ δὲ διακορεῖς τῶν συνήθων καὶ τῶν παλαιῶν ὡς ἐώλων κατεπαιρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὰς νεωτεροποιίας παραδεχόμενοι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐσθῆτος οἱ φιλόκοσμοι τὴν ἐξηλλαγμένην ἀεὶ τῆς κοινῆς προτιμῶντες. ἴδοις ἂν οὖν τῶν μὲν ἀγροίκων ἔτι καὶ νῦν ἀρχαιότροπον τὴν φωνήν, τῶν δὲ ἐντέχνων τούτων καὶ ταῖς λογομαχίαις ἐντετριμμένων ἐκ τῆς νέας σοφίας κεκαυτηριασμένα τὰ ῥήματα. [c]ὅπερ ἔλεγον τοίνυν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἡ δόξα κοινὴ πατρὶ καὶ υἱῷ· διὸ μετὰ τοῦ υἱοῦ τὴν δοξολογίαν προσάγομεν τῷ πατρί. ἀλλ' οὐ τοῦτο ἡμῖν ἐξαρκεῖ, ὅτι τῶν πατέρων ἡ παράδοσις. κἀκεῖνοι γὰρ τῷ βουλήματι τῆς γραφῆς ἠκολούθησαν, ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἃς μικρῷ πρόσθεν ὑμῖν ἐκ τῆς γραφῆς παρεθέμεθα, τὰς ἀρχὰς λαβόντες. τὸ γὰρ ἀπαύγασμα μετὰ τῆς δόξης νοεῖται καὶ ἡ εἰκὼν μετὰ τοῦ ἀρχετύπου καὶ [d]ὁ υἱὸς πάντως σὺν τῷ πατρί, οὐδὲ τῆς τῶν ὀνομάτων ἀκολουθίας, μήτιγε τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, τὸν χωρισμὸν δεχομένης.

Adversus eos, qui dicunt non congruenter de Filio dici *cum quo*, sed *per quem*.

T. III. p. 13.

CAPUT VII.

16. Sed hoc loquendi genus *cum ipso*, aiunt, omnino peregrinum est et inusitatum, contra istud *per ipsum* tum sermoni Scripturae familiarissimum tum fratrum usu tritum esse. Quid igitur nos ad ista? Nimirum beatas esse aures, quae non audierunt vos, et beata corda, quae a vestris sermonibus servata sunt illaesa. Vobis porro, qui Christum diligitis, dico Ecclesiam utrumque harum vocum usum agnoscere, neutrumque reiicere, quasi alter alterum destruat. Cum enim in Unigenito naturae maiestatem ac dignitatis excellentiam contemplamur, ei cum Patre gloriam esse testamur. Rursus cum cogitamus quae bona nobis suppeditarit aut quomodo nos ad Deum adduxerit ac Deo asseruerit, confitemur hanc gratiam *per ipsum* et *in ipso* nobis effici. Quare altera particula *cum quo* propria est glorificantium, altera *per quem* propria est gratias agentium. Quin et illud mendacium est hanc vocem *cum quo* ab usu priorum alienam esse. Quotquot enim morum constantia antiquitatis maiestatem speciosis novitatibus praetulerunt ac maiorum traditionem citra mutationem conservarunt, tum ruri tum in civitatibus hac voce utuntur. Caeterum qui consueta fastidiunt et in vetera tanquam in obsoleta insurgunt, ii sunt, qui novitates suscipiunt, quemadmodum in vestimento qui ornatum amant, novum semper praeferunt communi. Videas itaque etiamnum rusticanae plebis in hac voce morem antiquum, istorum autem artificum et in verborum pugnis contritorum signata novae sapientiae cauterio verba. Proinde quod a maioribus nostris dictum est, et nos dicimus, gloriam videlicet communem esse Patri ac Filio, quapropter cum Filio glorificationem Patri persolvimus. Quamquam hoc nobis non est satis, sic a patribus esse traditum; nam et illi Scripturae sequuti sunt sententiam, ex testimoniis, quae paulo ante vobis e Scriptura citavimus, principia sumentes. Splendor enim cum gloria intelligitur et imago cum archetypo et Filius omnino cum Patre, cum nec nominum consequentia, nedum rerum natura, separationem admittat.

a. *ἀπὸ τῶν*. Deest praepositio in nonnullis codicibus. Paulo post duo codices mss. *τὸ τέλειον τῆς φύσεως*.

b. *πρὸς τὸν θεόν*. Additus ex veteribus libris articulus; moxque iisdem auctoribus mutatum quod legebatur in editis *ἐνεργεῖσθαι ἐν ἡμῖν*.

c. *ὅπερ ἔλεγον*. Deest *ὅπερ* in duobus codicibus. Legitur in tribus aliis *ἃ ἔλεγον*. Statim editi *διὸ καὶ μετά*, sed deest coniunctio in codicibus mss.

d. *ὁ υἱός*. Sic codices mss. Deest articulus in editis.

T. III. p. 14. *Ποσαχῶς τὸ δι' οὗ καὶ ἐπὶ ποίας ἐννοίας ἁρμοδιάτερον τὸ μεθ' οὗ· ἐν ᾧ καὶ ἐξήγησις πῶς ἐντολὴν λαμβάνει ὁ υἱὸς καὶ πῶς ἀποστέλλεται.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅταν οὖν ὁ ἀπόστολος εὐχαριστῇ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ λέγῃ τὴν χάριν εἰληφέναι καὶ τὴν ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν[1]*, ἢ καὶ δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχηκέναι εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα*[2]*, τὰς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίας αὐτοῦ παριστησι, νῦν μὲν ἀπὸ πατρὸς εἰς ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν τὴν χάριν διαβιβάζοντος, νῦν δὲ ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ προσάγοντος τῷ πατρί. ἐν μὲν γὰρ τῷ λέγειν· δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν, τὴν ἐκεῖθεν τῶν ἀγαθῶν χορηγίαν ἐμφαίνει, ἐν δὲ τῷ λέγειν· δι' οὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, τὴν ἡμετέραν πρόσληψιν καὶ οἰκείωσιν διὰ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν γινομένην παριστησιν. ἆρ οὖν ἡ ὁμολογία τῆς ἐνεργουμένης παρ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς χάριτος ὑφαίρεσίς ἐστι τῆς δόξης; ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον ὅτι πρέπουσα δοξολογίας ὑπόθεσις ἡ τῶν εὐεργετημάτων διήγησις;* [b]*διὰ τοῦτο εὕρομεν τὴν γραφὴν οὐκ ἐξ ἑνὸς ὀνόματος τὸν κύριον ἡμῖν παραδιδοῦσαν οὐδὲ ἐκ τῶν ὅσα τῆς Θεότητός ἐστιν αὐτοῦ μόνον καὶ τοῦ μεγέθους δηλωτικά, ἀλλὰ νῦν μὲν τοῖς* [c]*τῆς φύσεως χαρακτηριστικοῖς κεχρημένην, οἶδε γὰρ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα τοῦ υἱοῦ*[3]*, καὶ υἱὸν ἀληθινὸν λέγειν καὶ μονογενῆ Θεὸν καὶ δύναμιν Θεοῦ καὶ σοφίαν καὶ λόγον. καὶ πάλιν μέντοι διὰ τὸ πολύτροπον τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος, ἣν διὰ τὸν τῆς ἀγαθότητος κατὰ τὴν πολυποίκιλον αὐτοῦ σοφίαν τοῖς δεομένοις παρέχεται, μυρίαις αὐτὸν ἑτέραις προσηγορίαις ἀποσημαίνει, ποτὲ μὲν ποιμένα λέγουσα, ποτὲ δὲ βασιλέα, καὶ πάλιν ἰατρόν, καὶ τὸν αὐτὸν νυμφίον καὶ ὁδὸν καὶ θύραν, καὶ πηγὴν καὶ ἄρτον καὶ ἀξίνην καὶ πέτραν. ταῦτα γὰρ οὐ τὴν φύσιν παριστησιν, ἀλλ' ὅπερ ἔφην τὸ τῆς ἐνεργείας παντοδαπόν, ἣν ἐκ τῆς περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα εὐσπλαγχνίας κατὰ τὸ τῆς χρείας ἰδίωμα τοῖς δεομένοις παρέχεται. τοὺς μὲν γὰρ* [d]*προσπεφευγότας τῇ ἐπιστασίᾳ αὐτοῦ καὶ* [e]*τὸ εὐμετάδοτον δι' ἀνεξικακίας κατωρθωκότας πρό-*

1) Rom. 1, 8. 5. 2) Rom. 5, 2. 3) Phil. 2, 9.

a. *ἐπὶ ποίας ἐννοίας.* Colbert. *ἐπὶ ποίαις ἐννοίαις.* Unus ex Regiis *ἐπὶ ποίαν ἔννοιαν.*

b. *διὰ τοῦτο.* Hic incipit caput octavum in Reg. tertio et Colbert.

c. *τῆς φύσεως.* Erasmus perabsurde reddidit *naturam assumtam*; quod erratum non impune tulit a Combefisio. Mox editio Paris. *λέγει.* Libri antiqui et editio Basil. *λέγειν.*

d. *προσπεφευγότας.* Codices nonnulli *προσφεύγοντας.*

Quot modis intelligatur haec particula *per quem*, et in quo sensu congruentius dicitur *cum quo*; ubi etiam exponitur quomodo mandatum accipit Filius et quomodo mittitur. T. III. p. 14.

CAPUT VIII.

17. Itaque cum Apostolus gratias agit Deo per Iesum Christum, ac rursus cum ait sese per illum accepisse gratiam et apostolatum ad obedientiam fidei in omnibus gentibus, aut cum dicit nos per eum accessum habere ad gratiam hanc, in qua stamus et gloriamur, illius erga nos beneficia declarat, nunc quidem ut a Patre gratiam bonorum in nos transfundentis, nunc rursum ut per se ipsum conciliantis nos Patri. Siquidem cum ait: *Per quem accepimus gratiam et apostolatum*, significat bonorum largitionem ab illo proficisci. Rursum cum ait: *Per quem accessum habemus*, assumi nos ac Deo per Christum coniungi ostendit. Num igitur gratiae, quam in nobis operatur, confessio diminuit illius gloriam? an potius dictu verius fuerit enarrationem beneficiorum decens esse glorificandi argumentum? Hanc ob causam comperimus Scripturam non uno nomine nobis significare Dominum, nec his tantum, quae divinitatem ac magnitudinem eius declarant, sed interdum quidem uti vocibus naturam exprimentibus; novit enim nomen Filii, quod est super omne nomen, et Filium verum dicere et Unigenitum Deum et virtutem Dei et sapientiam et Verbum. Et rursus ob multiplicem in nos beneficentiam, quam ob divitias bonitatis pro varia sua sapientia egentibus praestat, aliis innumeris appellationibus eundem designat, dum aliquando vocat illum pastorem, alias regem, et rursus medicum, denique sponsum, viam, ostium, fontem, panem, securim ac petram. Haec enim non naturam indicant, sed quod aiebam operationis varietatem, quam ex affectu, quem gerit erga suum figmentum, indigentibus ut cuique opus est impartit. Eos enim, qui ad eius regimen confugerunt quique per malorum toleran-

e. *τὸ εὐμετάθετον*. Vitii suspicione aliqua laborat hic locus. Etsi enim iustos appellari oves observat Basilius in Ps. 28. p. 121 E. *διὰ τὸ ἥμερον καὶ μεταθετικὸν ὧν ἔχει, ob lenitatem et rerum suarum communicationem*, hic tamen non considerat in ovibus communicandi facilitatem, sed constantiam in sequendo pastore et peregrinis doctrinis reiiciendis. Regius secundus habet *τὸ εὐμετάβολον*, quae scriptura etsi vulnus augere videtur (pugnat enim animus facile mutabilis cum constantia in sequendo pastore), ad illud tamen sanandum magno usui esse potest. Nam si legamus levi facta immutatione *τὸ ἀμετάβολον, qui per patientiam animum immutabilem praebuerunt*, plana erit et apta sententia. Usitatae apud antiquos eiusmodi rationes loquendi, quamvis iustos gratiae resistere et iustitiae statu excidere posse non dubitarent. Sic Cyprianus coram proconsule aiebat: *Bona voluntas, quae Deum novit, immutari non potest.* Act. Mart. p. 216 [ed. Ruinart. Tom. II. p. 43. ed. Galura]. Sic etiam S. Felicitas Publio Urbis praefecto dicebat: *Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus frangi* [Galura Tom. I. p. 54.]. Et Felix

T. III. p. 14. βατα λέγει, καὶ ποιμὴν εἶναι τῶν τοιούτων ὁμολογεῖ[1]) τῶν κατακουόντων αὐτοῦ τῆς φωνῆς καὶ μὴ προσεχόντων θεδαχαῖς ξενιζούσαις. τὰ γὰρ ἐμὰ πρόβατα, φησί, τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει[2]). βα-
T. III. p. 15. σιλεὺς δὲ τῶν ὑπεραναβεβηκότων ἤθη καὶ τῆς ἐννόμου δεομένων ἐπιστασίας. καὶ θύρα δὲ τῷ ἐπὶ τὰς σπουδαίας πράξεις διὰ τῆς ὀρθότητος τῶν προσταγμάτων ἐξάγειν καὶ πάλιν ἀσφαλῶς ἀπολίζειν τοὺς ἐπὶ τὸ τῆς γνώσεως ἀγαθὸν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καταφεύγοντας, ὅθεν· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, καὶ εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται καὶ νομὴν εὑρήσει[3]). πέτρα δὲ[4]) διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἄσειστον καὶ παντὸς ἐρύματος ἀρραγέστερον εἶναι φυλακτήριον τοῖς πιστοῖς. ἐν τούτοις τὸ δι' αὐτοῦ ἁρμοδιώτατην τὴν χρῆσιν καὶ εὔσημον ἀποδίδωσιν, ὅταν [b]ὡς θύρα καὶ ὡς ὁδὸς λέγηται. ὡς μέντοι θεὸς καὶ υἱὸς μετὰ πατρὸς καὶ σὺν πατρὶ τὴν δόξαν ἔχει, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρός[5]). διόπερ ἀμφοτέραις κεχρήμεθα ταῖς φωναῖς, τῇ μὲν τὴν οἰκείαν αὐτοῦ ἀξίαν, τῇ δὲ τὴν χάριν τὴν πρὸς ἡμᾶς διαγγέλλοντες.

Διὰ αὐτοῦ γὰρ πᾶσα βοήθεια τῶν ψυχῶν, καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος ἐπιμελείας ἰδιάζουσά τις προσηγορία ἐπινενόηται. ὅταν μὲν γὰρ τὴν ἄμωμον ψυχὴν τὴν μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα ὡς ἁγνὴν παρθένον ἑαυτῷ παραστήσηται[6]), νυμφίος προσαγορεύεται, ὅταν δὲ κεκακωμένην ὑπὸ τῶν πονηρῶν πληγῶν τοῦ διαβόλου λάβῃ, βαρέως ἐνασθενοῦσαν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτὴν ἐξιώμενος, ἰατρὸς ὀνομάζεται. ἆρ' οὖν αἱ τοιαῦται ἡμῶν ἐπιμέλειαι εἰς τὸ ταπεινὸν τοὺς λογισμοὺς κατάγουσιν; ἢ τὸ ἐναντίον ἔκπληξιν τῆς μεγάλης δυνάμεως ὁμοῦ καὶ φιλανθρωπίας τοῦ σώζοντος ἐμποιοῦσιν, ὅτι καὶ ἠνέσχετο συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, καὶ ἐδυνήθη πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς καταβῆναι; οὐ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ τὰ μεγέθη τῶν πελαγῶν καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων καὶ τὰ φυτὰ καὶ ἀστέρες καὶ ἀὴρ καὶ ὧραι καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίστησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν θεὸν τὸν ἀχώρητον ἀπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται. κἂν λέγῃ δὲ ὁ ἀπόστολος, ὅτι ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς[7]), οὐχὶ ταπεινήν τινα ὑπηρεσίαν ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς ὑποβάλλει, ἀλλὰ

1) Ioan. 10, 4. 11. 2) Ioan. 10, 27. 3) Ioan. 10, 9. 4) 1. Cor. 10, 4. 5) Phil. 2, 10. 11. 6) Eph. 5, 27. 7) Rom. 8, 37.

illius filiorum natu secundus: *Immineant verbera, stent cruenta consilia; fides nostra nec vinci potest nec mutari* [ib. p. 55.]. Basilius in Psalm. 7. p. 103. gratiae ac-

tiam communicandi facilitatem praestiterunt, oves appellat, seque talium pastorem esse profitetur, qui vocem ipsius audiunt nec attendunt doctrinis peregrinis. *Oves enim meae*, inquit, *vocem meam audiunt.* Rex autem vocatur eorum, qui iam altius assurrexerunt ac legitimo imperio et gubernatione opus habent. Quin et ostium dicitur eo quod per rectitudinem praeceptorum educit ad pias actiones, et rursus tuto perducit ad caulas eos, qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum confugerint. Unde *Per me si quis introierit, et ingredietur et egredietur, ac pascua inveniet.* Petra dicitur eo quod validum sit et inconcussum et quavis arce firmius propugnaculum fidelibus. In his haec vox *per ipsum* aptissimum ac clarum usum habet, quoties velut ostium et velut via dicitur. At vero ut Deus et Filius cum Patre communem habet gloriam: *Quoniam in nomine Iesu omne genu flectetur, caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus in gloria sit Dei Patris.* Quam ob rem ambabus vocibus utimur, altera propriam illius dignitatem, altera eius erga nos munificentiam praedicantes. T. III. p. 14. T. III. p. 15.

18. Omne enim animarum auxilium per ipsum est, atque iuxta singula curandi ac providendi genera excogitata est peculiaris quaedam appellatio. Cum enim animam incontaminatam non habentem maculam aut rugam quasi puram virginem sibi adiungit, sponsus appellatur, cum vero eam pravis diaboli plagis afflictatam recipit ac peccatis graviter laborantem sanat, medicus vocatur. Utrum igitur quod hisce modis nostri curam gerit, cogitationes nostras eo deducet, ut humilius de eo sentiamus? an potius e diverso efficiet, ut Servatoris et ingentem potentiam et humanitatem erga nos admiremur, quod et compati nostris infirmitatibus sustinuit et se ad nostram infirmitatem potuit demittere? Neque enim caelum ac terra immensaque maria, nec animantia vel in aquis vel in terris degentia, nec plantae, nec astra, nec aer, nec anni tempora, nec multiplex universi ornatus excellentiam potentiae illius perinde commendat, atque quod Deus incomprehensibilis potuit per carnem citra noxam cum morte conflictari, ut nobis sua ipsius passione largiretur immortalitatem. Quod si Apostolus ait: *In his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos,* nequaquam hac voce humile quoddam ministerium indicat, sed auxilium potius, quod per

ceptum refert rectum iusti propositum et mentis immutabilitatem. Vid. Reg. 39. Moral. p. 263.

a. ἐπιστασίας. Reg. tertius βασιλείας. Mox e veteribus libris coniunctio καί addita ante θύρα, eademque auctoritate verbum φησί sublatum post vocem ἐμοῦ.

b. ὡς θύρα. Editi addunt καὶ ὡς ποιμήν, sed assentior Combefisio has voces reiiciendas esse; nec leguntur in tribus codicibus. Paulo post codices mss. δόξαν. Editi δοξολογίαν.

T. III. p. 15. τὴν ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος ἐνεργουμένην βαθύθειαν. αὐτὸς γὰρ δήσας τὸν ἰσχυρὸν διήρπασεν αὐτοῦ τὰ σκεύη[1]), ἡμᾶς, οἷς εἰς πᾶσαν ἐνέργειαν πονηρὰν κατεκέχρητο, καὶ ἐποίησε σκεύη εὔχρηστα τῷ δεσπότῃ φοὺς κατηρτισμένους εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν[2]) ἐκ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ ἐφ' ὑμῖν. οὕτω τὴν δι' αὐτοῦ προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν πρὸς τὸν πατέρα, μεταστάντες ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί[3]). μὴ τοίνυν ἐκ βουλικῆς ταπεινότητος ἠναγκασμένην ὑπερησίαν νοῶμεν τὴν διὰ υἱοῦ οἰκονομίαν, ἀλλὰ τὴν ἑκούσιον ἐπιμέλειαν ἀγαθότητι καὶ εὐσπλαγχνίᾳ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα ἐνεργουμένην. [a]οὕτω γὰρ εὐσεβήσομεν, ἐν πᾶσι τοῖς ἐπι-
T. III. p. 16. τελουμένοις καὶ τελείαν αὐτῷ μαρτυροῦντες τὴν φύναμιν καὶ οὐδαμοῦ τοῦ βουλήματος τοῦ πατρικοῦ διιστῶντες. ὥσπερ οὖν καὶ ὅταν ὁδὸς ὁ κύριος λέγηται[4]), πρὸς ὑψηλοτέραν ἔννοιαν, ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ προχείρου λαμβανομένην ὑποφερόμεθα. τὴν γὰρ εἰρμῷ καὶ τάξει διὰ τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης καὶ τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεως ἐπὶ τὸ τέλειον προκοπὴν ὁδὸν ἐξακούομεν, φεὶ τοῦ πρόσω [b]ἐπορεγόμενοι, καὶ τοῖς λειπομένοις ἑαυτοὺς ἐπεκτείνοντες, ἕως ἂν φθάσωμεν ἐπὶ τὸ μακάριον τέλος, τὴν θεοῦ κατανόησιν, ἣν ὁ κύριος δι' ἑαυτοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι [c]χαρίζεται. ἀγαθὴ γὰρ ὄντως ὁδός, ἀπαρεξόδευτος καὶ ἀπλανής, ὁ κύριος ἡμῶν, πρὸς τὸ ὄντως ἀγαθόν, τὸν πατέρα, φέρων. οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται, φησί, πρὸς τὸν πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ[4]). τοιαύτη μὲν οὖν ἡ ἡμετέρα πρὸς θεὸν ἄνοδος διὰ τοῦ υἱοῦ·

Ὁποία δὲ πάλιν καὶ ἡ [d]παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ χορηγία τῶν ἀγαθῶν, ἐξῆς ἂν εἴη λέγειν. ὅτι πάσης τῆς φύσεως τῆς ἐν τῇ κτίσει τῇ τε ὁρωμένῃ ταύτῃ καὶ τῇ νοουμένῃ ἐπιμελείας ἐκ τοῦ θεοῦ πρὸς τὸ συνέχεσθαι δεομένης ὁ δημιουργὸς λόγος, ὁ μονογενὴς θεός, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου χρείας τὴν βοήθειαν ἐπινέμων ποικίλας μὲν καὶ παντοδαπὰς διὰ τὸ τῶν εὐεργετουμένων πολυειδές, συμμέτρους γε μὴν ἑκάστῳ κατὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον, τὰς χορηγίας ἐπιμετρεῖ. τοὺς ἐν τῷ σκότῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους φωτίζει· διὰ τοῦτο φῶς τὸ ἀληθινόν[5]). κρίνει, κατὰ τὴν τῶν ἔργων ἀξίαν ἀντιμετρῶν τὴν ἀντίδοσιν· διὰ τοῦτο κριτὴς δίκαιος[6]). ὁ γὰρ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ[7]). ἀνίστησιν ἐκ τοῦ πτώματος τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ζωῆς πρὸς ἁμαρτίαν ὑπολισθήσαντας· διὰ τοῦτο ἀνά-

1) Matth. 12, 29. 2) 2. Tim. 2, 21. 3) Coloss. 1, 12. 13. 4) Ioan. 14, 6. 5) Ioan. 1, 9. 6) 2. Tim. 4, 8. 7) Ioan. 5, 22.

a. οὕτω γὰρ etc. Editi contra codicum mss. fidem habebant ἐνεργουμένην ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτελουμένοις. οὕτω γὰρ εὐσεβήσομεν.

imperium suae potentiae operatur in nobis. Siquidem ipsum alligavit T. III. p. 15. fortem, diripuitque vasa illius, videlicet nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abusus, fecitque vasa utilia Domino, apparatos ad omne opus bonum, per liberi arbitrii nostri praeparationem. Hoc pacto accessum ad Patrem habuimus per ipsum, translati de potestate tenebrarum in partem sortis sanctorum in lumine. Ne igitur dispensationem Filii coactum ex servili humilitate ministerium existimemus, sed voluntariam sollicitudinem ex bonitate ac misericordia iuxta voluntatem Dei et Patris erga suum figmentum exhibitam. Sic enim servabimus pietatem, si in omnibus rebus ab eo peractis et perfectam illi potentiam T. III. p. 16. testimonio nostro tribuerimus, nec usquam illum a paterna voluntate separaverimus. Quemadmodum utique cum Dominus appellatur via, ad sublimiorem intelligentiam potius, quam ad vulgarem ac communem animo ferimur. Audientes enim viam profectum eum, qui serie atque ordine per iustitiae opera et scientiae illuminationem ad perfectionem tendit, intelligimus, semper id, quod anterius est, appetentes, et ad ea, quae restant, nosmet ipsos extendentes, donec perveniamus ad beatum finem, quae est Dei cognitio, quam Dominus per sese in ipsum credentibus largitur. Revera enim bona est via, exorbitationis errorisque nescia, Dominus noster, ad Patrem, qui verum bonum est, perducens. *Nemo enim*, inquit, *venit ad Patrem nisi per me.* Talis est igitur noster ad Deum ascensus per Filium.

19. Rursus autem qualis sit etiam Patris erga nos per eundem bonorum suppeditatio, consequens iam fuerit disserere. Nimirum cum omnis natura creata tum haec visibilis tum intelligibilis ad hoc ut consistat Dei cura egeat, opifex Verbum, unigenitus Deus, opem quantum cuique opus est distribuens varia quidem et omnis generis auxilia ob varietatem eorum, qui beneficio iuvantur, sed tamen unicuique congruentia iuxta necessitatis modum dimetitur. Eos, qui in tenebris ignorantiae detinentur, illuminat; propterea lumen verum dicitur. Iudicat, iuxta operum meritum remetiens praemium; ob id iudex iustus dicitur. *Pater enim neminem iudicat, sed omne iudicium dedit Filio.* Erigit e ruina qui e sublimitate vitae ad peccatum delapsi sunt; ob id voca-

b. *ἐπορεγόμενοι.* Quidam codices *ὀρεγόμενοι,*

c. *χαρίζεται.* Sic codices mss., non ut editi *χαρίσεται.* Mox in editis *ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς πρὸς τὸν* etc. Veteres libri ut in contextu.

d. *παρὰ τοῦ πατρός. περί* in omnibus fere codicibus mss. Ibidem male in editis *καὶ δι' αὐτοῦ.* Coniunctio deest in mss.

e. *κρίνει.* Plerique codices mss. *κρινεῖ, iudicabit.* Sed tamen nihil videtur mutandum.

T. III. p. 16. στασις[1]). πάντα δὲ ποιεῖ τῇ ἐπαφῇ τῆς δυνάμεως καὶ τῷ βουλήματι ἀγαθότητός ἐνεργῶν. τοιμαίνει, φωτίζει, τρέφει, ὁδηγεῖ, ἰατρεύει, ἀνίστησιν, οὐσιοῖ τὰ μὴ ὄντα, τὰ κτισθέντα συνέχει. οὕτω τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ διὰ τοῦ υἱοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀφικνεῖται, πλείσιν τάχει τὰ καθ' ἕκαστον ἐνεργοῦντος ἢ ὡς ἂν λόγος ἐξικοιτο. οὔτε γὰρ ἀστραπαὶ οὔτε φωτὸς ἐν ἀέρι οὕτω ταχεῖα διαδρομή, οὐκ ὀφθαλμῶν ὀξεῖαι κρίσεις, οὐκ αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοήματος αἱ κινήσεις, ἀλλὰ πλέον τούτων ἕκαστον τῆς θείας ἐνεργείας κατὰ τὸ τάχος λείπεται, ἢ καθόσον τὰ νωθρότατα τῶν παρ' ἡμῖν ζώων, οὐκ ἂν εἴποιμι πτηνῶν οὐδὲ ἀνέμων ἢ τῆς τῶν οὐρανίων φορᾶς, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοῦ, κατὰ τὴν κίνησιν ὑστεροῖ. τίνος γὰρ ἂν καὶ παρατάσεως δέοιτο χρονικῆς ὁ φέρων [b]τὰ σύμπαντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ[2]), καὶ μὴ σωματικῶς ἐνεργῶν μηδὲ χειουργίας εἰς τὴν δημιουργίαν ἐπιδεόμενος, ἀλλὰ βουλήματι ἀβιάστῳ ἀκολουθοῦσαν ἔχων τὴν φύσιν τῶν γινομένων; ὡς ἡ Ἰουδίθ· ἐνόησας, φησί, καὶ παρέστησάν σοι πάντα ὅσα ἐνόησας[3]). ὅμως μέντοι ἵνα μή ποτε ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν ἐνεργουμένων περισπασθῶμεν εἰς τὸ φαντασθῆναι ἄναρχον εἶναι τὸν κύριον, τί φησιν ἡ
T. III. p. 17. αὐτοζωή; ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα[4]), καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις· οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν[5]), καὶ ἡ αὐτοτελὴς σοφία· ἐντολὴν ἔλαβον τί εἴπω καὶ τί λαλήσω[6]), διὰ πάντων τούτων πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἡμᾶς σύνεσιν ὁδηγῶν καὶ τὸ θαῦμα τῶν γινομένων ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρων, ἵνα δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα γνῶμεν. οὐ γὰρ ἐκ τῆς τῶν ἔργων διαφορᾶς ὁ πατὴρ θεωρεῖται τῷ ἰδιάζουσαν καὶ κατακεχωρισμένην ἐνέργειαν ἐπιδείκνυσθαι (ὅσα γὰρ [c]βλέπει τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ[7]), ἀλλ' ἐκ τῆς προσαγομένης αὐτῷ παρὰ τοῦ μονογενοῦς δόξης τὸ θαῦμα τῶν γινομένων καρποῦται, πρὸς τῷ μεγέθει τῶν ποιημάτων καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ ποιητῇ ἀγαλλόμενος καὶ ὑψούμενος παρὰ τῶν ἐπιγεινωσκόντων αὐτὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα καὶ δι' ὃν τὰ πάντα[7]). διὰ τοῦτό φησιν ὁ κύριος· τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν, ὡς ἐπ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῶν δημιουργημάτων ἀναγομένης, καὶ τὰ σὰ ἐμά[8]), ὡς ἐκεῖθεν [d]αὐτῷ τῆς αἰτίας τοῦ δημιουργεῖν καθηκούσης, οὐ βοηθείας χρωμένῳ πρὸς τὴν ἐνέργειαν οὐδὲ ταῖς κατὰ μέρος ἐπιτροπαῖς τὴν ἑκάστου ἔργου διακονίαν πιστευομένῳ, λειτουργικὸν γὰρ τοῦτό γε καὶ τῆς θείας ἀξίας παμπληθὲς ἀποδέον, [e]ἀλλὰ γὰρ πλήρης ὁ λόγος τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν, τοῦ πατρὸς ἀπολάμψας, πάντα ποιεῖ κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος ὁμοιότητα. εἰ γὰρ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀπαραλλάκτως ἔχει,

1) Ioan. 11, 25. 2) Hebr. 1, 3. 3) Iudith. 9, 5. 6 (4. 5. Vulg.). 4) Ioan. 6, 57. 5) Ioan. 5, 19. 6) Ioan. 12, 49. 7) Hebr. 2, 10. 8) Ioan. 17, 10.

tur resurrectio. Omnia autem facit contactu virtutis ac voluntate bo- T. III. p. 16.
nitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quae non sunt facit ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt maiore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura neque lucis per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus, sed horum quodque magis vincitur divinae operationis celeritate, quam animantia, quae sunt apud nos maxime segnia, non dicam volatilium neque ventorum neque caelestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostrae mota superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat qui portat omnia verbo virtutis suae, quique nec corporaliter operatur neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum, quae fiunt, naturam habet voluntate non coacta obsequentem? Sicuti Iudith: *Cogitasti*, inquit, *et praesto fuerunt tibi omnia, quae cogitasti.* Attamen ne forte ex magnitudine eorum, quae fiunt, rapiamur in imaginationem, ut putemus Dominum principio ca- T. III. p. 17.
rere, quid ait is, qui per se vita est? *Ego vivo propter Patrem*, et Dei virtus: *Non potest Filius a se facere quidquam.* Rursus is, qui ex se perfecta est sapientia: *Mandatum accepi quid dicam et quid loquar*, per haec omnia ducens nos ad Patris cognitionem, et admirationem eorum, quae gerebat, ad illum referens, ut per ipsum cognoscamus Patrem. Non enim ex operum differentia Pater conspicitur, quasi peculiarem atque separatam actionem exhibeat (quaecunque enim videt Patrem facientem, haec et Filius similiter facit), verum ex gloria, quae ei ab Unigenito defertur, operum miraculum carpit, dum praeter operum magnitudinem de ipso etiam auctore operum gloriatur, et exaltatur ab iis, qui agnoscunt eum Patrem Domini nostri Iesu Christi, *Per quem omnia et propter quem omnia.* Ideo dicit Dominus: *Omnia mea tua sunt*, ut ad ipsum originem rerum conditarum referens, *Et tua mea*, ut inde principia creandi accipiens, non quod auxiliis utatur ad operandum, neque quod ei particularibus mandatis uniuscuiusque operis ministerium concredatur, nam istud quidem servile et a divina dignitate immenso semotum intervallo, sed quod Verbum paternis bonis plenum, resplendens a Patre, omnia facit ad similitudinem eius, qui ipsum genuit. Nam si iuxta essentiam nihil differt a Patre, nec

a. ᾖται. Sic editio Paris. ac Reg. secundus. Quinque alii et editio Basil. ᾖπαι.

b. τὰ σύμπαντα. Sic codices sex, et paulo post χειρουργίας. Editi τὰ πάντα et χειρῶν ἐργασίας.

c. βλέπει. Sic antiqui codices, editi βλέπῃ. Non multo post sic habet Reg. secundus: δι' οὗ τὰ πάντα καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα.

d. αὐτῷ. Sic plerique codices mss., melius multo quam in editione Paris. et secunda Basileensi αὐτοῦ.

e. ἀλλὰ γὰρ πλήρης. Quamvis codices mss. habeant ἀλλὰ πλήρης γέρ, praeferenda tamen videtur vulgata scriptura.

T. III. p. 17. ἀπαραλλάκτως ἔξει καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. ὧν δὲ ἡ δύναμις ἴση, ἴση που πάντως καὶ ἡ ἐνέργεια. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία[1]). καὶ οὕτω πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, οὐκ ὀργανικήν τινα οὐδὲ δουλικὴν ὑπηρεσίαν πληροῦντος, ἀλλὰ δημιουργικῶς τὸ πατρικὸν ἐπιτελοῦντος θέλημα.

Ὅταν οὖν λέγῃ· ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, καὶ πάλιν· καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατήρ, οὕτω λαλῶ[2]), καὶ, ὁ λόγος, ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμός, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με, καὶ ἑτέρωθι· καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατήρ, οὕτω ποιῶ[3]), οὐκ ἀπροαίρετος ὢν οὐδὲ ἀνόρμητος οὐδὲ τὸ ἐκ τῶν συνθημάτων ἐνδόσιμον ἀναμένων ταῖς τοιαύταις χρῆται φωναῖς, ἀλλὰ δηλῶν τὴν οἰκείαν γνώμην ἡνωμένως καὶ ἀδιαστάτως τοῦ πατρὸς ἐχομένην. ἆρα οὖν καὶ τὴν λεγομένην ἐντολὴν μὴ λόγον προστακτικὸν διὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων ἐξαγγελλόμενον [b]ἐκδεχώμεθα περὶ τῶν ποιητέων τῷ υἱῷ ὡς ὑπηκόῳ νομοθετοῦντα, ἀλλὰ θεοπρεπῶς νοῶμεν θελήματος δόσιν οἱόν τινος μορφῆς [c]ἔμφασιν ἐν κατόπτρῳ ἐκ πατρὸς εἰς υἱὸν ἀχρόνως δικνουμένην. ὁ γὰρ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ[4]), ὥστε πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ[5]) τοῦ υἱοῦ ἐστιν, οὐ κατὰ μικρὸν προσγινόμενα, ἀλλ' ἀθρόως παρόντα. οὐ γὰρ δήπου ἐν μὲν ἀνθρώποις ὁ τὴν τέχνην ἐκδιδαχθεὶς καὶ παγίαν αὐτῆς διὰ τῆς χρονίας μελέτης ἔχων τὴν ἕξιν ἐνιδρυμένην δύναται λοιπὸν κατὰ τοὺς ἐναποκειμένους αὐτῷ τῆς ἐπιστήμης λόγους καθ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖν· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ σοφία, ὁ δημιουργὸς [d]πάσης κτίσεως, ὁ ἀεὶ τέλειος, ὁ ἀδιδάκτως σοφός, ἡ τοῦ Θεοῦ
T. III. p. 18. δύναμις, ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι[6]), τῆς κατὰ μέρος ἐπιστασίας προσδεῖται τὸν τρόπον αὐτῷ καὶ τὸ μέτρον τῶν ἐνεργειῶν ὁριζούσης. ἦπου σύ γε καὶ παιδαγωγεῖον ἀνοίξεις ἐν τῇ ματαιότητί σου τῶν λογισμῶν, καὶ τὸν μὲν προκαθῆσθαι ποιήσεις ἐν διδασκάλου τάξει, τὸν δὲ παρεστάναι ἐν μαθητοῦ ἀπειρίᾳ, εἶτα ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις τῶν διδαγμάτων ἐκμανθάνοντα τὴν σοφίαν καὶ προβιβαζόμενον εἰς τὸ τέλειον. ἐκ δὲ τούτου, ἐὰν ἄρα εἰδῇς τὸ ἐν λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώζειν, εὑρήσεις ἀεὶ μὲν τὸν υἱὸν διδασκόμενον, οὐδέ ποτε δὲ φθάσαι [e]πρὸς τὸ τέλειον δυνάμενον, διὰ τὸ ἄπειρον μὲν εἶναι τοῦ πατρὸς τὴν σοφίαν, ἀπείρου δὲ τέλος καταληφθῆναι μὴ δύνασθαι. ὥστε ὁ μὴ διδοὺς πάντα ἔχειν ἐξ ἀρχῆς τὸν υἱὸν οὐδέποτε δώσει πρὸς τὸ τέλειον ἧξειν. ἀλλὰ γὰρ αἰσχύνομαι τὸ ταπεινὸν

1) 1. Cor. 1, 24. 2) Ioan. 12, 49. 50. 3) Ioan. 14, 24. 31. 4) Ioan. 5, 20. 5) Ioan. 16, 15. 6) Col. 2, 3.

potentia etiam a Patre differret. Porro quorum aequalis est potentia, T. III. p. 17. horum omnino aequalis est et operatio. Christus siquidem Dei virtus est et Dei sapientia. Et sic omnia per ipsum facta sunt, omniaque per ipsum et in ipsum condita sunt, non quod instrumentali quodam ac servili ministerio fungatur, sed quod tanquam Conditor paternam impleat voluntatem.

20. Itaque cum ait: *Ego ex me ipso loquutus non sum*, et rursum: *Sicut dixit mihi Pater, ita loquor*, et *Sermo, quem auditis, non est meus, sed eius, qui misit me*, et alibi: *Quemadmodum mandavit mihi Pater, sic facio*; non quod careat libero arbitrio ac voluntatis motu, neque quod ex datis signis veniam ac licentiam agendi expectet, ideo talibus utitur verbis, sed ut declaret propriam voluntatem coniuncte atque inseparabiliter Patri adhaerentem. Proinde quod dicitur mandatum, ne sermonem imperiosum per vocalia organa prolatum intelligamus Filio velut subdito praescribentem quid facere debeat, sed iuxta sensum Deo dignum intelligamus voluntatis communicationem veluti formae cuiuspiam in speculo imaginem a Patre in Filium sine tempore demanantem. *Pater enim diligit Filium et omnia ostendit illi.* Itaque quaecunque habet Pater Filii sunt, non quod haec illi paulatim accrescant, sed adsunt semel universa. Non enim inter homines qui artem perdidicit ac diutina exercitatione firmum artis in animo fixumque habitum gerit, deinceps potest iuxta scientiae rationes, quas in mente tenet, per sese operari; Dei vero sapientia, architectus universae creaturae, semper perfectus, citra doctorem sapiens, Dei virtus, *in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae occulti*, eget speciali mandato, quo ei modus ac mensura operationum praefiniatur. T. III. p. 18. Scilicet tu quidem etiam paedagogeum aperies in vanitate cogitationum tuarum, et hunc quidem facies praesidentem loco doctoris, illum vero adstantem cum discipuli imperitia, dein paulatim additis praeceptionibus discentem sapientiam et ad perfectionem procedentem. At ex hoc, si modo noveris consequentiam, quae est in ratiocinationibus, observare, invenies Filium semper quidem discere, nec unquam ad perfectionem pervenire posse, eo quod infinita sit Patris sapientia, nec infinitae rei finis possit apprehendi. Itaque qui non concesserit Filium ab initio habere omnia, nunquam concessurus est illum ad perfectionem perventurum. Sed pudet me istius humilis cogitationis, in quam e ser-

a. *καθώς*. Male in editis ante hanc vocem additur coniunctio *καί*, quae abest a mss. Aliquanto post duo codices *κέχρηται φωναῖς*.

b. *ἐκδεχώμεθα*. Unus codex *ἐπιδεχώμεθα*. Alius *ἐπιδεχόμεθα*. Duo alii *ἐκδεχόμεθα*.

c. *ἔμφασιν*. Tres codices *ἔνδοσιν*.

d. *πάσης*. Tres mss. *ἀπάσης*.

e. *πρὸς τὸ τέλειον*. Sic Regii primus et tertius cum Colbert., quae scriptura paulo post confirmatur verbis *πρὸς τὸ τέλειον ἥξειν*. Editi *πρὸς τὸ τέλος* in primo loco.

T. III. p. 18. τῆς ἐννοίας, εἰς ἣν ἐκ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας [a]ὑπήχθην, ἐπὶ οὗν τὰ ὑψηλὰ τοῦ λόγου πάλιν ἐπανέλθωμεν.

Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα[1]), οὐ τὸν χαρακτῆρα οὐδὲ τὴν μορφήν, καθαρὰ γὰρ συνθέσεως ἡ θεία φύσις, ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν τοῦ θελήματος, ὅπερ σύνδρομον ὂν τῇ οὐσίᾳ ὅμοιον καὶ ἴσον, μᾶλλον δὲ ταὐτὸν ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ θεωρεῖται. τί οὖν τὸ γενόμενος [b]ὑπήκοος[2]), καὶ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν[3]); ὅτι ἐκ τοῦ πατρὸς τῷ υἱῷ τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνεργῆσαι [c]κατ' ἀγαθότητα. σὺ δὲ κἀκείνων ἄκουε, ὅτι Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου[4]), καὶ ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε[5]). πρόσεχε δὲ ἀκριβῶς καὶ ταῖς φωναῖς τοῦ κυρίου, ὅτι ὅταν ἡμᾶς [d]περὶ τοῦ πατρὸς ἐκπαιδεύσῃ, οἷδε ταῖς αὐθεντικαῖς καὶ δεσποτικαῖς κεχρῆσθαι φωναῖς, λέγων· θέλω, καθαρίσθητι[6]), καὶ σιώπα, πεφίμωσο[7]), καὶ ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν[8]), καὶ τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν δαιμόνιον, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω[9]) καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἵνα διὰ τούτων μὲν τὸν δεσπότην ἡμῶν καὶ ποιητὴν γνωρίσωμεν, δι' ἐκείνων δὲ τὸν πατέρα τοῦ δεσπότου ἡμῶν καὶ ποιητοῦ διδαχθῶμεν. οὕτω πανταχόθεν ὁ λόγος ἀληθὴς ἐπιδείκνυται, ὅτι τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν πατέρα οὔτε ἀτελῆ τοῦ πατρὸς τὴν δημιουργίαν συνίστησιν οὔτε ἄτονον τοῦ υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὸ ἡνωμένον τοῦ θελήματος [e]παριστᾷ. ὥστε ἡ δι' οὗ φωνὴ ὁμολογίαν τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ἔχει, οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου παραλαμβάνεται.

T. III. p. 19. Ἀφοριστικαὶ ἔννοιαι περὶ τοῦ πνεύματος τῇ τῶν γραφῶν ἀκολουθοῦσαι [f]διδασκαλίᾳ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος τὰς κοινὰς ἡμῶν ἐννοίας ὁποῖαί τινές εἰσιν ἐξετάσωμεν, τάς τε ἐκ τῶν γραφῶν περὶ αὐτοῦ συναχθείσας ἡμῖν καὶ ἃς ἐκ τῆς ἀγράφου παραδόσεως τῶν πατέρων διεδεξάμεθα. πρῶτον μὲν οὖν τίς ἀκούσας τῶν προσηγοριῶν

1) Ioan. 14, 9. 2) Phil. 2, 8. 3) Rom. 8, 32. 4) Gal. 3, 13. 5) Rom. 5, 8. 6) Matth. 8, 3. 7) Marc. 4, 39. 8) Matth. 5, 22 et al. 9) Marc. 9, 25.

a. ὑπήχθην. Sic codices mss. Editi vero ὑπηνέχθην. Nec multo post veteres quatuor libri ἀνέλθωμεν. Subinde editi ante verba ἑώρακε τὸν πατέρα addunt φησίν, quod abest a codicibus mss. et prima Basileensi editione.

b. ὑπήκοος. Editi addunt μέχρι θανάτου, sed praeter codicum mss. fidem. Ibidem editi et nonnulli codices παρέδωκεν ἑαυτόν. Sed cum sensus postulet, ut Filius a Patre traditus dicatur, sequi maluimus duos Regios codices, qui cum Colbertino habent αὐτόν. Praeterea manifestum est caput octavum Epist. ad Romanos citari, non quintum Ep. ad Ephesios [v. 2.], ubi non legitur *pro omnibus*.

monis serie deductus sum. Igitur ad ea, quae sunt in oratione sublimia, iterum revertamur. T. III. p. 18.

21. *Qui vidit me vidit Patrem*, non figuram, non formam, pura enim est a compositione divina natura, sed bonitatem voluntatis, quae cum essentia concurrens similis et aequalis, imo potius eadem in Patre et Filio intelligitur. Quid igitur sibi vult illud: *Factus obediens*? item illud: *Pro nobis omnibus tradidit eum*? Significatur videlicet Filium a Patre hoc habuisse, ut pro sua bonitate operaretur pro hominibus. Tu vero et illa audito: *Christus nos redemit a maledicto legis*, item: *Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Diligenter autem attende etiam verba Domini, quod postquam nos de Patre erudivit, authenticis et herilibus vocibus uti solet, dicens: *Volo, mundare*, et *Tace, obmutesce*, et *Ego autem dico vobis*, et illud: *Mutum et surdum daemonium, ego tibi praecipio*, et quaecunque alia id genus, ut ex his quidem Dominum et Conditorem nostrum cognosceremus, per illa vero Patrem Domini et Conditoris nostri disceremus. Ita doctrina undelibet vera monstratur, scilicet ex eo quod Pater per Filium creet, neque propterea Patris vim creandi imperfectam argui neque Filii operationem ostendi infirmam, sed voluntatis unitatem coniunctionemque declarari. Itaque haec vox *per quem* confessionem habet causae principalis, non autem sumitur ad insectationem ac reprehensionem causae efficientis.

Propriae ac distinctae de Spiritu notiones doctrinae Scripturarum congruentes. T. III. p. 19.

CAPUT IX.

22. Iam vero etiam de Spiritu communes nostrae notiones cuiusmodi sint expendamus, tum eas, quae nobis de illo e Scripturis collectae sunt, tum eas, quas Patrum traditione non scripta accepimus. Primum igitur quis auditis Spiritus appellationibus animo non erigitur

c. *κατ' ἀγαθότητα.* Reg. secundus *κατὰ υἱότητα, secundum filiationem.*

d. *περὶ τοῦ πατρός.* Legendum contendit Combefisius *ἐν περὶ τοῦ πατρός*, sicque reddendum: *cum de Patre non erudiret. Sic meo periculo emendes*, inquit, *quidquid decoquat Erasmus, et antiquo errore repraesentent codices.* Sed doctissimi viri emendationem explodit codicum mss. auctoritas, ac ipsius etiam contextus clara et perspicua sententia, si sic interpretemur: *Postquam nos de Patre erudivit*; non ut Erasmus, *cum nos de Patre erudiret.*

e. *παριστᾷ.* Duo codices *παρίστησιν.*

f. *διδασκαλίᾳ.* Addunt editi *καὶ ὅτε δεσπότης τὸ πνεῦμα*, sed haec absunt a quinque codicibus mss. Statim editi *περὶ ἁγίου πνεύματος.* Sed vox *ἁγίου* non reperitur in mss.

T. III. p. 19. τοῦ πνεύματος οὐ διανίσταται τῇ ψυχῇ καὶ πρὸς τὴν ἀνωτάτω φύσιν τὴν ἔννοιαν ὑπεραίρει; πνεῦμα γὰρ θεοῦ εἴρηται, καὶ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται[1]), πνεῦμα εὐθές, [a]πνεῦμα ἡγεμονικόν[2]). πνεῦμα ἅγιον ἡ κυρία αὐτοῦ καὶ ἰδιάζουσα κλῆσις· ὅπερ δὴ μάλιστα [b]παντὸς τοῦ ἀσωμάτου καὶ καθαρῶς ἄϋλου τε καὶ ἀμεροῦς ὄνομά ἐστι. διὸ καὶ ὁ κύριος τὴν ἐν τόπῳ προσκυνεῖσθαι τὸν θεὸν [c]ἡγουμένην διδάσκων ὅτι ἀπερίληπτον τὸ ἀσώματον, πνεῦμα, φησίν, ὁ θεός[3]). οὐ τοίνυν δυνατὸν πνεῦμα ἀκούσαντα περιγεγραμμένην φύσιν ἐντυπῶσαι τῇ διανοίᾳ ἢ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑποκειμένην ἢ ὅλως ὁμοίαν τῇ κτίσει, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνωτάτω ταῖς ἐννοίαις χωροῦντα νοερὰν οὐσίαν ἐπάναγκες ἐννοεῖν, ἄπειρον κατὰ δύναμιν, μεγέθει ἀπεριόριστον, χρόνοις ἢ αἰῶσιν ἀμέτρητον, ἄφθονον ὧν ἔχει καλῶν, πρὸς ὃ πάντα ἐπέστραπται τὰ ἁγιασμοῦ προσδεόμενα, οὗ πάντα ἐφίεται τὰ κατ' ἀρετὴν ζῶντα οἷον ἐπαρδόμενα τῇ ἐπιπνοίᾳ καὶ βοηθούμενά πρὸς τὸ οἰκεῖον ἑαυτοῖς καὶ κατὰ φύσιν τέλος, τελειωτικὸν τῶν ἄλλων, αὐτὸ δὲ οὐδαμοῦ ἐλλεῖπον, οὐκ [d]ἐπισκευαστῶς ζῶν, ἀλλὰ ζωῆς χορηγόν, οὐ προσθήκαις αὐξανόμενον, ἀλλὰ [e]πλῆρες εὐθύς, ἐν ἑαυτῷ ἱδρυμένον, καὶ πανταχοῦ ὄν, ἁγιασμοῦ γένεσις, φῶς νοητόν, πάσῃ δυνάμει λογικῇ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν οἷόν τινα καταφάνειαν δι' ἑαυτοῦ παρεχόμενον, ἀπρόσιτον τῇ φύσει, χωρητὸν δι' ἀγαθότητα, πάντα μὲν πληροῦν τῇ δυνάμει, μόνοις δὲ ὃν μεθεκτὸν τοῖς ἀξίοις, οὐχ ἑνὶ μέτρῳ μετεχόμενον, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως διαιροῦν τὴν ἐνέργειαν, ἁπλοῦν τῇ οὐσίᾳ, ποικίλον ταῖς δυνάμεσιν, ὅλον ἑκάστῳ παρὸν καὶ ὅλον ἁπανταχοῦ ὄν, ἀπαθῶς μεριζόμενον καὶ [f]ὁλοσχερῶς μετεχόμενον, κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, ἧς ἡ χάρις τῷ ἀπολαύοντι ὡς μόνῳ παροῦσα καὶ γῆν ἐπιλάμπει καὶ θάλασσαν καὶ τῷ ἀέρι ἐγκέκραται, οὕτω δὴ
T. III. p. 20. καὶ τὸ πνεῦμα ἑκάστῳ τῶν δεκτικῶν ὡς μόνῳ παρὸν διαρκῆ τοῖς πᾶσι τὴν χάριν ὁλόκληρον ἐπαφίησιν, οὗ ἀπολαύει τὰ μετέχοντα ὅσον αὐτὰ [e]πέφυκεν, οὐχ ὅσον ἐκεῖνο δύναται.

1) Ioan. 15, 26. 2) Ps. 51 [50. LXX.], 12. 14. 3) Ioan. 4, 24.

a. *πνεῦμα ἡγεμονικόν.* Sic repetunt hanc vocem libri veteres.

b. *παντός.* Sic codices mss. et editio prima Basil. In aliis editionibus legitur *πάντων.*

c. *ἡγουμένην.* Male in editis additum fuerat *ψυχήν,* quae vox nec in mss. codicibus legitur, et sententiae nitorem perturbat. Similis locus infra occurrit de eadem muliere Samaritana cap. 26. n. 64., ubi pariter non legitur *ψυχήν.*

d. *ἐπισκευαστῶς.* Sic omnes codices mss. Editi *ἐπισκευαστικῶς.*

e. *πλῆρες εὐθύς.* Sic omnes codices mss. Male in editis *πλῆρες, εὐθές.*

f. *ὁλοσχερῶς μετεχόμενον.* Immerito vituperat interpretationem Erasmi Combefisius, ac vertendum esse pronuntiat: *qui integre, in totum plane participetur.* Nam Basilius, qui probat hoc loco immensitatem Spiritus sancti, num dicere potuit eum a rebus creatis *plene et in totum* percipi? At Spiritum ita dividi et communicari, ut totus et integer maneat, senten-

et ad supremam naturam cogitationem non attollit? Nam Spiritus Dei dictus est, et Spiritus veritatis, qui ex Patre procedit, Spiritus rectus, Spiritus principalis. Spiritus sanctus propria est illius ac peculiaris appellatio; quod sane nomen omnium maxime rem incorpoream et ab omni materia puram et incompositam declarat. Quapropter et Dominus cum eam, quae Deum in loco adorari existimabat, edoceret rem incorpoream comprehendi non posse, *Spiritus*, inquit, *est Deus*. Proinde fieri non potest ut qui audit Spiritum, naturam loco circumscriptam aut mutationibus et alterationibus obnoxiam aut omnino creaturae similem sibi animo fingat, sed ad id, quod summum est, cogitatione progrediens intelligentem substantiam cogitet necesse est, virtute infinitam, magnitudine incircumscriptam, nec temporum nec saeculorum dimensionem recipientem, ea quae habet bona large impartientem, ad quem omnia convertuntur, quae egent sanctificatione, quem omnia appetunt iuxta virtutem viventia, cuius afflatu velut irrigantur et adiuvantur, ut perveniant ad proprium suum naturalemque finem, qui perficit caetera, ipse vero in nullo deficit, qui non vivit per instaurationem, sed vitam suppeditat, nec accessionibus augescit, sed statim plenus est, qui in se ipso firmatur, et nusquam non adest, origo sanctificationis, lux intelligibilis, universae potentiae rationali ad veritatis investigationem velut illustrationem quandam ex sese praebens, natura inaccessus, sed qui capi possit ob benignitatem, omnia quidem implens virtute, sed solis iis, qui digni sunt, communicabilis, quibus sese non eadem impertit mensura, sed iuxta proportionem fidei dispertitur vim suam, simplex essentia, varius potentiis, qui singulis totus adest et totus ubique est, qui sic dividitur, ut ipse nihil patiatur, cuius sic omnes participes sunt, ut ipse maneat integer, radii solaris in morem, cuius beneficium fruenti tanquam uni adest, et tamen terram ac mare illustrat misceturque aeri; sic et Spiritus sanctus, unicuique capacium cum adsit quasi soli, sufficientem omnibus gratiam ac integram infundit, quo fruuntur quaecunque de illo participant, quantum ipsis fas est natura, non quantum ille potest.

T. III. p. 19.

T. III. p. 20.

tia est Basilio digna et sanctis Patribus notissima. Unum ex omnibus proferam Ambrosium, qui Basilium imitatur et illustrat. *Non enim totum effudit*, inquit lib. 1. de Spiritu sancto cap. 8., *sed quod effudit, omnibus abundavit. Quod igitur nobis satis esse iudicavit, effudit: et quod effusum est, non separatum est nec incisum: sed unitatem habet, quo aciem nostri cordis illuminet pro nostrae possibilitate virtutis. Denique tantum capimus, quantum profectus nostrae mentis acquirit. Inseparabilis est enim plenitudo gratiae spiritalis, sed nobis pro nostrae participatur facultate naturae.* Vide Basilii Homiliam de Fide [T. II.] p. 133. Paulo post editi τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Mss. ut in contextu.

g. πέφυκεν. Mendose in editis additur δύνασθαι, quod a nostris codicibus mss. abest. Videtur Erasmus legisse οὐχ ὅσον αὐτὰ πέφυκεν, ἀλλ' ὅσον ἐκεῖνο δύνασται. Sic enim reddit: *non quantum ipsa natura sua possunt capere, sed quantum potest ille.* Funestissimam vocat hanc

T. III. p. 20. Οἰκείωσις δὲ πνεύματος πρὸς ψυχὴν οὐχ ὁ διὰ τόπου προσεγγισμός (πῶς γὰρ ἂν πλησιάσαις τῷ ἀσωμάτῳ σωματικῶς;), ἀλλ' ὁ χωρισμὸς τῶν παθῶν, ἅπερ ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν σάρκα φιλίας ὕστερον ἐπιγινόμενα τῇ ψυχῇ τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἰκειότητος ἠλλοτρίωσε. καθαρθέντα δὴ οὖν ἀπὸ τοῦ αἴσχους, ὃ ἀνεμάξατο διὰ τῆς κακίας, καὶ πρὸς τὸ ἐκ φύσεως κάλλος ἐπανελθόντα καὶ οἷον εἰκόνι βασιλικῇ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν διὰ καθαρότητος ἀποδόντα, οὕτως ἔστι μόνως προσεγγίσαι τῷ παρακλήτῳ. ὁ δ' ὥσπερ ἥλιος κεκαθαρμένον ὄμμα παραλαβὼν δείξει σοι ἐν ἑαυτῷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου, ἐν δὲ τῷ μακαρίῳ τῆς εἰκόνος θεάματι τὸ ἄῤῥητον ὄψει τοῦ ἀρχετύπου κάλλος. διὰ τούτου καρδιῶν [a]ἀνάβασις, χειραγωγία τῶν ἀσθενούντων, τῶν προκοπτόντων τελείωσις. τοῦτο τοῖς ἀπὸ πάσης κηλῖδος κεκαθαρμένοις ἐλλάμπον τῇ πρὸς ἑαυτὸ κοινωνίᾳ πνευματικοὺς ἀποδείκνυσι, καὶ ὥσπερ τὰ λαμπρὰ καὶ διαφανῆ τῶν σωμάτων ἀκτῖνος αὐτοῖς [b]ἐμπεσούσης αὐτά τε γίνεται περιλαμπῆ καὶ ἑτέραν αὐγὴν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστίλβει, οὕτως καὶ αἱ πνευματοφόροι ψυχαὶ ἐλλαμφθεῖσαι παρὰ τοῦ πνεύματος αὐταί τε ἀποτελοῦνται πνευματικαὶ καὶ εἰς ἑτέρους τὴν χάριν ἐξαποστέλλουσιν. ἐντεῦθεν μελλόντων πρόγνωσις, μυστηρίων σύνεσις, κεκρυμμένων κατάληψις, χαρισμάτων διανομαί, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, ἡ μετὰ ἀγγέλων χορεία, ἡ ἀτελεύτητος εὐφροσύνη, ἡ ἐν Θεῷ διαμονή, ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις, τὸ ἀκρότατον τῶν ὀρεκτῶν Θεὸν γενέσθαι. αἱ μὲν οὖν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔννοιαι ἡμῖν, ἃς περὶ τοῦ μεγέθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῶν ἐνεργημάτων ὑπ' αὐτῶν τῶν λογίων τοῦ πνεύματος φρονεῖν ἐδιδάχθημεν, ὡς ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν παραθέσθαι, τοιαῦται· [d]ἤδη δὲ πρὸς ἀντιλογικοὺς χωρητέον, πειρωμένους ἐλέγχειν τὰς ἀντιθέσεις τὰς ἐκ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἡμῖν προβαλλομένας.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ χρῆναι συντάσσειν πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Οὐ χρή, φασί, πατρὶ καὶ υἱῷ συντετάχθαι τὸ ἅγιον πνεῦμα διά τε τὸ τῆς φύσεως ἀλλότριον καὶ τὸ τῆς ἀξίας καταδεές. πρὸς οὓς δίκαιον τὴν τῶν ἀποστόλων φωνὴν ἀποκρίνασθαι, ὅτι πει-

interpretationem Combefisius; sed tamen hic Erasmi videtur esse sensus, Spiritus sancti gratiam non ex hominum infirmitate, sed ex illius omnipotentia pendere.

a. ἀνάβασις. Sic quinque codices, alius cum editis ἀναβάσεις. Ibidem χειραγωγίαι in uno codice.

b. ἐμπεσούσης. Duo edd. ἐπιπεσούσης.

23. Spiritus autem cum anima coniunctio non fit loci propin- T. III. p. 20. quitate (nam qui fiat ut ad incorporeum corporaliter accedas?), sed a cupiditatibus recessu, quae post accesserunt animae propter amicitiam erga carnem et a Dei consortio alienarunt. Itaque si quis ab eo quod vitii labe contraxerat probro purgetur atque ad nativam pulcritudinem reversus velut regiae imagini formam veterem per puritatem reddat, hoc uno demum modo potest ad Paracletum appropinquare. Ille autem veluti sol purum nactus oculum ostendet tibi in se ipso imaginem illius, qui videri non potest. In beata autem huius imaginis contemplatione videbis ineffabilem archetypi pulcritudinem. Per hunc corda sustolluntur in altum, manu ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur. Hic eis, qui ab omni sorde purgati sunt, illucescens per communionem, quam cum ipso habent, spirituales reddit. Et quemadmodum corpora nitida pellucidaque contacta radio fiunt et ipsa supra modum splendida et alium fulgorem ex sese profundunt, ita animae, quae Spiritum ferunt illustranturque a Spiritu, fiunt et ipsae spirituales et in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum praescientia, mysteriorum intelligentia, occultorum comprehensio, donorum distributiones, caelestis conversatio, cum Angelis chorea, hinc gaudium nunquam finiendum, hinc in Deo perseverantia, hinc similitudo cum Deo, et quo nihil sublimius expeti potest, hinc est ut deus fias. Communes igitur nostrae notiones de sancto Spiritu, quas de magnitudine dignitateque illius deque operationibus ab ipsis Spiritus eloquiis sentire didicimus, ut e multis pauca afferamus, sic habent. Nunc autem ad contradicendi cupidos veniendum est, conabimurque illorum obiectiones refellere, quas e falsi nominis scientia nobis proponunt.

Adversus eos, qui dicunt non oportere Patri et Filio adiungere Spiritum sanctum.

CAPUT X.

24. Non oportet, inquiunt, Patri et Filio adiungere Spiritum sanctum, partim eo quod sit alienae naturae, partim quod dignitate sit inferior. Quibus aequum est ut Apostolorum verbis respondeamus:

c. *ἀτελεύτητος*. Duo Regii codices *ἀτέλεστος*. Ibidem antiqui tres libri *ἡ ξνθεος διανομή*.

d. *ἤδη δέ*. Hic incipit caput decimum in quinque veteribus libris.

e. *ἀποχρίνασθαι*. Codices nonnulli *ἀποχρίνεσθαι*.

T. III. p. 20. θαρχεῖν θεῷ δεῖ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις[1]). εἰ γὰρ ὁ μὲν κύριος σαφῶς ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος προσέταξε τοῖς μαθηταῖς βαπτίζειν πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος[2]), οὐκ ἀπαξιῶν τὴν πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν,
T. III. p. 21. οὗτοι δὲ μὴ χρῆναι αὐτὸ πατρὶ καὶ υἱῷ συντάσσειν λέγουσι· πῶς οὐχὶ τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ προδήλως ἀνθίστανται; εἰ μὲν γὰρ οὐκ εἶναί φασι τὴν τοιαύτην σύνταξιν κοινωνίας τινὸς καὶ συναφείας δηλωτικήν, εἰπάτωσαν τί μὲν νομίζειν τοῦτο προσήκει. τίνα δὲ ἕτερον συναφείας τρόπον οἰκειότερον ἔχουσι; καίτοιγε εἰ μὴ συνῆψεν ὁ κύριος ἑαυτῷ καὶ τῷ πατρὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τὸ βάπτισμα, [a]μηδὲ ἡμῖν τὴν συνάφειαν ἐγκαλείτωσαν, οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς ἀλλοιότερον οὔτε φρονοῦμεν οὔτε φθεγγόμεθα. εἰ δὲ συνῆπται ἐκεῖ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀναιδὴς ὥστε ἄλλο τι φῆσαι, μηδ' οὕτως ἡμῖν ἐγκαλείτωσαν, εἰ τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθοῦμεν.

Ἀλλ' ἡ μὲν παρασκευὴ τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου [b]ἐξήρτυται, καὶ πᾶσα διάνοια πρὸς ἡμᾶς τέταται, καὶ γλῶσσαι βλασφήμιον ὧδε τοξεύουσι σφοδρότερον βάλλουσαι, ἢ τὸν Στέφανον τότε τοῖς λίθοις οἱ χριστοφόνοι. μὴ λανθανέτωσαν δέ, ὅτι πρόσχημα μὲν ἡμᾶς ὁ πόλεμος ἔχει, ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν γινομένων πρὸς τὸ ὕψος βλέπει. ὥστε ἐφ' ἡμᾶς μὲν δῆθεν τὰς μηχανὰς καὶ τὰς ἐνέδρας διασκευάζονται καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύονται ἐπιβοηθεῖν, ὡς ἕκαστος ἔχει ἐμπειρίας ἢ ῥώμης, πίστις δέ ἐστι τὸ πολεμούμενον, καὶ κοινὸς σκοπὸς ἅπασι τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐχθροῖς τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κατασεῖσαι ἐκ τοῦ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐδαφισθεῖσαν ἀφανισθῆναι. διὰ τοῦτο ὡς τῶν χρεωφειλετῶν [c]οἱ δῆθεν εὐγνώμονες τὰς ἐκ τῶν ἐγγράφων ἀποδείξεις ἐπιβοῶνται, τὴν ἄγραφον τῶν πατέρων μαρτυρίαν ὡς οὐδενὸς ἀξίαν ἀποπεμπόμενοι. ἀλλ' οὐ γὰρ ὑφησόμεθα τῆς ἀληθείας, οὐδὲ δειλίᾳ τὴν συμμαχίαν προδώσομεν. εἰ γὰρ ὁ μὲν κύριος ὡς ἀναγκαῖον καὶ σωτήριον δόγμα τὴν μετὰ πατρὸς σύνταξιν τοῦ ἁγίου πνεύματος παραδέδωκε, τοῖς δὲ οὐχ οὕτω δοκεῖ, ἀλλὰ διαιρεῖν καὶ διασπᾷν καὶ ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν λειτουργικὴν [d]μετοικίζειν· πῶς οὐκ ἀληθὲς ὅτι τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν κυριωτέραν ποιοῦνται τῆς τοῦ δεσπότου νομοθεσίας; φέρε δὴ οὖν πᾶσαν φιλονεικίαν καταβαλόντες οὕτω περὶ τῶν ἐν χερσὶ πρὸς ἀλλήλους διασκεψώμεθα.

1) Act. 5, 29. 2) Matth. 28, 19.

a. *μηδὲ ἡμῖν.* Haec scriptura, quam Erasmus in interpretando sequitur, bilem movit Combefisio, ac legendum esse contendit, ut in quatuor mss. reperimus, *τότε ἡμῖν, Tunc nobis vitio vertant, quod eos coniungimus.* Sed prorsus immerito Erasmum vellicat, qui multo melius sententiae seriem perspexit. Fert enim conditionem adversariis Basilius, eosque undique constrictos tenet, ut verbis *In nomine Patris*

Deo oportet obedire magis quam hominibus. Nam si Dominus aperte in tradendo salutifero baptismate praecepit discipulis, ut baptizarent omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, haud dedignatus cum illo consortium, contra isti dicunt non oportere Spiritum Patri Filioque coniungere; an non Dei praecepto palam adversantur? Etenim si dicunt huiusmodi coniunctione non declarari ullam communionem aut consortium, dicant quidnam conveniat hoc existimare, et quam aliam afferant magis peculiarem consortii rationem? Et quidem si Dominus sibi et Patri non adiunxit Spiritum in baptismo, neque etiam nobis vitio vertant quod eos coniungimus. Nihil enim nos diversum neque sentimus neque loquimur. Sin autem illic coniunctus est Patri et Filio Spiritus, nec quisquam est adeo impudens, ut aliud quidquam dicat; ne sic quidem nos in ius vocent, si Scripturas sequimur. T. III. p. 20. T. III. p. 21.

25. Sed belli adversum nos apparatus instructus est, omnisque cogitatio intenta est in nos, et linguae maledicorum hic vehementius iaculantur, quam ii, qui Christum occiderant, olim lapidibus impetierunt Stephanum. Verum ne consequantur, ut lateat nos quidem esse belli occasionem, sed quae aguntur revera ad excelsum spectare. Itaque in nos quidem machinas et insidias instruunt seque mutuo exhortantur ad ferendas suppetias, ut quisque peritia aut robore valet. Caeterum id, quod oppugnatur, fides est, isque scopus communis est omnibus adversariis et sanae doctrinae inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant apostolicam traditionem solo aequatam abolendo. Eapropter, sicut solent qui bonae fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti reiicientes. At de tuenda veritate nihil remittemus neque ignavia a ferendis illi auxiliis desistemus. Etenim si Dominus nobis ut necessarium ac salutare dogma Spiritus cum Patre coniunctionem tradidit, his autem non ita videtur, sed dividere ac distrahere Spiritum et ad servilem naturam detrudere; an non verum est apud illos blasphemiam ipsorum plus habere ponderis quam Domini praescriptum? Agedum igitur omni contentione deposita ita de iis, quae in manibus sunt, inter nos disceptemus.

et Filii et Spiritus sancti vel Spiritum cum Patre et Filio coniungi negent, vel fateantur. Si coniungi negent, neque etiam se coniunctionis nomine incusari ab illis debere, cum nihil dicat neque sentiat ab hoc testimonio diversum, nec magis ex suis quam ex Christi verbis coniunctio sequatur. Si vero fateantur, immerito litem sibi ab illis impingi, quod Scripturam sequatur. Hanc esse Basilii sententiam perspiciet quisquis leget attentius. Quamobrem retinenda fuit vulgata scriptura, quamvis altera in pluribus exstet codicibus.

b. ἐξήρτυται. Sic Colbertinus et duo codices a Combefisio citati. Reg. secundus ἔπηρται. Editi ἐξήρτηται.

c. οἱ δῆθεν εὐγνώμονες. Recte observavit Billius illud *bonae fidei debitores* non sine ironia dictum fuisse.

d. Nonnulli cdd. μεταχωμίζειν.

T. III. p. 21. *Χριστιανοὶ πόθεν ἡμεῖς; διὰ τῆς πίστεως, πᾶς τις ἂν εἴποι. σωζόμεθα δὲ τίνα τρόπον; ἀναγεννηθέντες δηλονότι διὰ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι χάριτος. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; εἶτα τὴν σωτηρίαν ταύτην διὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος βεβαιουμένην γνωρίσαντες ὃν παρελάβομεν τύπον διδαχῆς προησόμεθα; ἢ μεγάλων ἂν εἴη στεναγμῶν ἄξιον, εἴπερ εὑρισκόμεθα νῦν μακρυνόμενοι μᾶλλον ἀπὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν, [a]εἴπερ ἃ τότε προσεδεξάμεθα νῦν ἀπαρνούμεθα. ἴση ἐστὶν ἡ ζημία ἢ*

T. III. p. 22. *ἄμοιρόν τινα τοῦ βαπτίσματος ἀπελθεῖν, ἢ ἔν τι τῶν ἐκ τῆς παραδόσεως ἐλλεῖπον δέξασθαι. τήν τε ὁμολογίαν, ἣν ἐπὶ τῆς πρώτης εἰσαγωγῆς κατεθέμεθα, ὅτε ῥυσθέντες ἀπὸ τῶν εἰδώλων προσήλθομεν θεῷ ζῶντι, ὁ μὴ ἐπὶ παντὸς φυλάσσων καιροῦ καὶ διὰ πάσης ἑαυτοῦ τῆς ζωῆς ὡς ἀσφαλοῦς φυλακτηρίου περιεχόμενος ξένον ἑαυτὸν καθίστησι τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ θεοῦ, τῷ ἰδίῳ χειρογράφῳ μαχόμενος, ὃ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν πίστιν ὁμολογίας κατέθετο. εἰ γὰρ ἀρχή μοι ζωῆς τὸ βάπτισμα καὶ πρώτη ἡμερῶν ἐκείνη ἡ τῆς παλιγγενεσίας ἡμέρα, δῆλον ὅτι καὶ φωνὴ [b]τιμιωτάτη πασῶν ἡ ἐν τῇ χάριτι τῆς υἱοθεσίας ἐκφωνηθεῖσα. τὴν οὖν εἰσάγουσάν με [c]εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν θεοῦ μοι χαρισαμένην παράδοσιν, δι' ἧς τέκνον ἀπεδείχθην θεοῦ ὁ τέως διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐχθρός, ταύτην προδῶ, ταῖς τούτων πιθανολογίαις παρατραπείς; ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ συνεύχομαι μετὰ τῆς ὁμολογίας ταύτης ἀπελθεῖν πρὸς τὸν κύριον, καὶ αὐτοῖς παραινῶ ἄσυλον διατηρῆσαι τὴν πίστιν εἰς ἡμέραν Χριστοῦ καὶ ἀχώριστον ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ φυλάξαι τὸ [d]πνεῦμα, τὴν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος διδασκαλίαν ἔν τε τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως διατηροῦντας καὶ ἐν τῇ τῆς δόξης ἀποπληρώσει.*

Ὅτι παραβάται οἱ τὸ πνεῦμα ἀρνούμενοι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Τίνι οὐαί; τίνι θλῖψις; τίνι ἀπορία καὶ σκότος; τίνι αἰωνία κατάκρισις; οὐ τοῖς παραβάταις; οὐ τοῖς τὴν πίστιν ἀρνησαμένοις; τίς δὲ τῆς ἀρνήσεως ἔλεγχος; οὐχ ὅτι τὰς οἰκείας ὁμολογίας ἠθέτησαν; ὡμολόγησαν δὲ τί ἢ πότε; πιστεύειν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, ὅτε ἀποταξάμενοι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς

a. *εἴπερ ἃ.* Sic nostri codices, non ut editi *εἰ γὰρ ἃ.* Paulo post particulam *ἢ* addidimus ante voces *ἔν τι τῶν*, quae quidem vocalae variis modis leguntur. Habet enim editio Basileensis *ἢ τι τὸ τῆς.* Nonnulli codices *ἢ ἔν τῶν*, alii ut in textu. Unde suspicio est aliquid esse corrupti. Legerem libenter *ἢ ἔν τινι τῶν* etc., cui scripturae gemella prorsus est interpretatio Erasmi.

26. Christiani unde nos? Per fidem, dicet quilibet. Salvi autem T. III. p. 21.
fimus quo modo? Nimirum regenerati per gratiam, quae confertur in baptismo. Nam unde alioqui? Ergone postquam hanc salutem per Patrem et Filium et Spiritum sanctum ratam ac firmatam noverimus, traditam nobis doctrinae formam abiiciemus? Id profecto multis dignum suspiriis fuerit, si comperiamur nunc longius abesse a salute nostra, quam tum cum credidimus, si quae tunc recepimus nunc abnegamus. Par et aequale damnum est, sive quis baptismatis expers decedat de vita sive recipiat baptisma, cui unum aliquod eorum, quae T. III. p. 22.
tradita sunt, desit. Et quisquis professionem, quam in prima institutione deposuimus, cum liberati a simulacris accessimus ad Deum vivum, in omni tempore non servat, nec eam quasi tutissimum praesidium per totam suam vitam complectitur, se ipsum alienum reddit a promissis Dei, suo ipsius chirographo repugnans, quod in professione fidei deposuit. Nam si mihi vitae initium est baptismus, ac dierum omnium primus est dies regenerationis, perspicuum est et vocem illam omnium pretiosissimam esse, quae in adoptionis gratia prolata est. Itane igitur traditionem, quae me adducit ad lucem, quae Dei cognitionem largita est, per quam factus sum Filius Dei, qui prius propter peccatum eram hostis, deseram, seductus istorum speciosis sermonibus? Quin potius et illud mihi precor, ut cum hac professione contingat hinc decedere ad Dominum, et ipsos hortor, ut inviolatam servent fidem usque ad diem Christi et indivulsum a Patre et Filio custodiant Spiritum, doctrinam baptismatis tum in fidei professione tum in gloriae persolutione servantes.

Praevaricatores esse illos, qui negant Spiritum.

CAPUT XI.

27. Cui vae? cui afflictio? cui angustia ac tenebrae? cui sempiterna condemnatio? Nonne praevaricatoribus? nonne iis, qui fidem abnegarunt? Sed unde probantur abnegasse? Nonne hinc quod suas ipsi professiones irritas fecerunt? Quid autem professi sunt aut quando? Professi sunt credere se in Patrem et Filium et Spiritum sanctum tum

b. τιμιωτάτη. Editi addunt μοι, sed haec vocula abest a codicibus mss.

c. εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν. Sic veteres libri. Male in editis φῶς καὶ γνῶσιν. Paulo post iidem editi praeter codicum mss. fidem ὁ πρὸ ὀλίγου τέως.

d. τὸ πνεῦμα. Editi addunt τὸ ἅγιον, sed repugnant codices mss. Ibidem corrupte in editione Parisiensi κρατῆσαι διδασκαλίαν. Veteres libri et editio Basileensis ut in contextu.

T. III. p. 22. ἀγγέλοις αὐτοῦ τὴν σωτήριον ἐκείνην ἀφῆκαν φωνήν. τίς οὖν πρέπουσα τούτοις προσηγορία παρὰ τῶν τέκνων τοῦ φωτὸς ἐξευρέθη; οὐχὶ παραβάται προσαγορεύονται ὡς εἰς τὰς [a]τῆς σωτηρίας αὐτῶν συνθήκας παρασπονδήσαντες; τί οὖν εἴπω τὸν ἀρνησίθεον; τί δὲ τὸν ἀρνησίχριστον; τί ἄλλο γε ἢ παραβάτην; τῷ δὲ τὸ πνεῦμα ἀρνησαμένῳ τίνα με βούλει προσηγορίαν θέσθαι; οὐ τὴν αὐτὴν ταύτην ὡς τὰς πρὸς θεὸν παραβάντι συνθήκας; οὐκοῦν ὁπότε καὶ ἡ ὁμολογία τῆς [b]εἰς αὐτὸ πίστεως τὸν τῆς εὐσεβείας μακαρισμὸν προξενεῖ, καὶ ἡ ἄρνησις τῇ κατακρίσει τῆς ἀθεότητος ὑποβάλλει, πῶς οὐ φοβερὸν [c]τοῦτο νῦν ἀθετῆσαι, οὐ πῦρ, οὐ ξίφος, οὐ σταυρόν, οὐ μάστιγας, οὐ τροχόν, οὐ στρεβλωτήρια φοβηθέντας, ἀλλὰ σοφίσμασι μόνοις καὶ παραγωγαῖς τῶν πνευματομάχων παρακρουσθέντας; μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ ὁμολογοῦντι Χριστὸν καὶ τὸν θεὸν ἀρνουμένῳ, ὅτι Χριστὸς αὐτὸν οὐδὲν ὠφελήσει, ἢ θεὸν ἐπικαλουμένῳ, [d]τὸν δὲ υἱὸν ἀθετοῦντι, ὅτι ματαία ἐστὶν ἡ πίστις αὐτοῦ, καὶ τῷ τὸ πνεῦμα παραιτουμένῳ, ὅτι ἡ εἰς πατέρα καὶ T. III. p. 23. υἱὸν πίστις αὐτῷ εἰς κενὸν ἀποβήσεται, ἣν οὐδὲ ἔχειν δύναται μὴ συμπαρόντος τοῦ πνεύματος. οὐ πιστεύει μὲν γὰρ εἰς υἱὸν ὁ μὴ πιστεύων τῷ πνεύματι, οὐ πιστεύει δὲ εἰς πατέρα [e]ὁ μὴ πιστεύσας τῷ υἱῷ. οὔτε γὰρ δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ[1]), καὶ θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ἀλλ' ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρός, [f]οὗτος ἡμῖν ἐξηγήσατο[2]). ἄμοιρός ἐστι καὶ τῆς ἀληθινῆς προσκυνήσεως ὁ τοιοῦτος. οὔτε γὰρ υἱὸν προσκυνῆσαι δυνατὸν [g]εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, οὔτε ἐπικαλέσασθαι δυνατὸν τὸν πατέρα εἰ μὴ ἐν τῷ τῆς υἱοθεσίας πνεύματι.

Πρὸς τοὺς λέγοντας ἐξαρκεῖν καὶ μόνον τὸ εἰς τὸν κύριον βάπτισμα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Καὶ μηδένα παρακρουέσθω τὸ τοῦ ἀποστόλου ὡς τὸ ὄνομα [h]τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπὶ τῆς τοῦ βαπτίσματος μνήμης πολλάκις παραλιμπάνοντος, μηδὲ διὰ τοῦτο ἀπαρατήρητον

1) 1. Cor. 12, 3. 2) Ioan. 1, 18.

a. τῆς σωτηρίας. Sic mss. codices. Editi σωτηρίους. Reg. secundus ibidem habet ἑαυτῶν.

b. εἰς αὐτό. Editi ac unus tantum codex ms. εἰς αὐτόν.

c. τοῦτο. Editi ταύτην, repugnantibus omnibus codicibus mss. ac ipsa etiam prima Basileensi editione.

d. τὸν δὲ υἱόν. Sic mss. codices. Editi καὶ τὸν Χριστόν. Nec multo post Reg. secundus et editio Paris. τοῦ ἁγίου πνεύματος. Alii editi et mss. ut in contextu.

cum renuntiantes diabolo et angelis eius salutiferam illam vocem edi- T. III. p. 22.
derunt. Quod igitur istis dignum vocabulum excogitatum est a filiis lucis? Nonne perfugae ac praevaricatores appellantur, ut qui salutis suae pacta violarint? Quo igitur nomine eum, qui Deum abnegavit, quo eum, qui Christum abnegavit, appellem? Quonam alio quam praevaricatoris ac desertoris? At ei, qui negavit Spiritum, quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem, quippe qui pactum cum Deo initum violarit? Ergo cum et fidei in Spiritum professio beatitudinem pietatis nobis conciliet, et abnegatio crimini abnegati Dei faciat obnoxios; an non horrendum est ipsum nunc reiicere, non ignem, non gladium, non crucem, non flagella, non rotam, non tormenta metuentes, sed solis sophismatibus seductionibusque istorum, qui Spiritui rebelles sunt, deceptos? Testificor omni homini Christum profitenti et Deum neganti, quod Christus nihil illi proderit, aut Deum invocanti, Filium vero spernenti, quod inanis est fides illius. Item ei, qui Spiritum reiicit, testificor quod fides eius, qua profitetur Patrem et Filium, inanis erit, quam nec habere potest, nisi simul adsit Spiritus. T. III. p. 23.
Non enim credit in Filium qui non credit Spiritui, nec credit in Patrem qui non credit Filio. *Nec enim potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto,* et *Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, hic nobis enarravit.* Insuper talis expers est verae adorationis. Neque enim fieri potest ut quis Filium adoret nisi in Spiritu sancto, aut ut Patrem invocet nisi in adoptionis Spiritu.

Adversus eos, qui dicunt sufficere baptisma tantum in nomine Domini.

CAPUT XII.

28. Neminem vero in fraudem inducat illud Apostoli, quod Patris et Spiritus sancti nomen in baptismatis commemoratione frequenter omittit, neque ideo putet indifferentem esse nominum invocationem.

e. ὁ μὴ πιστεύσας. Veteres aliquot libri ὁ μὴ πιστεύων. Ibidem codices omnes κύριον Ἰησοῦν. Editi κύριος Ἰησοῦς. Paulo post pro eo, quod est in editis, ὁ μονογενὴς υἱός, legendum videtur θεός, ut in capite sexto huius libri [ur. 15. p. 206 extr. hui. ed.] restituimus.

f. οὗτος ἡμῖν. Ita mss. codices. Editi αὐτὸς ἡμῖν.

g. εἰ μή. Hanc voculam εἰ bis in hac verborum complexione addidimus, ac δυνατόν post ἐπικαλέσασθαι, auctoribus antiquis codicibus.

h. τοῦ πατρός. Tres codices addunt καὶ τοῦ υἱοῦ, quae voces in Colbertino deletae.

T. III. p. 23. οἰέσθω τὴν ἐπίκλησιν εἶναι τῶν ὀνομάτων. ὅσοι, φησίν, εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε[1]), καὶ πάλιν· ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθητε[2]). ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ προσηγορία τοῦ παντός ἐστιν ὁμολογία· δηλοῖ γὰρ τόν τε χρίσαντα θεὸν καὶ τὸν χρισθέντα υἱὸν καὶ τὸ χρῖσμα τὸ πνεῦμα, ὡς παρὰ Πέτρου ἐν ταῖς πράξεσι μεμαθήκαμεν· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, [a]ὃν ἔχρισεν ὁ θεὸς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ[3]), καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με[4]), καὶ ὁ [b]ψαλμῳδός· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε, ὁ θεός, ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου[5]). φαίνεται μέντοι ποτὲ καὶ μόνου τοῦ πνεύματος ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος μνημονεύσας. πάντες γάρ, φησίν, ἐν ἑνὶ σώματι εἰς ἓν πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν[6]). συμφωνεῖ δὲ τούτῳ καὶ τὸ ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ[7]), καὶ τὸ αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ[8]). ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τέλειον ἂν τις [a]εἴποι βάπτισμα, ᾧ μόνον τὸ ὄνομα τοῦ πνεύματος ἐπεκλήθη. χρὴ γὰρ ἀπαράβατον μένειν [d]ἀεὶ τὴν ἐν τῇ ζωοποιῷ χάριτι δεδομένην παράδοσιν. ὁ γὰρ λυτρωσάμενος ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν ἔδωκε δύναμιν ἡμῖν ἀνακαινώσεως, ἄῤῥητον μὲν ἔχουσαν τὴν αἰτίαν καὶ ἐν μυστηρίῳ κατεχομένην, μεγάλην δὲ ταῖς ψυχαῖς τὴν σωτηρίαν φέρουσαν, ὥστε τὸ προσθεῖναί τι ἢ ἀφελεῖν ζωῆς ἐστι τῆς ἀϊδίου προδήλως ἔκπτωσις. εἰ τοίνυν ἐν τῷ βαπτίσματι ὁ χωρισμὸς τοῦ πνεύματος ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ ἐπικίνδυνος μὲν τῷ βαπτίζοντι, ἀνωφελὴς δὲ τῷ δεχομένῳ, πῶς ἡμῖν ἀσφαλὲς ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ διασπᾶν τὸ πνεῦμα; πίστις δὲ καὶ βάπτισμα δύο τρόποι τῆς σωτηρίας συμφυεῖς ἀλλήλοις καὶ ἀδιαίρετοι. πίστις μὲν γὰρ τε-
T. III. p. 24. λειοῦται διὰ βαπτίσματος, βάπτισμα δὲ [c]θεμελιοῦται διὰ τῆς πίστεως, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἑκάτερα πληροῦται. ὡς γὰρ πιστεύομεν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, οὕτω καὶ βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ προάγει μὲν ἡ ὁμολογία πρὸς τὴν σωτηρίαν εἰσάγουσα, ἐπακολουθεῖ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπισφραγίζον ἡμῶν τὴν συγκατάθεσιν.

1) Gal. 3, 27. 2) Rom. 6, 3. 3) Act. 10, 38. 4) Es. 61, 1. 5) Ps. 45 [44. LXX.], 8. 6) 1. Cor. 12, 13. 7) Act 1, 5. 8) Luc. 3, 16.

Quicunque, inquit, *in Christum baptizati estis, Christum induistis*, T. III. p. 23. et rursus: *Quicunque in Christo baptizati estis, in mortem illius baptizati estis.* Nam Christi appellatio totius est professio; declarat siquidem et Deum, qui unxit, et Filium, qui unctus est, et Spiritum sanctum, qui est unctio: quemadmodum a Petro in Actis didicimus: *Iesum Nazarenum, quem unxit Deus Spiritu sancto*; item in Esaia: *Spiritus Domini super me eo quod unxit me*, et psalmicus ille cantor: *Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis prae consortibus tuis.* Videtur tamen interdum Apostolus etiam solius Spiritus fecisse mentionem in baptismate. *Omnes* enim, inquit, *in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus.* His et illud consonat: *Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto*, et *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto.* At non ideo quis dixerit perfectum esse baptisma, in quo solum Spiritus nomen invocatum est. Oportet enim inviolabilem semper manere traditionem, quae in vivifica gratia data est. Nam vitam nostram de corruptione qui liberavit, potestatem nobis renovationis dedit; quae potestas causam habet ineffabilem et in mysterio reconditam, sed magnam animabus salutem conferentem, ut quidquam addere aut detrahere plane sit ab aeterna vita excidere. Proinde si in baptismo separare Spiritum a Patre et Filio ut periculosum est baptizanti, ita baptismum accipienti inutile; quomodo nobis tutum fuerit a Patre et Filio distrahere Spiritum? Fides autem et baptisma duo sunt modi parandae salutis inter se cognati et inseparabiles. Nam fides perficitur per baptismum, baptismus vero fundatur per fidem, et utra- T. III. p. 24. que res per eadem nomina impletur. Sicut enim credimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, sic et baptizamur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ac praecedit quidem professio ad salutem perducens, sequitur autem baptisma consignans assensum nostrum.

a. *ὃν ἔχρισεν.* Editi *ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ.* Sed omnes codices mss. ut in contextu. Eosdem sequimur in voce *εἴνεκεν* pro eo quod erat in editis *ἕνεκεν.*

b. *ψαλμῳδός.* Codices nonnulli *ὁ ψαλμός.* Paulo post desunt in tribus codicibus verba *παρὰ μετόχους σου.*

c. *εἴτοι.* Sic mss. codices. Editi *εἴπῃ.*

d. *ἀεί.* Ex tribus mss. codicibus hanc vocem addidimus.

e. *θεμελιοῦται.* Quatuor codices mss. *τελειοῦται.*

T. III. p. 24.

Αἰτίας ἀπόδοσις διὰ τί οἱ ἄγγελοι πατρὶ καὶ υἱῷ παρὰ τῷ Παύλῳ συμπαρελήφθησαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ἀλλὰ καὶ ἕτερα, φησί, συναριθμούμενα πατρὶ καὶ υἱῷ οὐχὶ καὶ συνδοξάζεται πάντως, ὡς ὁ ἀπόστολος ἀγγέλους συμπαρελάβετο, εἰς [a]τὴν διαμαρτυρίαν τὴν ἐπὶ Τιμοθέου λέγων· διαμαρτύρομαί σοι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ ἀγγέλων[1])· οὓς οὔτε ἀλλοτριοῦμεν τῆς λοιπῆς κτίσεως οὔτε πατρὶ καὶ υἱῷ συναριθμεῖν ἀνεχόμεθα. ἐγὼ δέ, εἰ καὶ μηδεμιᾶς ἀποκρίσεως ἄξιος ὁ λόγος οὕτω πρόχειρον τὴν ἀτοπίαν ἔχων, ὅμως ἐκεῖνο λέγω, ὅτι μάρτυρα μὲν καὶ ὁμόδουλον ἄν τις τυχὸν παραστήσαιτο πράῳ κριτῇ καὶ ἡμέρῳ καὶ μάλιστα δὴ ἐν τῇ πρὸς τοὺς κρινομένους ἐπιεικείᾳ τὸ ἀναντίῤῥητον τῆς τῶν κριμάτων δικαιοσύνης ἐπιδεικνύντι· ἐλεύθερος δὲ εἶναι ἀπὸ δούλου καὶ υἱὸς κληθῆναι θεοῦ καὶ ζωοποιηθῆναι ἀπὸ θανάτου παρ' οὐδενὸς ἑτέρου δύναται, ἢ παρὰ τοῦ τὴν κατὰ φύσιν οἰκειότητα κεκτημένου καὶ τῆς δουλικῆς ἀξίας ἀπηλλαγμένου. πῶς γὰρ οἰκειώσει θεῷ ὁ ἀλλότριος; πῶς δὲ ἐλευθερώσει, αὐτὸς ἔνοχος ὢν τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας; ὥστε [b]οὐκ ἐφ' ὁμοίοις πνεύματός ἐστι καὶ ἀγγέλων ἡ μνήμη, ἀλλὰ τὸ μὲν πνεῦμα ὡς ζωῆς κύριον, οἱ δ' ἄγγελοι ὡς βοηθοὶ τῶν ὁμοδούλων καὶ πιστοὶ μάρτυρες τῆς ἀληθείας παραλαμβάνονται. ἔθος γὰρ τοῖς ἁγίοις τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ ἐπὶ μαρτύρων διδόναι, ὡς καὶ αὐτὸς οὗτός φησι Τιμοθέῳ· ἃ παρέλαβες παρ' ἐμοῦ ἐπὶ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις[2])· καὶ νῦν τοὺς ἀγγέλους ἐπιμαρτύρεται· οἶδε γὰρ ὅτι συμπαρέσονται ἄγγελοι τῷ κριτῇ, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. ὃς γὰρ ἄν, φησίν, [c]ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν [d]ἀγγέλων τοῦ θεοῦ· ὁ δὲ ἀπαρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ[3]). καὶ Παῦλος ἑτέρωθί φησιν· ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου Ἰησοῦ [e]ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων[4]). τούτου χάριν ἐντεῦθεν ἤδη διαμαρτύρεται ἐπὶ τῶν ἀγγέλων, εἰς τὸ μέγα κριτήριον [f]εὐπρεπεῖς ἑαυτῷ τὰς ἀποδείξεις παρασκευάζων.

Καὶ οὐχ οὗτος μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες ἁπλῶς οἱ λόγου τινὰ διακονίαν πεπιστευμένοι οὐδένα χρόνον διαμαρτυρόμενοι παύονται,

1) 1. Tim. 5, 21. 2) 2. Tim. 2, 2. 3) Luc. 12, 8. 9. 4) 2. Thess. 1, 7.

a. διαμαρτυρίαν. Sic libri veteres pro eo, quod habent editi, μαρτυρίαν. b. οὐκ ἐφ' ὁμοίοις. Reg. primus οὐκ ἐφ' ὅμοιος.

Quare apud Paulum angeli simul cum Patre et Filio adiunguntur.

T. III. p. 24.

CAPUT XIII.

29. Atqui et alia sunt, inquiunt, quae simul Patri et Filio annumerantur, nec tamen continuo simul cum illis glorificantur. Veluti cum Apostolus obtestans Timotheum angelos simul adducit, dicens: *Obtestor te in conspectu Dei et Christi Iesu et electorum eius angelorum;* quos tamen non minime separamus a reliquis creaturis, neque sustinemus eos Patri et Filio annumerare. Ego vero, tametsi hic sermo nulla dignus est responsione tam manifestam praeferens absurditatem, tamen illud dico, quod conservum etiam testem forte aliquis adducat apud mansuetum ac placabilem iudicem, quique maxime sua in eos qui iudicentur lenitate minime dubiam et controversam iudiciorum aequitatem demonstrat. Caeterum ut aliquis fiat liber e servo atque vocetur Filius Dei et a morte revocetur ad vitam, a nullo alio potest dari, nisi ab eo, qui naturalem habet societatem et a servili conditione est alienus. Quomodo enim sociabit Deo qui ipse est alienus? quomodo liberos reddet qui ipse est iugo servitutis obnoxius? Itaque non ob eadem fit Spiritus et angelorum mentio, sed Spiritus commemoratur tanquam auctor ac Dominus vitae, angeli vero tanquam conservorum adiutores fidelesque veritatis testes adhibentur. Siquidem mos est sanctis Dei praecepta testibus adhibitis tradere; sicut etiam hic ipse ad Timotheum loquitur: *Quae accepisti a me coram multis testibus, ea depone apud fideles homines.* Et nunc angelos attestatur, sciens angelos pariter affuturos iudici, cum venerit in gloria Patris, ut iudicet orbem terrarum in iustitia. *Quisquis enim,* inquit, *confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur eum coram angelis Dei; qui vero abnegaverit me coram hominibus, abnegabitur in conspectu angelorum Dei.* Et Paulus alibi dicit: *In revelatione Domini Iesu de caelo cum angelis.* Hanc ob causam hic iam contestatur coram angelis, eximias sibi praeparans probationes ad magnum illud tribunal.

30. Neque hic modo, verum etiam omnes omnino, quibus aliquod verbi ministerium commissum est, nullo tempore contestari ces-

c. ὁμολογήσῃ. Itaque plerique libri veteres. Editi ὁμολογήσει.

d. ἀγγέλων τοῦ θεοῦ. Sic mss. codices. Editi ἀγγέλων αὐτοῦ.

e. ἀπ' οὐρανοῦ. Sic omnes codices. Editi ἀπ' οὐρανῶν. Ante has voces quinque codices mss. addunt Χριστοῦ.

f. εὑπρεπεῖς. Editi et Colb. εὐπρεπεῖς. Alii codices ut in contextu.

T. III. p. 25. ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐπιβοῶνται, ὡς καὶ νῦν πάσης πράξεως εἴσω αὐτῶν τελουμένης, καὶ ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν βεβιωμένων συνεσομένων τοῖς κρινομένοις. προσκαλέσεται γάρ, φησί, τὸν οὐρανὸν ἄνω καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ [1]). ὅθεν Μωσῆς παρατίθεσθαι μέλλων τὰ λόγια τῷ λαῷ· διαμαρτύρομαι ὑμῖν, φησί, σήμερον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν [2]), καὶ πάλιν τὴν ᾠδὴν λέγων· πρόσεχε, οὐρανέ, καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου [3]), καὶ Ἡσαΐας· ἄκουε, οὐρανέ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ [4]). Ἱερεμίας δὲ καὶ ἕστασίν τινα τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῇ ἀκοῇ τῶν ἀνοσίων ἔργων τοῦ λαοῦ διηγεῖται· ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον [a] σφόδρα, ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου [5]). καὶ ὁ ἀπόστολος τοίνυν ὥσπερ παιδαγωγούς τινας ἢ παιδονόμους [b] ἐπιτεταγμένους τοῖς ἀνθρώποις τοὺς ἀγγέλους εἰδὼς εἰς μαρτυρίαν ἐπεκαλέσατο. Ἰησοῦς δὲ ὁ τοῦ Ναυῆ καὶ λίθον μάρτυρα τῶν λόγων ἔστησεν (ἤδη δέ που καὶ βουνὸς μάρτυς παρὰ τοῦ Ἰακὼβ ὠνομάσθη [6])). ἔσται γάρ, φησίν, ὁ λίθος [c] ἐν ὑμῖν σήμερον εἰς μαρτύριον ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ἡνίκα ἂν ψεύσησθε κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν [7]), τάχα μέν που πιστεύων τῇ δυνάμει τοῦ θεοῦ καὶ τοὺς λίθους φωνὴν ἀφήσειν εἰς ἔλεγχον τῶν παραβεβηκότων, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τό γε ἑκάστου συνειδὸς τῇ [d] ἐνεργείᾳ τῆς ὑπομνήσεως πάντως κατατρωθήσεσθαι. οὕτω μὲν οὖν τοὺς μάρτυρας, [e] οἵτινές ποτ' ἂν ὦσιν, ὥστε εἰς ὕστερον αὐτοὺς παραστήσασθαι, οἱ τὴν οἰκονομίαν τῶν ψυχῶν πεπιστευμένοι προετοιμάζονται· τὸ δὲ πνεῦμα οὐ διὰ τὴν ἐπὶ καιροῦ χρείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκ φύσεως κοινωνίαν συντέτακται τῷ θεῷ, οὐχ ὑφ' ἡμῶν ἑλκυσθέν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ κυρίου παραληφθέν.

Ἔνστασις ὅτι καὶ εἰς Μωϋσῆν τινες ἐβαπτίσθησαν καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν, καὶ πρὸς ταύτην ἀπάντησις· ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τύπων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ἀλλ' οὐδὲ εἰ βαπτιζόμεθα, φησίν, εἰς αὐτό, οὐδ' οὕτω δίκαιον μετὰ θεοῦ τετάχθαι. καὶ γὰρ καὶ εἰς τὸν Μωϋσῆν τινες

1) Ps. 50 [49. LXX.], 4. 2) Deut. 4, 26. 3) Deut. 32, 1. 4) Es. 1, 2. 5) Ierem. 2, 12. 13. 6) Gen. 31, 47 [48. LXX.]. 7) Ios. 24, 27.

a. σφόδρα. Editi addunt ἡ γῆ, sed haec in nullo cod. ms. leguntur.

b. ἐπιτεταγμένους. Sic omnes nostri codices pro eo quod erat in editis ἐπιστάντας. Tres codices habent καὶ παιδονόμους.

c. ἐν ὑμῖν. Praepositio addita ex codicibus mss. Haec autem Combefisius memoriter a Basilio, non ut leguntur in Scripturis, referri opinatus est. Sed ob-

sant, imo et caelum et terram inclamant, ut intra quorum ambitum omnia nunc gerantur, quaeque in examine rerum in hac vita gestarum sint simul cum iudicandis futura. *Advocabit enim*, inquit, *caelum sursum et terram ad diiudicandum populum suum.* Unde Moses traditurus eloquia populo: *Testor*, inquit, *vobis hodie et caelum et terram*, et rursus cum canticum diceret: *Attende, caelum, et loquar, et audiat terra verba ex ore meo.* Item Esaias: *Audi, caelum, et auribus percipe, terra.* Ieremias autem etiam stupore quodam perculsum fuisse caelum narrat ob audita impia populi facta: *Obstupuit caelum super hoc, et exhorruit amplius vehementer, quoniam duo etiam mala fecit populus meus.* Itaque et Apostolus sciens angelos hominibus praefectos ceu paedagogos quospiam aut morum gubernatores vocavit illos in testimonium. At Iesus Nave etiam lapidem testem sermonum statuit (iam vero et collis alicubi testis appellatus est a Iacob): *Erit enim*, inquit, *lapis in vobis hodie in testimonium in extremis diebus, cum mentiti fueritis Domino Deo nostro*, fortasse credens virtute divina et lapides vocem emissuros ad increpationem transgressorum, sin minus, certe illud fore ut uniuscuiusque conscientia admonitionis vehementia prorsus vulneretur. Ad hunc igitur modum ii, quibus commissa fuit animarum gubernatio, testes, quicunque tandem illi sint, praeparant, ut in posterum producantur, sed Spiritus non ad usum occasionis, sed ob naturae communionem Deo coniunctus est, haud ille quidem a nobis pertractus, sed a Domino adiunctus. T. III. p. 25.

Obiectio, quod et in Mosen nonnulli baptizati sunt et in illum crediderunt, et huius solutio; ubi et de figuris.

CAPUT XIV.

31. Verum, inquiunt, tametsi baptizamur in Spiritu, non inde par est ut Spiritus cum Dei numeretur, quando et in Mosen nonnulli

servare debuerat vir eruditus, non Iacob, sed Iosue dicta a Basilio citari. Ne cui similis error illudat, parenthesi inclusimus quae de Iacob interiecta sunt.

d. *ἐνεργείᾳ*. Nonnulli codices *ἐναργείᾳ*, quae scriptura valde arridet Combefisio, vertendumque esse pronuntiat *recordationis evidentia*, non ut Erasmus, *vi recordationis*. Sed hic quoque errore labitur Combefisius, dum haec ad Iacob refert. Non de Iacob loquitur Basilius, nec de recordatione illius foederis cum Laban, sed de gravissima a Iosue adhibita admonitione. Quare retinenda vox *ἐνεργείᾳ*. Quod enim lapides in testimonium vocantur, non eo spectat ut oratio vel recordatio clarior fiat ac evidentior, sed ut admonitio acrior et vehementior.

e. *οἵτινές ποτ' ἄν* etc. Multa hic mutamus freti mss. codicibus. Habebant enim editi *ὁπόταν .... αὐτοῖς παραστήσεσθαι .... ἐμπεπιστευμένοι*. Legitur in editione Basil. *οἵτινές ποτ' ἄν .... αὐτούς*.

T. III. p. 25. ἐβαπτίσθησαν ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ [1]). ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πίστις [a]ὁμολογεῖται ἤδη καὶ εἰς ἀνθρώπους γεγενῆσθαι. ἐπίστευσε γὰρ ὁ λαὸς τῷ θεῷ καὶ Μωϋσεῖ τῷ θεράποντι αὐτοῦ [2]). τί οὖν, φησίν, ἐκ τῆς πίστεως καὶ τοῦ βαπτίσματος τὸ ἅγιον πνεῦμα τοσοῦτον ἀνυψοῖς καὶ μεγαλύνεις ὑπὲρ τὴν κτίσιν, ὁπότε καὶ αὐτὰ καὶ ἀνθρώποις ἤδη προσμεμαρτύρηται; [b]τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι εἰς μὲν τὸ πνεῦμα ἡ πίστις ὡς εἰς τὸν πατέρα καὶ εἰς τὸν υἱόν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ βάπτισμα· εἰ δὲ εἰς τὸν Μωϋσῆν καὶ τὴν νεφέλην,
T. III. p. 26. ὡς εἰς σκιὰν καὶ τύπον. οὐ δήπου δὲ ἐπειδὴ μικροῖς καὶ ἀνθρωπίνοις προδιαμορφοῦται τὰ θεῖα, μικρά τίς ἐστι καὶ ἡ τῶν θείων φύσις, ἣν ἡ τῶν τύπων σκιαγραφία πολλάκις προαπεσήμηνεν. ἔστι γὰρ ὁ τύπος προσδοκωμένων δήλωσις διὰ μιμήσεως, ἐνδεικτικῶς τὸ μέλλον προϋποφαίνων, ὡς ὁ [3]Ἀδὰμ τύπος τοῦ μέλλοντος [3]), καὶ ἡ πέτρα τυπικῶς ὁ Χριστός [4]), καὶ τὸ τῆς πέτρας ὕδωρ [5]) τῆς ζωτικῆς τοῦ λόγου δυνάμεως (εἴ τις γάρ, φησί, διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς μὲ καὶ πινέτω [6])), καὶ τὸ μάννα τοῦ ζῶντος ἄρτου τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντος [7]), καὶ ὁ ἐπὶ σημείου κείμενος ὄφις τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ διὰ τοῦ σταυροῦ τελεσθέντος, διὸ καὶ οἱ ἀποβλέποντες εἰς αὐτὸν διεσώζοντο [8]). οὕτω δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς [c]ἐξαγωγῆς τοῦ Ἰσραὴλ εἰς ἔνδειξιν τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος σωζομένων ἱστόρηται. διεσώθη γὰρ τῶν Ἰσραηλιτῶν τὰ πρωτότοκα, ὡς καὶ τῶν βαπτιζομένων τὰ σώματα, [d]διδομένης τῆς χάριτος τοῖς σημειωθεῖσιν ὑπὸ τοῦ αἵματος. τὸ μὲν γὰρ αἷμα τοῦ προβάτου τύπος τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, τὰ δὲ πρωτότοκα τύπος τοῦ πρωτοπλάστου, ὃς ἐπειδὴ ἀναγκαίως ἡμῖν ἐνυπάρχει τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς διαδοχῆς μέχρι τέλους παραπεμπόμενος, διὰ τοῦτο ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν [9]), καὶ ἐβασίλευσεν [e]ὁ θάνατος μέχρι τῆς τοῦ νόμου πληρώσεως καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. [f]διετηρήθη δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὰ πρωτότοκα τοῦ μὴ θίγειν τὸν ὀλοθρεύοντα εἰς ἔνδειξιν τοῦ μηκέτι ἡμᾶς ἀποθνήσκειν ἐν τῷ Ἀδὰμ τοὺς ζωοποιηθέντας ἐν τῷ Χριστῷ [10]). ἡ δὲ θάλασσα καὶ ἡ νεφέλη πρὸς μὲν τὸ παρὸν εἰς πίστιν ἐνῆγε διὰ τῆς καταπλήξεως, πρὸς δὲ τὸ μέλλον ὡς τύπος τὴν ἐσομένην χάριν προϋπεσήμαινε. τίς σοφὸς καὶ συνήσει ταῦτα [11]); πῶς ἡ θάλασσα βάπτισμα τυπικῶς, χωρισμὸν ποιοῦσα τοῦ Φαραώ, ὡς καὶ τὸ λουτρὸν τοῦτο τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου. ἀπέκτεινεν ἐκείνη ἐν ἑαυτῇ τὸν ἐχθρόν· ἀποθνήσκει καὶ

1) 1. Cor. 10, 2. 2) Exod. 14, 31. 3) Rom. 5, 14. 4) 1. Cor. 10, 4. 5) Exod. 17, 6. 6) Ioan. 7, 37. 7) Ioan. 6, 49—51. 8) Num. 21, 9; Ioan. 3, 14. 9) 1. Cor. 15, 22. 10) ib. 11) Os. 14, 10 [9. LXX.].

a. ὁμολογεῖται. Ita libri veteres; editi ὡμολόγηται.

b. τί οὖν. Secunda vocula ex mss. addita. Paulo post ex duobus veteribus

baptizati sunt in nube et in mari. Similiter autem et in confesso est iam fuisse etiam in homines fidem. *Credidit enim populus Deo et Mosi famulo eius.* Quid igitur, inquiunt, ex fide ac baptismo Spiritum sanctum usque adeo attollis ac magnificas supra creaturam, cum eadem iam Scripturarum testimoniis tribuantur etiam hominibus? Quid igitur dicemus? Nimirum illud, quod in Spiritum quidem fides est aeque atque in Patrem et Filium, similiter etiam baptisma; quod si et in Mosen et nubem, velut in umbram et figuram. Neque vero quoniam divina rebus humilibus et humanis praefigurantur, ideo et divinorum humilis est natura, quam figurarum adumbratio saepe praesignificavit. Est enim figura rerum, quae exspectantur, declaratio per imitationem, quod futurum est indicando praemonstrans, velut Adam figura futuri, et petra figurate Christus, et aqua promanans e petra figura vivificae potentiae Verbi, *si quis* enim, inquit, *sitit, veniat ad me et bibat*, et manna typus vivi panis, qui de caelo descendit, et serpens super vexillo positus salutiferae passionis per crucem consummatae, eoque qui respiciebant ad illum servabantur. Similiter et quae de eductis Israelitis scripta, ad significationem eorum, qui baptismo salvi fiunt, narrata sunt. Servata sunt enim Israelitarum primogenita, quemadmodum et baptizatorum corpora, cum gratia datur iis, qui sanguine signati fuerunt. Sanguis enim pecudis figura sanguinis Christi, primogenita vero typus hominis, qui primus conditus est; qui quoniam necessario in nobis est, dum successionis serie usque ad finem transmittitur, ideo in Adam omnes morimur, et regnavit mors usque ad legis consummationem et Christi adventum. Conservata autem sunt a Deo primogenita, ne ea tangeret exstinctor, ut ostenderetur nos iam non amplius mori in Adam, qui in Christo vivificati sumus. Caeterum mare et nebula in praesenti quidem inducebat ad fidem per admirationem, in futurum autem tanquam typus gratiam venturam praesignabat. *Quis sapiens, et intelliget haec?* quomodo mare per figuram baptisma, separans a Pharaone, quemadmodum et lavacrum hoc a diaboli tyrannide. Illud occidit hostem in sese, mo- T. III. p. 25. T. III. p. 26.

libris emendatum, quod minus commode in editis legebatur, ἡ δὲ εἰς τὸν Μωϋσ. etc.

c. προδιαμορφοῦται. Quidam codices προσδιαμορφοῦται. Paulo post editi προϋπεσήμηνεν, quod in codicibus mss. non reperitur; alii enim habent ut edidimus, alii ἀπεσήμαινεν.

d. Ἀδὰμ τύπος. Editio Paris. Ἀδὰμ ἦν τύπος. Melius in mss. et edit. Basil.

e. ἐξαγωγῆς. Consentiunt in hac voce mss. codices. Editi διεξαγωγῆς. Displicet Combefisio Erasmi interpretatio, quia non statim de exitu Israelitarum loquitur Basilius; sed illa primogenitorum salus est velut initium exitus Israelitarum.

f. διδομένης. Reg. primus διαδιδομένης.

g. ὁ θάνατος. Editi addunt ἀπὸ Ἀδάμ, sed haec desunt in mss.

h. διετηρήθη δέ. Pro his verbis tres codices καὶ ἐσώζετο. Paulo post codices mss. θίγειν, editi θήγειν.

T. III. p. 26. ὧδε ἡ ἔχθρα ἡμῶν ἡ εἰς Θεόν. ἐξῆλθεν ἀπ' ἐκείνης ἀπαθὴς ὁ λαός· ἀναβαίνομεν καὶ ἡμεῖς ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντες ἀπὸ τοῦ ὕδατος, χάριτι σωθέντες τῇ τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς. ἡ δὲ νεφέλη σκιὰ τῆς ἐκ τοῦ πνεύματος δωρεᾶς τοῦ τὴν φλόγα τῶν παθῶν διὰ τῆς νεκρώσεως τῶν μελῶν καταψύχοντος.

Τί οὖν; ἐπειδὴ τυπικῶς εἰς Μωϋσῆν ἐβαπτίσθησαν, διὰ τοῦτο [a]μικρὰ ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις; οὕτω μὲν οὖν οὐδ' ἂν ἄλλο τι μέγα εἴη τῶν ἡμετέρων, εἴπερ τὸ ἐν ἑκάστῳ σεμνὸν τοῖς τύποις προδιαβάλλοιμεν. οὔτε γὰρ ἡ εἰς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ ἀγάπη μέγα τι καὶ ὑπερφυές, ὃς τὸν μονογενῆ υἱὸν ἔδωκεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐπειδὴ καὶ Ἀβραὰμ τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, οὐδὲ τὸ πάθος τοῦ κυρίου ἔνδοξον, ἐπειδὴ πρόβατον ἀντὶ Ἰσαὰκ τὸν τύπον ἐπλήρου τῆς προσφορᾶς, οὔτε ἡ εἰς ᾅδου κάθοδος φοβερά, ἐπειδὴ Ἰωνᾶς ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ τοσαύταις νυξὶ τοῦ θανάτου τὸν τύπον προεξεπλήρου[1]). ταὐτὸν τοίνυν ποιεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ὁ τῇ σκιᾷ συγκρίνων τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῖς τύποις παραβάλλων τὰ παρ' αὐτῶν σημαινόμενα, καὶ διὰ Μωϋσέως καὶ τῆς θα-
T. III. p. 27. λάσσης πᾶσαν ὁμοῦ διασύρειν τὴν εὐαγγελικὴν οἰκονομίαν ἐπιχειρῶν. ποία γὰρ ἄφεσις [b]παραπτωμάτων; ποία ζωῆς ἀνανέωσις ἐν θαλάσσῃ; ποῖον χάρισμα πνευματικὸν διὰ Μωϋσέως; ποία νέκρωσις ἁμαρτίας ἐκεῖ; οὐ συναπέθανον ἐκεῖνοι Χριστῷ[2]), διόπερ οὐδὲ συνηγέρθησαν[3]). οὐκ ἐφόρεσαν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου[4]), οὐ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιήνεγκαν[5]), οὐκ ἀπεδύσαντο τὸν παλαιὸν [c]ἄνθρωπον, οὐκ ἐνεδύσαντο τὸν νέον τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν[6]). [d]τί οὖν συγκρίνεις τὰ βαπτίσματα, ὧν ἡ προσηγορία μόνη κοινή, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων διαφορὰ τοσαύτη, ὅση ἂν γένοιτο ὀνείρου πρὸς τὴν ἀλήθειαν καὶ σκιᾶς καὶ εἰκόνων πρὸς τὰ κατ' οὐσίαν ὑφεστηκότα;

Ἀλλὰ καὶ ἡ εἰς τὸν Μωϋσέα πίστις οὐ τὴν εἰς τὸ πνεῦμα πίστιν ὀλίγου τινὸς ἀξίαν δείκνυσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τούτων λόγον μᾶλλον τὴν εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ὁμολογίαν κατασμικρύνει. ἐπίστευσε γάρ, φησίν, ὁ λαὸς τῷ Θεῷ καὶ Μωϋσεῖ τῷ θεράποντι αὐτοῦ[7]). Θεῷ τοίνυν συνέζευκται, οὐχὶ τῷ πνεύματι, καὶ τύπος ἦν οὐχὶ τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. τὸν γὰρ μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων δι' ἑαυτοῦ τότε [e]προαπετύπου ἐν τῇ τοῦ νόμου διακονίᾳ. οὐ γὰρ τοῦ πνεύματος τύπος ἦν Μωϋσῆς, τὰ πρὸς τὸν

1) Matth. 12, 40. 2) 2. Tim. 2, 11. 3) Coloss. 2, 12. 4) 1. Cor. 15, 49. 5) 2. Cor. 4, 10. 6) Col. 3, 9. 10. 7) Exod. 14, 31.

a. *μικρά*. Tres codices *μικρόν*. Paulo post editi contra omnium codicum mss. fidem *παραβάλλοιμεν*, unde Erasmus, *si conferamus*.

b. *παραπτωμάτων*. Quidam codices *ἁμαρτημάτων*.

c. *ἄνθρωπον*. Editi addunt *σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ*, sed haec desunt in ve-

ritur et hic inimicitia, quae nobis fuit cum Deo. Ab illo populus exiit illaesus, ascendimus et nos ab aquis tanquam ex mortuis vivi, servati per gratiam eius, qui vocavit nos. Nubes autem umbra doni Spiritus, qui libidinum flammam mortificando membra refrigerat. T. III. p. 26.

32. Quid igitur? num quia typice in Mosen baptizati sunt, ideo exigua est gratia baptismatis? Sane hoc pacto nec aliud quidquam in nostris mysteriis fuerit magnum, si quod in singulis augustum est per praecedentes figuras deprimamus. Ac ne Dei quidem erga homines caritas magnum quiddam et eximium, qui unigenitum Filium dedit pro peccatis nostris, quandoquidem et Abraham filio suo non pepercit, nec Domini passio gloriosa, siquidem aries loco Isaac victimae figuram explevit, neque descensus ad inferos horribilis, quando quidem Ionas tribus diebus ac totidem noctibus mortis figuram prius explevit. Idem ergo facit et de baptismate, qui veritatem cum umbra comparat, et cum figuris confert ea, quae figuris significantur, ac per Mosen et mare totam simul evangelicam dispensationem elevare aggreditur. Nam quae peccatorum remissio, quae vitae renovatio in mari? quod donum spirituale per Mosen? quae illic peccati interemptio? Non illi Christo commortui sunt, eoque nec cum illo resuscitati sunt. Non portabant imaginem illius caelestis, non mortificationem Iesu in corpore circumferebant, non exuerunt veterem hominem, non induerunt novum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem illius, qui eum condidit. Quid igitur confers baptismata, quorum sola communis appellatio, rerum autem tanta differentia, quanta somnii a veritate ac umbrae et imaginum ab his, quae revera subsistunt? T. III. p. 27.

33. Sed et ipsa fides in Mosen non fidem in Spiritum parvae esse dignitatis ostendit, sed secundum istorum ratiocinationem ea potius, quae de Deo universorum profitemur, extenuat. *Credidit enim*, inquit, *populus Deo et Mosi famulo eius.* Deo itaque copulatus est Moses, non Spiritui, eratque typus non Spiritus, sed Christi. Nam Dei et hominum mediatorem per se ipsum tunc in ministerio legis praefigurabat. Neque enim Spiritus figura erat Moses, inter Deum et populum intercedens. Data est enim lex disposita per angelos, in

teribus libris. lisdem auctoribus legimus *κτίσαντος αὐτόν*. Deest *αὐτόν* in editis.

d. *τί οὖν* etc. Reg. tertius sic habet: *τί οὖν συγκρίνεις βάπτισμα ᾧ ἡ* etc. Paulo post legimus cum antiquis codicibus *ὀνείρου* et *Μωϋσέα*, editi *ὀνείρων* et *Μωϋσῆν*. Subinde cōdices duo *ἐπίστευσαν γὰρ, φησὶν, θεῷ*.

e. *προαπετύπου*. Sic plerique mss. Editi *προανετύπου*. Paulo post iidem editi cum uno codice ms. *πρόσκλησιν*, alii ut in contexta.

T. III. p. 27. θεὸν τῷ λαῷ μεσιτεύων. ἐδόθη γὰρ νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτου[1]), δηλαδὴ τοῦ Μωϋσέως, κατὰ τὴν πρόπλησιν τοῦ λαοῦ λέγοντος· λάλησον σύ, φησί, πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ θεός[2]). ὥστε ἡ εἰς αὐτὸν πίστις ἐπὶ τὸν κύριον ἀναφέρεται τὸν μεσίτην θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τὸν εἰπόντα· εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί[3]). ἆρα οὖν μικρὸν ἡ εἰς τὸν κύριον πίστις, ἐπειδὴ διὰ Μωϋσέως προεσημάνθη; οὕτως οὐδὲ εἴ τις εἰς Μωϋσῆν ἐβαπτίσθη, μικρὰ ἡ ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἐπὶ τὸ βάπτισμα χάρις. καίτοιγε ἔχω λέγειν ὅτι Μωϋσῆν καὶ τὸν νόμον τῇ γραφῇ λέγειν σύνηθες, ὡς τὸ ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας[4]). τὸ οὖν νομικὸν βάπτισμα λέγων, ἐβαπτίσθησαν, εἶπεν, εἰς τὸν Μωϋσῆν[5]). τί οὖν τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος ἡμῶν καὶ τὴν πλουσίαν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν δωρεάν, τοῦ διὰ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαινίζοντος ἡμῶν ὡς ἀετοῦ τὴν νεότητα, [a]εὐκαταφρόνητον δεικνύουσιν οἱ ἀπὸ τῆς σκιᾶς καὶ τῶν τύπων τὴν ἀλήθειαν διαβάλλοντες; ἥπου νηπίας φρενὸς παντελῶς τοῦτο καὶ παιδός τινος ὡς ἀληθῶς γάλακτος δεομένου, ἀγνοεῖν τὸ μέγα τῆς σωτηρίας ἡμῶν μυστήριον, ὅτι κατὰ τὸν εἰσαγωγικὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον ἐν τῇ κατὰ τὴν εὐσέβειαν γυμνασίᾳ πρὸς τὴν τελείωσιν ἀναγόμενοι τοῖς εὐληπτοτέροις πρῶτον καὶ συμμέτροις ἡμῖν [b]κατὰ τὴν γνῶσιν ἐστοιχειώθημεν, τοῦ οἰκονομοῦντος τὰ ἡμέτερα ὥσπερ ὀφθαλμοὺς ἐν σκότῳ τραφέντας τῷ κατ' ὀλίγον ἐθισμῷ πρὸς τὸ μέγα φῶς τῆς ἀληθείας ἀνάγοντος. φεισθεὶς γὰρ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἐν τῷ βάθει τοῦ πλούτου τῆς σοφίας αὐτοῦ καὶ τοῖς ἀνεξιχνιάστοις κρίμασι [c]τῆς συνέσεως τὴν προσηνῆ ταύτην καὶ εὐάρ-
T. III. p. 28. μοστον ἡμῖν ὑπέδειξεν ἀγωγήν, τὰς σκιὰς πρότερον ὁρᾶν τῶν σωμάτων καὶ ἐν ὕδατι βλέπειν τὸν ἥλιον προεθίζων, ὡς μὴ εὐθὺς τῇ θέᾳ τοῦ ἀκράτου φωτὸς προσβαλόντας ἀμαυρωθῆναι. κατὰ γὰρ τὸν ἴσον λόγον ὅ τε νόμος σκιὰν ἔχων τῶν μελλόντων καὶ ἡ διὰ τῶν προφητῶν [d]προτύπωσις αἴνιγμα οὖσα τῆς ἀληθείας γυμναστήρια τῶν ὀφθαλμῶν τῆς καρδίας ἐπινόηται, ὡς ἀπὸ τούτων βαδίως τῆς μεταβάσεως ἡμῖν πρὸς τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ σοφίαν γενησομένης. τὰ μὲν οὖν περὶ τύπων ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ γὰρ οὐδὲ δυνατὸν ἐπὶ πλέον [e]προσδιατρῖψαι τῷ τόπῳ, ἵ οὕτω γ' ἂν τὸ ἐπεισόδιον πολλαπλάσιον εἴη τοῦ κεφαλαίου.

1) Gal. 3, 19. 2) Exod. 20, 19. 3) Ioan. 5, 46. 4) Luc. 16, 29. 5) 1. Cor. 10, 2.

manu mediatoris, videlicet Mosis, secundum provocationem populi dicentis: *Loquere tu nobis, et non loquatur nobis Deus.* Itaque fides in Mosen ad Dominum refertur, mediatorem inter Deum et homines, qui dixit: *Si crederetis Mosi, crederetis utique mihi.* An igitur parvi momenti fides in Dominum, quia per Mosem praesignata est? Sic si quis in Mosen baptizatus est, non idcirco exigua Spiritus gratia in baptismate. Quamquam alioqui possum dicere consuetudinem esse Scripturae, Mosis nomine etiam significare legem, velut illud: *Habent Mosem et Prophetas.* Itaque de legali baptismate loquens *Baptizati sunt,* inquit, *in Mose.* Cur igitur gloriationem nostrae spei et dives illud Dei ac Servatoris nostri donum, qui per regenerationem renovat velut aquilae iuventutem nostram, contemptibile reddere conantur ii, qui ex umbra et figuris calumniantur veritatem? Profecto animi omnino infantilis est puerique, cui revera lacte est opus, ignorare magnum illud mysterium nostrae salutis, quod quemadmodum ad disciplinas discendas introduci solemus, ita in exercitatione pietatis, dum ad perfectionem inducimur, primum rebus, quae facilius percipiuntur et quarum cognitio nobis congruit, ceu primis quibusdam elementis instituti sumus, Deo, qui nostra gubernat, quasi oculos in tenebris enutritos ad magnum veritatis lumen paulatim assuefaciendo subvehente. Dum enim infirmitati nostrae parcit, in profunda sapientiae suae opulentia inque imperscrutabilibus intelligentiae suae iudiciis placidam hanc nobisque accommodam adhibuit institutionem, prius corporum umbras intueri et in aquis solem cernere consuefaciens, ne protinus spectaculo purae lucis offensi caligaremus. Ad consimilem enim rationem tum lex umbram habens futurorum, tum per Prophetas facta olim delineatio, quae est veritatis aenigma, exercitamenta oculorum cordis excogitata sunt, quod videlicet ab his futurus erat nobis transitus facilis ad reconditam in mysterio sapientiam. Itaque de figuris quidem hactenus. Neque enim licet huic loco diutius immorari. Alioqui quod obiter incidit, longe maius fieret argumento principali.

T. III. p. 27.

T. III. p. 28.

a. εὐκαταφρόνητον. Reg. secundus εὐκαταφρόνητα. Ibidem editi δείκνυτε, plerique codices ut in contextu. Haud procul ex tribus codicibus addimus τοῦτο post παντελῶς.

b. κατὰ τὴν γνῶσιν. Nescio unde editi habeant κατὰ τὴν ἀκατάληπτον γνῶσιν, quod in nullo prorsus codice reperimus.

c. τῆς συνέσεως. Editio Paris. addit αὐτοῦ, quod abest a nostris codicibus et ab edit. Basil. Paulo post legimus cum veteribus libris ἐν ὕδατι pro eo quod erat in editis ἐν ὕδασι.

d. προτύπωσις. Sic quatuor codices mss. Alii cum editis τύπωσις. Paulo post editi τῆς καρδίας ἡμῶν. Mss. ut in textu.

e. προσδιατρίψαι omnes codices; editi ἐνδιατρίψαι. Quamvis autem ibidem plerique codices habeant τῷ τύπῳ, retinuimus τόπῳ, sic enim postulat sententiae series.

T. III. p. 28. *Ἀπάντησις πρὸς ἀνθυποφορὰν ὅτι καὶ εἰς ὕδωρ βαπτιζόμεθα· ἐν ᾧ καὶ τὰ περὶ βαπτίσματος.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ΄.

Τί οὖν πρὸς τούτοις ἔτι; πολλῶν γὰρ διαλύσεων εὐποροῦσιν. καὶ εἰς ὕδωρ βαπτιζόμεθα, καὶ οὐ δήπου τὸ ὕδωρ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως προτιμήσομεν, ἢ καὶ αὐτῷ τῆς πατρὸς καὶ υἱοῦ τιμῆς μεταδώσομεν. οἱ μὲν οὖν ἐκείνων λόγοι τοιοῦτοι, ὁποῖοι ἂν γένοιντο ἀνθρώπων ὠργισμένων καὶ διὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους τῶν λογισμῶν ἐπισκότησιν μηδενὸς φειδομένων πρὸς τὴν τοῦ λελυπηκότος ἄμυναν· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὸν περὶ τούτων κατοκνήσομεν λόγον. ἢ γὰρ ἀγνοοῦντας διδάξομεν, ἢ κακουργοῦσιν οὐκ ἐπιτρέψομεν. μικρὸν δὲ [b] *ἄνωθεν.*

Ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομία ἀνάκλησίς ἐστιν ἀπὸ τῆς ἐκπτώσεως καὶ ἐπάνοδος εἰς οἰκείωσιν Θεοῦ ἀπὸ τῆς διὰ τὴν παρακοὴν γενομένης ἀλλοτριώσεως. διὰ τοῦτο ἡ μετὰ σαρκὸς ἐπιδημία Χριστοῦ, αἱ τῶν εὐαγγελικῶν πολιτευμάτων ὑποτυπώσεις, τὰ πάθη, ὁ σταυρός, ἡ ταφή, ἡ ἀνάστασις, ὥστε τὸν σωζόμενον ἄνθρωπον διὰ μιμήσεως Χριστοῦ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην υἱοθεσίαν ἀπολαβεῖν. ἀναγκαία τοίνυν ἐστὶ πρὸς τελείωσιν ζωῆς ἡ Χριστοῦ μίμησις, οὐ μόνον ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον ὑποδείγμασιν ἀοργησίας καὶ ταπεινοφροσύνης καὶ μακροθυμίας, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου, ὡς Παῦλός φησιν ὁ μιμητὴς τοῦ Χριστοῦ· συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασιν[1]*). πῶς οὖν γινόμεθα ἐν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ; συνταφέντες αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος*[2]*). τίς οὖν ὁ τρόπος τῆς ταφῆς; καὶ τί τὸ ἐκ τῆς μιμήσεως χρήσιμον; πρῶτον μὲν ἀναγκαῖον τὴν ἀκολουθίαν τοῦ προτέρου βίου διακοπῆναι. τοῦτο δὲ ἀδύνατον μὴ ἄνωθεν γεννηθέντα κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν*[3]*), ἡ γὰρ παλιγγενεσία, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τὸ ὄνομα, δευτέρου βίου ἐστὶν ἀρχή. ὥστε* [d] *πρὶν ἄρξασθαι τοῦ*
T. III. p. 29. *δευτέρου πέρας χρὴ δοῦναι τῷ προλαβόντι. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν τὸν δίαυλον ἀνακαμπτόντων στάσις τις καὶ ἐπηρέμησις τὰς ἐναντίας κινήσεις διαλαμβάνει, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τῶν βίων μεταβολῆς ἀναγκαῖον ἐφάνη θάνατον ἀμφοτέροις μεσιτεῦσαι τοῖς βίοις, περατοῦντα μὲν τὰ προάγοντα, ἀρχὴν δὲ διδόντα τοῖς ἐφεξῆς. πῶς οὖν*

1) Phil. 3, 10. 11. 2) Rom. 6, 4. 5. 3) Ioan. 3, 3.

a. *τί οὖν πρὸς τούτοις.* Haec periodus in editis ad caput praecedens refertur; sed commodius visum est inde initium huius capitis ut in nonnullis mss. ducere. Paulo post tres codices *ἢ καὶ αὐτό.*

Responsio ad id, quod subinferunt, nos et in aquam baptizari; ubi et de baptismate.

T. III. p. 28.

CAPUT XV.

34. Quid igitur ad haec? Multis quippe solutionibus abundant. Etiam in aquam baptizamur, nec tamen aquam universae creaturae praeferemus, neque ei Patris ac Filii honorem impertiemus. Atque illorum quidem verba talia sunt, qualia hominum ira commotorum, qui ob affusas rationi ex affectu tenebras a nullo temperant, quod ad ulciscendum eum, a quo offensi sunt, faciat. Nos autem ne de his quidem gravabimur disserere. Aut enim ignorantes docebimus, aut maligne obsistentibus non concedemus. Sed paulo altius.

35. Dei ac Servatoris nostri circa hominem dispensatio revocatio est a lapsu, reditusque ad Dei familiaritatem ab alienatione, quam induxit inobedientia. Hanc ob causam adventus Christi in carne, evangelicae conversationis formae, afflictiones, crux, sepultura, resurrectio, ut homo, qui salvus fit per imitationem Christi, veterem illam filiorum adoptionem recipiat. Itaque necessarium est ad vitae perfectionem Christum imitari, non solum in exemplis, quae in vita demonstravit, lenitatis, humilitatis ac patientiae, verum etiam ipsius mortis, sicut Paulus ait Christi imitator: *Conformatus morti eius, si quo modo perveniam ad resurrectionem ex mortuis.* Quomodo igitur fit ut simus in similitudine mortis eius? Consepulti cum illo per baptisma. Quis igitur est modus sepulturae, aut quis ex imitatione fructus? Primum quidem necesse est vitae prioris seriem interrumpi. Id autem nemo potest consequi nisi natus denuo iuxta Domini vocem; siquidem regeneratio, uti ipsum etiam nomen declarat, alterius vitae initium est. Quare antequam alteram vitam incipias, oportet priori finem imponere. Quemadmodum enim in his, qui stadii finem assequuti sese reflectunt, T. III. p. 29. statio quaedam et requies inter contrarias motiones interponitur, sic et in mutatione vitae videbatur necessarium, ut mors inter priorem et posteriorem vitam intercederet, quae et praecedentia finiat et initium

b. *ἄνωθεν*. Editi addunt *ἀναλαβόντες εἴπωμεν*, sed hac ab antiquis omnibus libris absunt, nec videntur necessaria. Ibidem quatuor codices *ἡ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός*.

c. *αἱ τῶν ... ὑποτυπώσεις*. Sic prisci quinque libri, editi autem *ἡ ... ὑποτύπωσις*. Reg. secundus ibidem *ἢ μετὰ σαρκὸς οἰκονομία*.

d. *πρὶν ἄρξασθαι τοῦ δευτέρου, πέρας* etc. Editi *τῷ μέλλοντι ἄρξασθαι τοῦ δευτέρου βίου, πέρας* etc. Sed *τῷ μέλλοντι* in nullo codice reperitur, *βίου* autem in uno tantum. Emendavimus ope Regii primi, ex quo sumsimus *πρίν*, quod difficultatis nihil prorsus relinquit. Mox Reg. secundus *ὡς γὰρ τῶν ἐπὶ τὸν δίαυλον ἀναβαπτόντων*.

T. III. p. 29. κατορθοῦμεν [a]τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον; μιμούμενοι τὴν ταφὴν τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος. οἱονεὶ γὰρ ἐνθάπτεσαι τῷ ὕδατι τῶν βαπτιζομένων τὰ σώματα. ἀπόθεσιν οὖν τῶν ἔργων τῆς σαρκὸς συμβολικῶς [b]ὑποφαίνει τὸ βάπτισμα, κατὰ τὸν ἀπόστολον λέγοντα, ὅτι περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι[1]), καὶ οἱονεὶ καθάρσιόν ἐστι ψυχῆς τοῦ ἀπὸ τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος αὐτῇ προσγενομένου ῥύπου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι πλυνεῖς με καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι[2]). διὰ τοῦτο οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς ἐφ' ἑκάστῳ μολύσματι ἀπολουόμεθα, ἀλλ' ἓν οἴδαμεν τὸ σωτήριον βάπτισμα, ἐπειδὴ εἷς ἐστιν ὁ ὑπὲρ τοῦ κόσμου θάνατος καὶ μία ἡ ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασις, ὧν τύπος ἐστὶ τὸ βάπτισμα. τούτου χάριν ὁ τὴν ζωὴν [c]ἡμῶν οἰκονομῶν κύριος τὴν τοῦ βαπτίσματος ἡμῖν ἔθετο διαθήκην θανάτου τύπον καὶ ζωῆς περιέχουσαν, τὴν μὲν τοῦ θανάτου εἰκόνα τοῦ ὕδατος ἐκπληροῦντος, τὸν δὲ τῆς ζωῆς ἀρραβῶνα παρεχομένου τοῦ πνεύματος. ὥστε σαφὲς ἡμῖν ἐντεῦθεν γέγονε τὸ ζητούμενον, διὰ τί τῷ πνεύματι τὸ ὕδωρ συμπαρελήφθη, ὅτι δύο σκοπῶν ἐν τῷ βαπτίσματι προκειμένων, καταργῆσαι μὲν τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας τοῦ μηκέτι αὐτὸ καρποφορεῖν τῷ θανάτῳ, ζῆν δὲ τῷ πνεύματι καὶ τὸν καρπὸν ἔχειν ἐν ἁγιασμῷ, τὸ μὲν ὕδωρ τοῦ θανάτου τὴν εἰκόνα παρέχει, ὥσπερ ἐν ταφῇ τὸ σῶμα παραδεχόμενον, τὸ δὲ πνεῦμα τὴν ζωοποιὸν ἐνίησι δύναμιν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν νεκρότητος εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς ζωὴν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀνακαινίζον. τοῦτο οὖν ἐστι τὸ ἄνωθεν γεννηθῆναι ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος[3]), ὡς τῆς μὲν νεκρώσεως ἐν τῷ ὕδατι τελουμένης, τῆς δὲ ζωῆς ἡμῶν ἐνεργουμένης διὰ τοῦ πνεύματος. ἐν τρισὶν οὖν καταδύσεσι καὶ ἀναρίθμοις ταῖς ἐπικλήσεσι τὸ μέγα μυστήριον τοῦ βαπτίσματος τελειοῦται, ἵνα καὶ ὁ τοῦ θανάτου τύπος ἐξεικονισθῇ καὶ τῇ παραδόσει τῆς θεογνωσίας τὰς ψυχὰς φωτισθῶσιν οἱ βαπτιζόμενοι, ὥστε εἴ τίς ἐστιν ἐν τῷ ὕδατι χάρις, οὐκ ἐκ τῆς φύσεώς ἐστι τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ πνεύματος παρουσίας. οὐ γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα ῥύπου σαρκὸς ἀπόθεσις, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεόν[4]). πρὸς οὖν τὸν ἐξ ἀναστάσεως βίον καταρτίζων ἡμᾶς ὁ κύριος τὴν εὐαγγελικὴν πᾶσαν ἐκτίθεται πολιτείαν, τὸ ἀόργητον, τὸ ἀνεξίκακον, τὸ φιληδονίας [d]ἀῤῥύπωτον, τὸ ἀφιλάργυρον τοῦ τρόπου νομοθετῶν, ὥστε ἅπερ ὁ αἰὼν ἐκεῖνος κατὰ τὴν φύσιν κέκτηται, ταῦτα προλαβόντας ἡμᾶς ἐκ προαιρέσεως κατορθοῦν. εἰ τοίνυν τις ὁριζόμενος εἴποι τὸ εὐαγγέλιον εἶναι τοῦ ἐξ ἀναστάσεως βίου προδιατύπωσιν, οὐκ ἄν μοι [e]δοκῇ τοῦ προσήκοντος ἁμαρτεῖν. ἐπὶ οὖν τὸν σκοπὸν ἐπανέλθωμεν.

det sequentibus. Quomodo igitur assequimur descensum ad inferos? T. III. p. 29.
Christi sepulturam imitantes per baptismum. Eorum enim, qui baptizantur, corpora quodammodo in aquis sepeliuntur. Proin depositionem operum carnis arcano modo significat baptismus, iuxta Apostolum dicentem: *Circumcisi estis circumcisione non facta manu, in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, sepulti cum illo in baptismo.* Ac baptisma quodam modo repurgat animam a sordibus, quae ei a carnali sensu accedunt, iuxta id quod scriptum est: *Lavabis me et super nivem dealbabor.* Hanc ob causam non Iudaeorum more in quibuslibet inquinamentis abluimur, sed unum novimus salutiferum baptisma; quandoquidem una est pro mundo mors et una ex mortuis resurrectio, quarum figura est baptisma. Quapropter qui nostram vitam dispensat Dominus, baptismatis pactum nobis statuit, mortis ac vitae typum habens, mortis quidem imaginem explente aqua, Spiritu vero vitae arrham praebente. Hinc itaque nobis perspicuum est quod quaerebatur, quamobrem aqua coniuncta fuerit Spiritui. Cum enim duo scopi propositi sint in baptismo, videlicet ut aboleatur corpus peccati, ne postea fructificet morti, tum ut vivatur Spiritu et fructus habeatur in sanctificatione; aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulcro recipiens, Spiritus vero vim vivificam immittit, a morte peccati renovans animas nostras in pristinam vitam. Hoc igitur est denuo nasci ex aqua et Spiritu, quippe quia mors perficitur in aqua, vitam vero nostram operatur Spiritus. Tribus igitur demersionibus ac totidem invocationibus magnum baptismatis mysterium peragitur, ut et mortis figura exprimatur, et per traditionem divinae scientiae animus illustretur eorum, qui baptizantur. Itaque si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquae natura, sed ex Spiritus praesentia. Non enim est baptismus depositio sordium corporis, sed conscientiae bonae interrogatio apud Deum. Itaque ad eam vitam, quae est ex resurrectione, praeparans nos Dominus totam evangelicam conversationem proponit, ut non irascamur, ut malorum tolerantes simus et a voluptatum amore puri, ut a studio pecuniae mores sint liberi, praescribens, ita ut quae illud saeculum iuxta naturam possidet, ea nos praecipientes ex animi inductione peragamus. Proinde si quis definiens dicat evangelium esse vitae, quae est ex resurrectione, figuram, mihi nequaquam videatur a recto aberrare. Ad scopum igitur revertamur.

1) Col. 2, 11. 12. 2) Ps. 51 [50. LXX.], 9. 3) Ioan. 3, 3. 5. 4) 1. Petr. 3, 21.

a. *τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον.* Colbert. et Reg. tertius *κατάβασιν.*

b. *ὑποφαίνει.* Sic codices omnes. Editi *ὑποσημαίνει.* [Par. II.: Articulum e codice 965 addidimus.]

c. *ἡμῶν.* Sic libri veteres. Editi *ἡμῖν.*

d. *ἀῤῥύπωτον.* Duo codices mss. *ἄῤῥυπον.*

e. *δοχῇ.* Sic libri veteres, melius quam editi *δοκεῖ* [Par. II.: quod tuetur cd. 500].

T. III. p. 30. Διὰ πνεύματος ἁγίου ἡ εἰς παράδεισον ἀποκατάστασις, ἡ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἄνοδος, ἡ εἰς υἱοθεσίαν ἐπάνοδος, ἡ παῤῥησία τοῦ καλεῖν [a]ἑαυτῶν πατέρα τὸν θεόν, κοινωνὸν γενέσθαι τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, τέκνον φωτὸς χρηματίζειν, δόξης ἀϊδίου μετέχειν, καὶ ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πληρώματι εὐλογίας γενέσθαι ἔν τε τῷ αἰῶνι τούτῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, ὧν διὰ πίστεως ἀπεκδεχόμεθα τὴν ἀπόλαυσιν, ὡς ἤδη παρόντων τὴν χάριν ἐνοπτριζόμενοι. εἰ γὰρ ὁ ἀῤῥαβὼν τοιοῦτος, ἡλίκον τὸ τέλειον; καὶ εἰ ἡ ἀπαρχὴ [b]τοσαύτη, τίς ἡ τοῦ ὅλου πλήρωσις; ἔτι κἀκεῖθεν τῆς ἀπὸ τοῦ πνεύματος χάριτος πρὸς τὸ ἐν ὕδατι βάπτισμα γνώριμον τὸ διάφορον, ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν, ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ πνεύματι [c]τῷ ἁγίῳ. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμᾶς, φησί, βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν, ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μού ἐστιν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί[1]), τὸ τοῦ πυρὸς βάπτισμα τὴν ἐν τῇ κρίσει δοκιμασίαν λέγων, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος· ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ [d]αὐτὸ δοκιμάσει, καὶ πάλιν· ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται[2]). ἤδη δέ τινες ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν ἀληθείᾳ καὶ οὐ μιμήσει τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ὑποστάντες οὐδὲν τῶν ἐκ τοῦ ὕδατος συμβόλων εἰς τὴν σωτηρίαν ἐπεδεήθησαν, ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι βαπτισθέντες. καὶ οὐκ ἀθετῶν τὸ ἐν τῷ ὕδατι βάπτισμα ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τοὺς λογισμοὺς καθαιρῶν τῶν ἐπαιρομένων κατὰ τοῦ πνεύματος καὶ μιγνύντων τὰ ἄμικτα καὶ [e]παρισαζόντων τὰ ἀσυνείκαστα.

Ὅτι ἀχώριστον ἐπὶ πάσης ἐννοίας πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπί τε τῆς τῶν νοητῶν δημιουργίας καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ἀνθρωπίνων οἰκονομίας καὶ ἐπὶ τῆς προσδοκωμένης κρίσεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ΄.

Ἐπὶ οὖν τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανίωμεν, ὅπως ἐν πᾶσιν ἀχώριστόν ἐστι καὶ ἀδιάστατον παντελῶς πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ἐν τῷ περὶ τοῦ χαρίσματος τῶν γλωσσῶν τόπῳ Κορινθίοις ἐπι-

1) Matth. 3, 11. 2) 1. Cor. 3, 13.

a. ἑαυτῶν. Ita codices mss. Editi ἑαυτοῦ. Ibidem Reg. quartus τῆς χαρᾶς τοῦ Χριστοῦ.

b. τοσαύτη. Sic quatuor codices; alii cum editis τοιαύτη. Ibidem editio Basileensis τίς ἡ τοῦ λόγου πλήρωσις.

36. Per Spiritum sanctum datur in paradisum restitutio, ad regnum caelorum ascensus, in adoptionem filiorum reditus, datur fiducia Deum appellandi patrem suum, consortem fieri gratiae Christi, filium lucis appellari, aeternae gloriae participem esse, et ut semel omnia dicam, esse in omni benedictionis plenitudine, tum in praesenti hoc saeculo tum in futuro, repositorum nobis in promissis bonorum, quae per fidem fruenda exspectamus, perinde quasi iam adsint, gratiam velut in speculo contemplantes. Nam si talis est arrhabo, quale est illud, quod perfectum est? et si tantae sunt primitiae, quae erit totius consummatio? Insuper et illinc cognoscitur, quantum inter eam gratiam, quae a Spiritu proficiscitur, et baptismum, qui aqua constat, sit discriminis, quod Ioannes quidem baptizavit in aqua ad poenitentiam, Dominus autem noster Iesus Christus in Spiritu sancto. *Ego equidem*, inquit, *baptizo vos in aqua ad poenitentiam, qui autem post me venit, potentior me est, cuius non sum dignus ut gestem calceamenta; ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni*, ignis baptismum probationem, quae fiet in iudicio, dicens, quemadmodum Apostolus ait: *Uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit*, et rursus: *Dies enim declarabit, quod in igne patefit.* Iam vero sunt nonnulli, qui in certaminibus pro pietate revera, non imitatione, mortem pro Christo perpessi nihil symbolis, quae sunt in aqua, opus habuerunt ad salutem, nimirum in proprio baptizati sanguine. Neque haec ita loquor, quod aquae baptisma spernam, sed ut istorum rationes deiiciam, qui adversus Spiritum eriguntur, quique commiscent non miscenda, et similia faciunt quae comparationem respuunt. T. III. p. 30.

Quod in omni notione Spiritus sanctus inseparabilis est a Patre et Filio sive in creatione intelligibilium creaturarum sive in humanarum rerum dispensatione sive in iudicio quod exspectatur.

CAPUT XVI.

37. Ad id igitur, quod initio institutum est, redeamus, quod videlicet in omnibus Spiritus sanctus inseparabilis et prorsus indistractus sit a Patre et Filio. Paulus Corinthiis scribens eo in loco, in

quae verba sic reddidit Erasmus: *Quae erit verbi consummatio?* Paulo post addidimus εἰς μετάνοιαν ex tribus codicibus.

c. τῷ ἁγίῳ. Editi addunt καὶ τῷ πυρί. Sed haec in nullo codice ms.

d. αὐτό. Legitur ea vox in cod. Colbert. et Reg. quinto, abest ab aliis.

e. παρισαζόντων. Sic omnes codices mss., non ut editi παρεικαζόντων.

T. III. p. 30. στέλλων [a]ὁ Παῦλος· ἐὰν πάντες, φησί, προφητεύητε, εἰσέλθῃ δέ [b]τις ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται· καὶ οὕτω πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον προσκυνήσει τῷ Θεῷ, ἀπαγγέλλων ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστιν[1]). εἰ τοίνυν ἐκ τῆς προφητείας τῆς κατὰ τὴν διαίρεσιν τῶν χαρισμάτων τοῦ πνεύματος ἐνεργουμένης ἐπι-
T. III. p. 31. γινώσκεται ὁ Θεὸς ἐν τοῖς προφήταις εἶναι, βουλευσάσθωσαν οὗτοι ποίαν χώραν ἀποδώσουσι τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, πότερον μετὰ Θεοῦ [a]τάσσειν ἢ πρὸς τὴν κτίσιν ἐξωθεῖν δικαιότερον. καὶ τὸ πρὸς Σάπφειραν ὑπὸ Πέτρου· τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἐψεύσασθε ἀνθρώποις, ἀλλὰ Θεῷ[2]), δείκνυσιν ὅτι τὰ αὐτὰ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ εἰς Θεόν ἐστιν τὰ ἁμαρτήματα. καὶ οὕτω δ' ἂν τὸ συναφὲς καὶ ἀδιαίρετον κατὰ πᾶσαν ἐνέργειαν ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ τοῦ πνεύματος διδαχθείης. [a]ἐνεργοῦντος τοῦ Θεοῦ τὰς διαιρέσεις τῶν ἐνεργημάτων καὶ τοῦ κυρίου τὰς διαιρέσεις τῶν διακονιῶν, συμπάρεστι τὸ ἅγιον πνεῦμα, τὴν διανομὴν τῶν χαρισμάτων πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστου αὐτεξουσίως οἰκονομοῦν. διαιρέσεις γάρ, φησί, χαρισμάτων εἰσί, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα, καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος, καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσίν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. ταῦτα δὲ πάντα, φησίν, ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται[3]). οὐ μὴν ἐπειδὴ πρῶτον ἐνταῦθα τοῦ πνεύματος ὁ ἀπόστολος ἐπεμνήσθη καὶ δεύτερον τοῦ υἱοῦ καὶ τρίτον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, ἤδη χρὴ καθόλου νομίζειν ἀντεστράφθαι τὴν τάξιν. ἀπὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας σχέσεως τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν, ἐπειδὴ ὑποδεχόμενοι τὰ δῶρα πρῶτον ἐντυγχάνομεν τῷ διανέμοντι, εἶτα ἐννοοῦμεν τὸν ἀποστείλαντα, εἶτα ἀνάγομεν τὴν ἐνθύμησιν ἐπὶ τὴν πηγὴν καὶ αἰτίαν τῶν ἀγαθῶν.

Μάθοις δ' ἂν τὴν πρὸς πατέρα καὶ υἱὸν τοῦ πνεύματος κοινωνίαν καὶ ἐκ [a]τῶν δημιουργημάτων τῶν ἐξ ἀρχῆς. αἱ γὰρ καθαραὶ καὶ νοεραὶ καὶ ὑπερκόσμιοι δυνάμεις ἅγιαι καὶ εἰσὶ καὶ ὀνομάζονται, ἐκ τῆς παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνδοθείσης χάριτος τὸν ἁγιασμὸν κεκτημέναι. ὥστε ἀποσεσιώπηται μὲν ὁ τρόπος τῆς κτίσεως τῶν οὐρανίων δυνάμεων, ἀπὸ γὰρ τῶν αἰσθητῶν μόνον τὸν δημιουργὸν ἡμῖν ὁ τὴν [f]κοσμογονίαν συγγραψάμενος ἀπεκάλυψε· σὺ δὲ ἔχων δύναμιν ἐκ τῶν ὁρατῶν ἀναλογίζεσθαι τὰ ἀόρατα δό-

1) 1. Cor. 14, 24. 25. 2) Act. 5, 9. 4. 3) 1. Cor. 12, 4—6. 11.

a. ὁ Παῦλος. Combefisius legendum putat δηλοῖ ὁ Παῦλος; sed necessaria non est emendatio, modo initium huius capitis non sumatur, ut in editis, a verbis ὅπως ἐν πᾶσιν, sed ab ἐπὶ οὖν τό, ut in veteribus libris. Habent etiam editi ὁ ἅγιος Παῦλος, sed codices mss. ut edidimus.

b. τις ex tribus codicibus addidimus. Paulo post tres alii καὶ οὕτω τὰ κρυπτά.

quo de dono linguarum tractat, ait: *Si omnes prophetetis, ingrediatur autem aliquis infidelis aut idiota, arguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem adorabit Deum, renuntians quod Deus sit vere in vobis.* Itaque si ex prophetia, quae iuxta distributionem donorum Spiritus editur, agnoscitur Deus in Prophetis esse, consultent isti quem locum attributuri sint Spiritui sancto, utrum aequius sit illum cum Deo iungere an ad creaturarum ordinem extrudere. Quin et ista Petri ad Sapphiram verba: *Quid est quod convenit inter vos tentare Spiritum sanctum? non mentiti estis hominibus, sed Deo,* ostendunt eadem in Spiritum sanctum et in Deum esse peccata. Atque hoc etiam pacto discere poteris Spiritum sanctum in omni operatione coniunctum et inseparabilem esse a Patre et Filio. Cum Deus efficit distributiones operationum ac Dominus divisiones ministrationum, simul adest Spiritus sanctus, partitionem donorum pro cuiusque dignitate proprio arbitrio dispensans. *Nam,* inquit, *divisiones donorum sunt, idem autem Spiritus. Et divisiones administrationum sunt, idem autem Dominus. Et divisiones operationum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Haec autem omnia,* inquit, *operatur unus et idem Spiritus, dividens seorsim cuique prout vult.* Attamen non quoniam Apostolus primo loco meminit Spiritus, secundo Filii, tertio Dei et Patris, protinus oportet suspicari ordinem omnino inversum esse. A nostra siquidem habitudine sumsit exordium. Nam cum dona accipimus, nobis is, qui distribuit, occurrit primum: mox cogitamus eum, qui misit, postremo cogitationem perducimus ad fontem auctoremque bonorum. T. III. p. 30. T. III p. 31.

38. Iam etiam ex rebus initio conditis discas licet Spiritus cum Patre et Filio communionem. Nam purae et intelligentes et supermundanae virtutes sanctae tum sunt tum nominantur, ex gratia a Spiritu sancto infusa sanctimoniam consequutae. Quare silentio praetermissus est modus creationis caelestium virtutum; nam ex sensibilibus tantum creatorem nobis aperuit is, qui conditi orbis conscripsit historiam. Tu vero, qui facultatem habes ex visibilibus invisibilia depre-

c. *τάσσειν*. Sic mss. Editi *συντάσσειν*. Paulo post editi *Σάπφειραν τοῦ Πέτρου*. Mss. ut in textu.

d. *ἐνεργοῦντος*. Post hanc vocem editi addunt *γάρ*, quod in veteribus libris non reperitur.

e. *ἐκ τῶν*. Editi hic ponunt *ἐξ ἀρχῆς*, sed codices mss. ut in textu. Paulo post editio Paris. *ἐκδοθείσης*, quod in uno tantum codice reperitur; alii *ἐνδοθείσης* vel *δοθείσης*. Habet etiam editio Basileensis *ἐνδοθείσης*.

f. *κοσμογονίαν*. Colb. et unus Reg. *κοσμογένειαν*. Alius Reg. *κοσμοποιίαν*.

T. III. p. 31. ξαζε τὸν ποιητήν, ἐν ᾧ ἐκτίσθη τὰ πάντα, εἴτε ὁρατὰ εἴτε ἀόρατα εἴτε ἀρχαὶ εἴτε ἐξουσίαι εἴτε δυνάμεις εἴτε θρόνοι εἴτε κυριότητες[1]), καὶ εἴ τινές εἰσιν ἕτεραι λογικαὶ φύσεις [a]ἀκατονόμαστοι. ἐν δὲ τῇ τούτων κτίσει ἐννόησόν μοι τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν τῶν γινομένων, τὸν πατέρα, τὴν δημιουργικήν, τὸν υἱόν, τὴν τελειωτικήν, τὸ πνεῦμα, ὥστε βουλήματι μὲν τοῦ πατρὸς τὰ λειτουργικὰ πνεύματα ὑπάρχειν, ἐνεργείᾳ δὲ υἱοῦ εἰς τὸ εἶναι παράγεσθαι, παρουσίᾳ δὲ τοῦ πνεύματος τελειοῦσθαι. τελείωσις δὲ ἀγγέλων ἁγιασμὸς καὶ ἡ ἐν τούτῳ διαμονή. καὶ μηδεὶς οἰέσθω με ἢ τρεῖς εἶναι λέγειν ἀρχικὰς ὑποστάσεις ἢ ἀτελῆ φάσκειν τοῦ υἱοῦ τὴν ἐνέργειαν. ἀρχὴ γὰρ τῶν ὄντων μία, δι' υἱοῦ δημιουργοῦσα καὶ τελειοῦσα ἐν πνεύματι. καὶ οὔτε πατὴρ ὁ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργῶν ἀτελῆ ἔχει τὴν ἐνέργειαν, οὔτε υἱὸς ἐλλιπῆ τὴν δημιουργίαν μὴ τελειουμένην παρὰ τοῦ πνεύματος. οὕτω γὰρ ἂν οὔτε
T. III. p. 32. πατὴρ προσδεηθείη υἱοῦ, μόνῳ τῷ θέλειν δημιουργῶν, ἀλλ' [b]ὅμως θέλει διὰ υἱοῦ, οὔτ' ἂν υἱὸς [c]συνεργίας προσδεηθείη, καθ' ὁμοιότητα τοῦ πατρὸς ἐνεργῶν, ἀλλὰ καὶ υἱὸς θέλει διὰ τοῦ πνεύματος τελειοῦν· τῷ λόγῳ γὰρ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν[2]). οὔτε οὖν λόγος ἀέρος τύπωσις σημαντικὴ διὰ φωνητικῶν ὀργάνων ἐκφερομένη, οὔτε πνεῦμα στόματος ἀτμὸς ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν μερῶν ἐξωθούμενος, ἀλλὰ λόγος μὲν ὁ πρὸς θεὸν ὢν ἐν ἀρχῇ καὶ θεὸς ὤν[3]), πνεῦμα δὲ στόματος θεοῦ τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται[4]). τρία τοίνυν νοεῖς, τὸν προστάσσοντα κύριον, τὸν δημιουργοῦντα λόγον, [d]τὸ στερεοῦν τὸ πνεῦμα. τί δ' ἂν ἄλλο εἴη στερέωσις ἢ ἡ κατὰ τὸν ἁγιασμὸν τελείωσις, τὸ ἀνένδοτον καὶ ἄτρεπτον καὶ παγίως ἐρηρεισμένον ἐν ἀγαθῷ τῆς στερεώσεως ἐμφαινούσης; ἁγιασμὸς δὲ οὐκ ἄνευ πνεύματος. οὐ γὰρ φύσει ἅγιαι αἱ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις, [e]ἢ οὕτω γ' ἂν οὐδεμίαν πρὸς τὸ ἅγιον πνεῦμα τὴν διαφορὰν ἔχοιεν· ἀλλὰ κατὰ ἀναλογίαν τῆς πρὸς ἀλλήλας ὑπεροχῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τὸ μέτρον παρὰ τοῦ πνεύματος ἔχουσαι. ὡς γὰρ ὁ καυτὴρ μετὰ τοῦ πυρὸς νοεῖται, καὶ ἄλλο μέντοι ἡ ὑποκειμένη ὕλη καὶ ἄλλο τὸ πῦρ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων ἡ μὲν οὐσία αὐτῶν [f]ἀέριον πνεῦμα, εἰ τύχοι, ἢ πῦρ ἄϋλον (κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ [g]πυρὸς φλόγα[5])· διὸ

1) Col. 1, 16. 2) Ps. 33 [32. LXX.], 6. 3) Ioan. 1, 1. 4) Ioan. 15, 26. 5) Ps. 104 [103. LXX.], 4.

a. ἀκατονόμαστοι. Sic tres antiqui codices. Colbert. ἀκατωνόμαστοι, editi ἀκατανόμαστοι. Mox editi γενομένων, quinque libri veteres γωομένων.

b. ὅμως θέλει. Hic editi et infra, ubi de Filio addunt καὶ πέφυκε; in quo non minus pugnant cum Basilii sensu, quam cum mss. codicibus.

hendendi, glorifica conditorem, in quo condita sunt omnia, sive visibilia sive invisibilia sive principatus sive potestates sive virtutes sive throni sive dominationes, et si quae aliae sunt rationales naturae, quae nominari non possunt. In horum autem creatione cogita mihi primariam causam eorum, quae fiunt, Patrem, conditricem, Filium, perfectricem, Spiritum sanctum, ut voluntate quidem Patris sint administratorii spiritus, Filii vero operatione perducantur ut sint, Spiritus autem praesentia perficiantur. Porro angelorum perfectio est sanctificatio et in hac perseverantia. Ac nemo me credat tres originales hypostases ponere aut Filii operationem dicere imperfectam. Principium enim eorum, quae sunt, unum est, per Filium condens et perficiens in Spiritu. Ac nec Pater, qui operatur omnia in omnibus, imperfectam habet operationem, neque Filius inconsummatam creationem, nisi a Spiritu perficiatur. Hoc enim pacto nec Pater opus habebit Filio, sola voluntate creans, attamen vult creare per Filium, neque Filius egebit auxilio, iuxta Patris similitudinem operans; sed et Filius vult per Spiritum perficere. Nam *Verbo Domini caeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Itaque nec verbum est significativa aeris percussio per vocis instrumenta prolata, nec Spiritus oris halitus partibus respiratoriis efflatus, sed Verbum est, quod in principio erat apud Deum et Deus erat, Spiritus autem oris Dei Spiritus est veritatis, qui a Patre procedit. Itaque tria intelligis, mandantem Dominum, creans Verbum, et confirmantem Spiritum. Quae porro alia possit esse confirmatio quam in sanctimonia perfectio, confirmationis voce significante constantiam, immutabilitatem et soliditatem in bono? Sanctificatio autem non est absque Spiritu. Neque enim caelorum virtutes suapte natura sanctae sunt, alioquin nihil differrent a Spiritu sancto; sed iuxta proportionem, qua se invicem superant, a Spiritu habent sanctificationis mensuram. Quemadmodum enim cauterium non sine igne intelligitur, cum aliud sit subiecta materia et aliud ignis; itidem et in caelestibus virtutibus, substantia quidem earum puta spiritus est aerius aut ignis immaterialis, iuxta id, quod scriptum est: *Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis*; quapropter et in loco sunt, et fiunt visibiles, dum iis, qui

T. III. p. 31.

T. III. p. 32.

c. *συνεργίας*. Pro hac voce, quae in editis legitur et in tribus codicibus mss., habet Reg. tertius *δημιουργίας*, Colbertinus vero *πνεύματος*, quae vox addita fuit alia manu, sed tamen antiqua.

d. *τὸ στερεοῦν*. Sic Reg. secundus et quartus, quos sequi malumus quam tres alios, in quibus et in editis legitur *τὸν στερεοῦντα*. Addunt editi *τὸ ἅγιον*, quod nullo in codice ms. reperitur.

e. *ἢ οὕτω γ' ἄν*. Editio Paris. *ἢ οὕτω γάρ*, contra codicum mss. et editionis Basileensis fidem. Paulo post Reg. secundus *παρὰ τοῦ πνεύματος ἔχουσι*.

f. *ἀέριον πνεῦμα*. Male in editis additur *τό*.

g. *πυρὸς φλόγα*. Sic quinque codices; unus cum editis *πῦρ φλέγον*.

T. III. p. 32. καὶ ἐν τόπῳ εἰσὶ καὶ ὁρατοὶ γίνονται, ἐν τῷ εἴδει τῶν οἰκείων αὐτῶν σωμάτων τοῖς ἀξίοις ἐμφανιζόμενοι), ὁ μέντοι ἁγιασμὸς ἔξωθεν ὢν τῆς οὐσίας τὴν τελείωσιν αὐτοῖς ἐπάγει διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ πνεύματος. φυλάσσουσι δὲ τὴν ἀξίαν τῇ ἐπιμονῇ τοῦ καλοῦ, ἔχουσαι μὲν ἐν προαιρέσει τὸ αὐτεξούσιον, οὐδέποτε δὲ ἐκ τῆς τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ προσεδρείας ἐκπίπτουσαι. ὡς ἐὰν ὑφέλῃς τῷ λόγῳ τὸ πνεῦμα, λέλυνται μὲν ἀγγέλων [a]χορεῖαι, ἀνῄρηνται δὲ ἀρχαγγέλων ἐπιστασίαι, συγκέχυται δὲ τὰ πάντα, ἀνομοθέτητος, ἄτακτος, ἀόριστος αὐτῶν ἡ ζωή. πῶς μὲν γὰρ εἴπωσιν ἄγγελοι· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ[1]), μὴ δυναμωθέντες ὑπὸ τοῦ πνεύματος; οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ οὐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν[2])· [b]ὅπερ εἴποι ἂν τὰ πονηρὰ καὶ ἀντικείμενα πνεύματα, ὧν ἡ ἀπόπτωσις συνίστησι τὸν λόγον τοῦ αὐτεξουσίους εἶναι τὰς ἀοράτους δυνάμεις, ἰσορρόπως ἐχούσας πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν καὶ διὰ τοῦτο δεομένας τῆς τοῦ πνεύματος βοηθείας. ἐγὼ καὶ τὸν Γαβριὴλ[3]) προλέγειν τὰ μέλλοντα οὐδαμῶς ἄλλως φημὶ ἢ τῇ προγνώσει τοῦ πνεύματος, διότι [c]ἓν τῶν ἐκ τῆς διαιρέσεως τοῦ πνεύματος χαρισμάτων ἐστὶν ἡ προφητεία. ὁ δὲ τὰ μυστήρια τῆς ὀπτασίας τῷ ἀνδρὶ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐπιταχθεὶς διαγγεῖλαι[4]) πόθεν σοφισθεὶς εἶχε διδάσκειν
T. III. p. 33. τὰ κεκρυμμένα εἰ μὴ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ; τῆς ἀποκαλύψεως τῶν μυστηρίων ἰδίως τῷ πνεύματι προσηκούσης, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἡμῖν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ πνεύματος[5]). Θρόνοι δὲ καὶ κυριότητες καὶ ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι πῶς ἂν τὴν [d]μακαρίαν διεξῆγον ζωήν, εἰ μὴ διὰ παντὸς ἔβλεπον τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς[6]); τὸ δὲ βλέπειν οὐκ ἄνευ τοῦ πνεύματος. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτί, ἐὰν ὑφέλῃς τὸ φῶς ἀπὸ τῆς οἰκίας, τυφλαὶ μὲν αἱ ὄψεις, ἀνενέργητοι δὲ καταλείπονται αἱ δυνάμεις, ἀνεπίγνωστοι δὲ αἱ ἀξίαι, καὶ χρυσοῦ καὶ σιδήρου ὁμοίως πατουμένων διὰ τὴν ἄγνοιαν· οὕτως ἐπὶ τῆς νοητῆς διακοσμήσεως ἀμήχανον τὴν ἔνθεσμον ἐκείνην διαμεῖναι ζωὴν ἄνευ τοῦ πνεύματος, οὐ μᾶλλόν γε ἢ στρατοπέδου τὴν εὐταξίαν τοῦ ταξιάρχου [e]μὴ παρόντος, ἢ χοροῦ τὴν συμφωνίαν τοῦ κορυφαίου μὴ συναρμόζοντος. πῶς εἴπῃ τὰ Σεραφὶμ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος[7]), μὴ διδαχθέντα παρὰ τοῦ πνεύματος ποσάκις ἐστὶν εὐσεβὲς τὴν δοξολογίαν ταύτην ἀναφωνεῖν; εἴτε οὖν αἰνοῦσι τὸν Θεὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, καὶ αἰνοῦσιν αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ[8]), διὰ τῆς τοῦ πνεύματος [f]συνεργείας· εἴτε παρεστήκασι χίλιαι χιλιάδες ἀγγέλων καὶ μύριαι

1) Luc. 2, 14. 2) 1. Cor. 12, 3. 3) Luc. 1, 11 sqq. 4) Dan. 10, 11. 5) 1. Cor. 2, 10. 6) Matth. 18, 10. 7) Es. 6, 3. 8) Ps. 148, 2.

a. χορεῖαι. Hic nonnulla ope codicum mss. sustulimus. Habent enim editi χο-

digni sunt, apparent in specie propriorum corporum. Sed sanctificatio, T. III. p. 32. quae est extra substantiam illorum, perfectionem illis affert per communionem Spiritus. Conservant autem dignitatem per perseverantiam in bono, habentes quidem in eligendo liberum arbitrium, nunquam tamen ab eius, qui vere bonus est, consortio excidentes; ita ut si subduxeris ratione Spiritum, perierint angelorum choreae, sublatae sint quoque archangelorum praefecturae, atque confusa fuerint omnia, vita ipsorum nulli legi, nulli ordini, nulli regulae subiaceat. Quomodo enim dicent angeli: *Gloria in excelsis Deo,* nisi a Spiritu accepta potestate? *Nemo* siquidem *potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto, et nullus in Spiritu Dei loquens dixit Iesum anathema*; quod sane dixerint pravi et adversarii spiritus, quorum lapsus comprobat quod dicimus, virtutes invisibiles esse sui arbitrii, aeque ad virtutem atque ad vitium vertibiles, et ob id opus habentes auxilio Spiritus. Ego vero ipsum Gabrielem haud alio modo arbitror praedicere futura quam praescientia Spiritus, eo quod unum ex divisione donorum Spiritus sit prophetia. Porro qui mysteria visionis viro desideriorum iussus erat annuntiare, unde nactus erat sapientiam, ut posset docere arcana, nisi per Spiritum sanctum? cum patefactio mysteriorum peculiariter T. III. p. 33. ad Spiritum sanctum pertineat, iuxta id quod scriptum est: *Nobis revelavit Deus per Spiritum.* Throni vero et dominationes, principatus et potestates, quomodo beatam traducerent vitam, nisi semper viderent vultum Patris, qui in caelis est? At visio non est absque Spiritu. Quemadmodum enim si in nocte tollas lucernam e domo, caeci sunt oculi, facultates relinquuntur inertes, nec agnoscitur rerum dignitas, sed per ignorantiam aurum perinde ac ferrum conculcatur; sic in spiritali ordine impossibile est piam illam ac sanctam vitam permanere citra Spiritum, nihilo profecto magis quam exercitus in recto ordine manere potest absente duce, aut chorus in consonantia, nisi chori praefectus temperet harmoniam. Qui possent dicere Seraphim *Sanctus, sanctus, sanctus*, nisi docti per Spiritum quoties pium fuerit huius glorificationis verba canere? Sive igitur laudant Deum omnes angeli eius ac omnes virtutes eius, fit Spiritus ope; sive adstant millies mille angeli ac centies centum millia ministrantium, officium suum citra reprehensionem in virtute Spiritus perficiunt. Itaque tota

ρεῖαι καὶ ἁγιασμὸς . . . ἐπιστασίαι, καὶ ἁγιασμοί, καὶ προφητεῖαι . . . οὐκοῦν, ἀνομοθέτητος.

b. ὅπερ εἶποι ἄν. Sic mss. codices; editi ὅπερ ἂν εἶποιεν. Mox Reg. quartus τὰς οὐρανίους δυνάμεις.

c. ἔν τῶν. Editi ἔν τι τῶν, sed repugnant veteres libri.

d. μακαρίαν. Editi addunt ἐκείνην. Sed ea vox abest a quibque codicibus.

e. μὴ παρόντος. Duo Regii codices cum Colbert. μὴ παρέχοντος. Reg. quartus μὴ συμπαρόντος.

f. συνεργείας. Non male in editis ἐνεργείας. Sed sex codicum auctoritas praeferenda.

T. III. p. 33. μυριάδες [a]λειτουργούντων[1]), ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύματος τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀμώμως ἐπιτελοῦσι. πᾶσαν οὖν τὴν ὑπερουράνιον ἐκείνην καὶ ἄῤῥητον ἁρμονίαν ἔν τε τῇ λειτουργίᾳ Θεοῦ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλας τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων συμφωνίᾳ ἀδύνατον φυλαχθῆναι μὴ τῇ ἐπιστασίᾳ τοῦ πνεύματος. οὕτω μὲν οὖν ἐν δημιουργίᾳ πάρεστι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῖς οὐκ ἐκ προκοπῆς τελειουμένοις, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς τῆς κτίσεως εὐθὺς τελείοις, εἰς τὸν ἀπαρτισμὸν καὶ συμπλήρωσιν τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν τὴν παρ' ἑαυτοῦ χάριν συνεισφερόμενον.

Τὰς δὲ περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομίας τὰς ὑπὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἀγαθότητα [b]τοῦ Θεοῦ γενομένας τίς ἀντερεῖ μὴ οὐχὶ διὰ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος πεπληρῶσθαι; εἴτε βούλει τὰ παλαιὰ σκοπεῖν, τὰς τῶν πατριαρχῶν εὐλογίας, τὴν ἐκ τῆς νομοθεσίας δεδομένην βοήθειαν, τοὺς τύπους, τὰς προφητείας, τὰ ἐν πολέμοις ἀνδραγαθήματα, τὰ διὰ τῶν δικαίων σημεῖα, εἴτε τὰ περὶ τὴν ἔνσαρκον τοῦ κυρίου παρουσίαν οἰκονομηθέντα, διὰ τοῦ πνεύματος. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτῇ τῇ σαρκὶ τοῦ κυρίου συνῆν, χρῖσμα γενόμενον καὶ ἀχωρίστως παρόν, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον καὶ μένον ἐπ' αὐτόν, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός[2]), καὶ Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρέτ, ὃν ἔχρισεν ὁ Θεὸς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ[3]). ἔπειτα πᾶσα ἐνέργεια συμπαρόντος τοῦ πνεύματος ἐνηργεῖτο. τοῦτο καὶ ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειραζομένῳ παρῆν. ἀνήχθη γάρ, φησίν, ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ πνεύματος εἰς τὴν ἔρημον τοῦ πειρασθῆναι[4]). καὶ ἐνεργοῦντι τὰς δυνάμεις ἀχωρίστως [c]συνῆν. εἰ γὰρ ἐγώ, φησίν, ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια[5]). καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντος οὐκ ἀπελείπετο. ἀνακαινίζων γὰρ τὸν ἄνθρω-
T. III. p. 34. πον ὁ κύριος, καὶ ἣν ἀπώλεσε χάριν ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ, ταύτην πάλιν ἀποδιδούς, ἐμφυσήσας εἰς τὸ πρόσωπον τῶν μαθητῶν τί φησι; λάβετε πνεῦμα ἅγιον. [d]ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται, καὶ ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται[6]). ἡ δὲ τῆς Ἐκκλησίας διακόσμησις οὐχὶ σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργεῖται; αὐτὸς γὰρ ἔδωκε, φησί, τῇ Ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους, ἔπειτα δυνάμεις, ἔπειτα χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις, κυβερνήσεις, γένη γλωσσῶν[7]). αὕτη γὰρ ἡ τάξις κατὰ τὴν διαίρεσιν τῶν ἐκ τοῦ πνεύματος δωρεῶν διατέτακται.

1) Dan. 7, 10. 2) Ioan. 1, 33; Matth. 3, 17. 3) Act. 10, 38. 4) Matth. 4, 1. 5) Matth. 12, 28. 6) Ioan. 20, 22. 23. 7) 1. Cor. 12, 28.

illa supercaelestis et ineffabilis harmonia tum in cultu Dei tum in ultramundanarum virtutum inter ipsas consonantia nequaquam servari posset, nisi praeesset Spiritus. Sic igitur in creatione iis, quae non proficiendo perveniunt ad perfectionem, sed ab ipsa protinus creatione perfecta sunt, adest Spiritus sanctus, in hoc ut perficiatur compleaturque illorum substantia gratiam suam conferens. T. III. p. 33.

39. Caeterum dispensationes circa hominem, quae factae sunt a magno Deo et Servatore nostro Iesu Christo iuxta bonitatem Dei, quis negabit per Spiritus gratiam essa adimpletas? Sive velis prisca spectare, patriarcharum benedictiones, auxilium per legem datum, figuras, prophetias, fortiter in bellis gesta, miracula per sanctos edita, sive quae circa Domini in carne adventum dispensata sunt, per Spiritum gesta sunt. Primo enim adfuit ipsi carni Domini, dum factus unctio et inseparabiliter coniunctus, sicut scriptum est: *Super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum, hic est Filius meus dilectus*, et *Iesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto.* Deinceps omnis actio praesente Spiritu peragebatur. Hic praesens aderat, cum et a diabolo tentaretur. *Deductus est*, inquit, *Iesus a Spiritu in desertum, ut tentaretur.* Tum edenti miracula indivulse aderat. *Si* enim *ego*, inquit, *in Spiritu Dei eiicio daemonia.* Nec deseruit excitatum a mortuis. Dominus enim renovans hominem eique iterum reddens gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiserat, cum inspirasset in faciem discipulorum, quid ait? *Accipite Spiritum sanctum. Quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur; et quorumcunque retinueritis, retenta sunt.* Iam vero Ecclesiae ordo et gubernatio nonne palam et citra contradictionem per Spiritum sanctum peragitur? *Ipse* enim, inquit, *dedit Ecclesiae primum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores; ad haec virtutes, praeterea dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum.* Hic enim ordo iuxta distributionem donorum Spiritus digestus est. T. III. p. 34.

a. λειτουργούντων. Editi ἀρχαγγέλων λειτουργοῦντες αὐτῷ. Codices ut in contextu, nisi quod unus habet ἀρχαγγέλων. Non multo post iisdem codicibus freti mutavimus quod erat in editis λειτουργίας et δημιουργίας.

b. τοῦ θεοῦ. Addunt editi καὶ πατρός, et οὖν ante βούλει, et paulo post iidem habent παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ. Codices mss. ut in contextu.

c. συνῆν. Sic mss. codices; editi συμπαρῆν.

d. ἄν τινων. Editi ἐάν τινων, idque statim repetunt, et paulo post habent αἱ διακοσμήσεις ἐνεργοῦνται. Sequuti sumus in contextu mss. codices. Ibidem duo codices habent ἀφίενται αὐτοῖς. Deest καί in plerisque codicibus ante ἄν τινων κρατῆτε.

T. III. p. 34. Εὕροι δ' ἄν τις ἀκριβῶς λογιζόμενος καὶ ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς προσδοκωμένης ἐπιφανείας τῆς ἐξ οὐρανῶν τοῦ κυρίου μὴ ἀσυντελὲς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὥς τινες οἴονται, ἀλλὰ [a]συμπαρέσται καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀποκαλύψεως αὐτοῦ, καθ' ἣν κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης. τίς γὰρ οὕτως ἀνήκοος τῶν ἡτοιμασμένων παρὰ θεοῦ ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις, ὡς ἀγνοεῖν ὅτι καὶ τῶν δικαίων ὁ στέφανος ἡ τοῦ πνεύματός ἐστι χάρις, δαψιλεστέρα τότε καὶ τελειοτέρα παρεχομένη κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ἀνδραγαθημάτων τῆς πνευματικῆς δόξης διανεμομένης ἑκάστῳ; ἐν γὰρ ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων μοναὶ πολλαὶ παρὰ τῷ πατρί[1]), τουτέστιν ἀξιωμάτων διαφοραί. ὡς γὰρ ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ, οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν[2]). οἱ τοίνυν σφραγισθέντες τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως[3]) καὶ ἣν ἔλαβον ἀπαρχὴν τοῦ [b]πνεύματος ἀκέραιον καὶ ἀμείωτον διασώσαντες, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσοντες· εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστέ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω[4]). ὁμοίως δὲ καὶ οἱ λυπήσαντες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον[3]) τῇ πονηρίᾳ τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν ἢ οἱ μὴ ἐπεργασάμενοι τῷ δοθέντι ἀφαιρεθήσονται ὃ εἰλήφασιν, εἰς ἑτέρους μετατιθεμένης τῆς χάριτος, ἢ κατά τινα τῶν εὐαγγελιστῶν καὶ διχοτομηθήσονται[5]) παντελῶς, τῆς διχοτομίας νοουμένης κατὰ τὴν εἰς τὸ παντελὲς ἀπὸ τοῦ πνεύματος ἀλλοτρίωσιν. οὔτε γὰρ σῶμα διαιρεῖται, ὡς τὸ μὲν παραδίδοσθαι τῇ κολάσει, τὸ δὲ ἀφίεσθαι, μυθικὸν γὰρ τοῦτό γε καὶ οὐ κατὰ δίκαιον κριτήν, ὅλου ἡμαρτηκότος ἐξ ἡμισείας εἶναι τὴν κόλασιν, οὔτε ψυχὴ [c]διχῇ τέμνεται, ὅλη δι' ὅλου τὸ ἁμαρτωλὸν φρόνημα κεκτημένη καὶ συγκατεργαζομένη τῷ σώματι τὸ κακόν· ἀλλὰ διχοτομία, ὥσπερ ἔφην, ἡ ἀπὸ τοῦ πνεύματος εἰς τὸ διηνεκὲς τῆς ψυχῆς ἀλλοτρίωσις. νῦν μὲν γάρ, εἰ καὶ μὴ ἀνακέκραται τοῖς ἀναξίοις, ἀλλ' οὖν παρεῖναι δοκεῖ πως τοῖς ἅπαξ ἐσφραγισμένοις, τὴν ἐκ τῆς ἐπιστροφῆς σωτηρίαν αὐτῶν [d]ἀναμένον· τότε δὲ ἐξ ὅλου τῆς βεβηλωσάσης αὐτοῦ τὴν χάριν ψυχῆς ἀποτμηθήσεται, διὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ᾅδῃ ὁ ἐξομολογούμενος, οὐδὲ ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων θεοῦ[6]), οὐκέτι τῆς βοηθείας τοῦ πνεύματος συμπαρούσης. πῶς οὖν δυνατὸν νοῆσαι χωρὶς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπι-
T. III. p. 35. τελεῖσθαι τὴν κρίσιν, ὅπου γε ὁ λόγος δείκνυσιν ὅτι αὐτό ἐστι καὶ τὸ τῶν δικαίων βραβεῖον, ὅταν ἀντὶ τοῦ ἀρραβῶνος παρασχεθῇ τὸ τέλειον, καὶ ἡ πρώτη τῶν ἁμαρτωλῶν καταδίκη, ὅταν καὶ ὃ δοκοῦσιν ἔχειν ἀφαιρεθῶσι; τὸ δὲ μέγιστον τεκμήριον τῆς πρὸς

1) Ioan. 14, 2. 2) 1. Cor. 15, 41. 42. 3) Eph. 4, 30. 4) Matth. 25, 21. 5) Matth. 24, 51. 6) Ps. 6, 6.

40. Quin si quis accuratius perpendat, comperiet, ne in tempore T. III. p. 34. quidem illo, quo exspectata Domini apparitio fiet de caelo, otiosum fore Spiritum sanctum, ut quidam arbitrantur; sed simul aderit in illo etiam die revelationis illius, quo iudicaturus est orbem terrarum in iustitia ille beatus et solus potens. Quis enim adeo ignarus est bonorum, quae Deus praeparavit dignis, ut nesciat iustorum coronam esse Spiritus gratiam, quae largius tunc perfectiusque dabitur, spirituali gloria cuique pro recte gestis distributa? In splendoribus enim sanctorum mansiones multae sunt apud Patrem, hoc est dignitatis discrimina. Sicut enim *stella a stella differt in claritate, ita et resurrectio mortuorum.* Itaque qui consignati sunt Spiritu sancto in diem redemtionis, quique Spiritus primitias, quas accepere, puras et integras servaverint, ii sunt qui audient: *Euge serve bone et fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Similiter et qui contristaverint Spiritum sanctum pravitate studiorum suorum, aut qui non fecerint lucrum e sorte data, ab iis auferetur id, quod acceperunt, beneficio in alios translato, aut secundum aliquem ex Evangelistis etiam penitus discindentur, dissectio siquidem intelligenda est in hoc, quod prorsus a Spiritu sancto alienabuntur. Neque enim corpus dividitur, ut una pars tradatur supplicio, altera absolvatur. Nam id quidem fabulosum neque iusto dignum iudice, cum totum peccaverit, dimidium addici poenae. Nec anima in duas partes secatur, cum tota per totum habuerit peccandi affectum simulque cum corpore malum operetur. Sed dissectio, ut dixi, perpetua est animae a Spiritu alienatio. Nunc enim, tametsi non admiscetur indignis, attamen aliquo pacto videtur adesse semel baptizatis, exspectans ut salutem per conversionem consequantur; tum vero in totum ab anima, quae gratiam ipsius profanaverit, resecabitur. Eoque non est in inferno qui confiteatur, neque in morte qui memor sit Dei, cum iam non adsit sancti Spiritus adiutorium. Quomodo igitur intelligi potest absque Spiritu sancto fieri iudicium, cum Scriptura declaret ipsum esse et iustorum prae- T. III. p. 35. mium, quando pro arrhabone exhibebitur quod perfectum est, et primam peccatorum condemnationem, cum eo etiam, quod habere videntur, spoliati fuerint? Porro maximum argumentum coniunctionis illius,

a. *συμπαρέσται.* Ita sex codices mss. Editi *συμπαρεστάναι.*

b. *πνεύματος.* Hic ut saepe alias editi addunt *ἁγίου.* Varia sequentium vocum scriptura in codicibus mss. Quidam habent *ἀκεραίαν,* Colbertinus *ἀμίαντον* pro *ἀμείωτον,* Regius secundus *διασώζοντες.*

c. *δίχῃ τέμνεται.* Quidam edd. *δίχα.*

d. *ἀναμένον.* Vitiose quidam codices cum editis *ἀναμένων.* Non absimilis sententia legitur in prooemio Commentarii in Esaiam prophetam [p. 379 D.]: *Nam omnibus quidem,* ait auctor, *adest Spiritus sanctus; sed iis, qui puri sunt affectibus, peculiarem exhibet virtutem; at vero iis, quorum mens peccati maculis turbatur, minime.* Saepe idem docet Origenes, inprimis Tractatu 30. et 31. in Matth.

T. III. p. 35. πατέρα καὶ υἱὸν τοῦ πνεύματος συναφείας, ὅτι οὕτως ἔχειν λέγεται πρὸς θεὸν ὡς πρὸς ἕκαστον ἔχει τὸ πνεῦμα τὸ ἐν ἡμῖν. τίς γὰρ οἶδε, φησίν, ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τὰ τοῦ θεοῦ οὐδεὶς ἔγνωκεν εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ [1]). καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ συναριθμεῖσθαι πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' ὑπαριθμεῖσθαι· ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς εὐσεβοῦς [a]συναριθμήσεως κεφαλαιώδης ἐπιδρομὴ τῆς πίστεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Τὴν δὲ ὑπαρίθμησιν ὅ τι καὶ λέγουσι, καὶ κατὰ τίνος σημαινομένου τὴν φωνὴν ταύτην ἄγουσιν, οὐδὲ ἐπινοῆσαι ῥᾴδιον. ὅτι μὲν γὰρ ἐκ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας καὶ αὐτὴ ἡμῖν [b]ἐπεισήχθη, παντὶ γνώριμον. εἰ δὲ ἔχει τινὰ οἰκεῖον λόγον πρὸς τὰ προκείμενα, τοῦτο ἐπισκεψώμεθα. φασὶ τοίνυν οἱ δεινοὶ τὰ μάταια, τὰ μὲν κοινὰ εἶναι τῶν ὀνομάτων καὶ ἐπὶ πολὺ διήκειν ταῖς σημασίαις, τὰ δὲ ἰδικώτερα, καὶ ἄλλα ἄλλων μερικωτέραν ἔχειν τὴν δύναμιν. οἷον κοινὸν μὲν ὄνομα ἡ οὐσία, πᾶσιν ἐπιλεγομένη καὶ ἀψύχοις καὶ ἐμψύχοις ὁμοίως, ἰδικώτερον δὲ τὸ ζῷον, ἐπ' ἔλαττον μὲν τοῦ προτέρου λεγόμενον, ἐπὶ πλέον δὲ τῶν ὑπ' αὐτὸ θεωρούμενον, καὶ γὰρ [c]καὶ λογικῶν αὐτῷ καὶ ἀλόγων φύσις ἐμπεριέχεται. πάλιν ἰδικώτερόν ἐστι τοῦ ζώου ὁ ἄνθρωπος, καὶ τούτου ὁ ἀνήρ, καὶ τοῦ ἀνδρὸς ὁ καθ' ἕκαστον, Πέτρος ἢ Παῦλος ἢ Ἰωάννης. ἆρα οὖν τοῦτο νοοῦσι τὴν ὑπαρίθμησιν, τὴν [d]τοῦ κοινοῦ εἰς τὰ ὑπεσταλμένα διαίρεσιν; ἀλλ' οὐκ ἂν πιστεύσαιμι εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς παραπληξίας ἐλαύνειν, ὥστε φάναι τὸν θεὸν τῶν ὅλων ὥσπερ κοινότητά τινα λόγῳ μόνῳ θεωρητήν, ἐν οὐδεμιᾷ δὲ ὑποστάσει τὸ εἶναι ἔχουσαν, εἰς τὰ ὑποκείμενα διαιρεῖσθαι, εἶτα τὴν ὑποδιαίρεσιν ταύτην καὶ ὑπαρίθμησιν λέγεσθαι. ἢ τοῦτο μὲν οὐδ' ἂν μελαγχολῶντες εἴποιεν, πρὸς γὰρ τῇ ἀσεβείᾳ καὶ τὸν ἐναντίον λόγον τῆς οἰκείας ἑαυτῶν προαιρέσεως κατασκευάζουσι, τὰ γὰρ ὑποδιαιρούμενα τῆς αὐτῆς ἐστιν [e]ἐκείνοις οὐσίας ἀφ' ὧν διῄρηνται. ἀλλ' ἐοίκαμεν διὰ πολλὴν τῆς ἀτοπίας ἐνάργειαν ἀπορεῖν λόγων, καὶ οὐκ

1) 1. Cor. 2, 11.

a. *συναριθμήσεως*. Ita mss. tres, quos eo libentius sequimur, quod vulgata scriptura *ὑπαριθμήσεως* confutetur a Basilio, eiusque iudicio impietatis notam effugere non possit.

b. *ἐπεισήχθη*. Regius tertius et Colb. *ὑπεισήχθη*. Paulo post editi *οἱ θεῖοι*

quam Spiritus cum Patre et Filio habet, illud est, quod eodem modo dicitur habere se erga Deum, quo erga unumquemque nostrum se habet spiritus, qui est in nobis. *Quis*, inquit, *hominum novit ea, quae sunt hominis, nisi spiritus, qui est in ipso? Sic et quae Dei sunt nemo novit nisi Spiritus, qui ex Deo est.* Et haec quidem hactenus. T. III. p. 35.

Adversus eos, qui dicunt non connumerari Patri ac Filio sanctum Spiritum, sed subnumerari; ubi et de pia connumeratione summarius fidei decursus.

CAPUT XVII.

41. Caeterum subnumerationem quid dicant, aut in cuius rei significationem vocem hanc usurpent, ne cogitare quidem facile est. Nam et hanc nobis e mundi sapientia fuisse invectam, notum est omnibus et perspectum. An vero aliquam habeat propriam rationem ad id, quod nunc agitur, hoc consideremus. Aiunt igitur qui rerum inanium periti sunt, quaedam nomina esse communia, quorum significatio multa complectitur, alia magis propria, et alia aliis vim habere magis peculiarem. Exempli causa commune nomen est essentia, quod pariter de omnibus praedicatur sive inanimis sive animatis. Peculiarius autem animal, quod de paucioribus quidem praedicatur quam illud prius, sed tamen eius contemplatio magis extenditur, quam eorum, quae illi subiecta sunt. Nam in eo rationalium simul et irrationalium natura comprehenditur. Rursum magis speciale nomen est homo quam animal, item vir specialius est nomen quam homo, et viro specialius est hic aut ille vir, puta Petrus aut Paulus aut Ioannes. An igitur hoc subnumerationem esse sentiunt, rei communis in ea, quae subiecta sunt, divisionem? At non crediderim illos ad tantum stuporem devenisse, ut dicant Deum universorum velut communitatem quandam ratione sola intelligibilem, nulla autem in hypostasi subsistentem, in subiecta dividi, deinde hanc subdivisionem etiam subnumerationem dici. Istud sane ne insani quidem dixerint. Nam praeter impietatem etiam sermonem instituunt cum eo, quod proponunt, pugnantem: siquidem quae subdividuntur eiusdem sunt essentiae, cuius sunt illa, a quibus dividuntur. Sed ob magnam absurditatis evidentiam videmur

περὶ τὰ μάταια, et deinde *εἰδικώτερα*. Sed haec mutavimus auctoritate codicum mss.

c. *καὶ λογικῶν*. Coniunctionem addidimus ex tribus codicibus.

d. *τοῦ κοινοῦ*. Reg. tertius *τοῦ ὁμοίου*.

e. *ἐκείνοις*. Sic omnes codices; editi *ἐκείνης*. Mox *ἐνέργειαν* in editis et duobus antiquis codicibus; sed multo melius alii quatuor ut in contextu.

T. III. p. 35. ἔχειν πῶς τῆς ἀλογίας αὐτῶν καθαψόμεθα· ὥστε δοκοῦσί μοί τι κερδαίνειν παρὰ τὴν ἄνοιαν. ὡς γὰρ πρὸς τὰ μαλακὰ καὶ ὑπεί-
T. III. p. 36. κοντα [a]τῶν σωμάτων τῷ μὴ ἔχειν ἀντέρεισιν οὐκ ἔστι γενναίαν τὴν πληγὴν ἐνεγκεῖν, οὕτως οὐδὲ τῶν προδήλων εἰς ἄνοιαν δυνατὸν ἐλέγχῳ νεανικῷ καθικέσθαι. λείπεται οὖν σιωπῇ τὸ βδελυκτὸν αὐτῶν τῆς ἀσεβείας παραδραμεῖν. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ τὴν ἡσυχίαν τῶν ἀδελφῶν ἡ ἀγάπη καὶ ἡ βαρύτης τῶν ἐναντίων.

Τί γὰρ λέγουσιν; ὁρᾶτε αὐτῶν τῆς ἀλαζονείας τὰ ῥήματα. ἡμεῖς τοῖς μὲν ὁμοτίμοις φαμὲν τὴν συναρίθμησιν πρέπειν, τοῖς δὲ πρὸς τὸ χεῖρον παρηλλαγμένοις τὴν ὑπαρίθμησιν. καὶ τοῦτο τίποτε λέγετε; οὐ γὰρ συνίημι ὑμῶν τῆς ἀλλοκότου σοφίας. πότερον ὅτι χρυσὸς μὲν χρυσῷ συναριθμεῖται, ὁ δὲ μόλυβδος οὐκέτι τῆς συναριθμήσεως ἄξιος, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς ὕλης εὔωνον ὑπαριθμηθήσεται τῷ χρυσῷ; καὶ τοσαύτην δύναμιν τῷ ἀριθμῷ μαρτυρεῖτε, ὡς ἢ τῶν εὐτελῶν τὴν ἀξίαν ὑπεραίρειν ἢ τῶν [b]πολυτιμήτων τὸ σεμνὸν καταβάλλειν; οὐκοῦν πάλιν καὶ τὸν χρυσὸν τοῖς βαρυτίμοις τῶν λίθων ὑπαριθμήσεις, κἀκείνων τοῖς εὐανθεστέροις καὶ μείζοσι τοὺς ἀλαμπεστέρους καὶ μικροτέρους. ἀλλὰ τί οὐκ ἂν εἴποιεν οἱ εἰς μηδὲν ἄλλο εὐκαιροῦντες ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον; ὀνομαζέσθωσαν λοιπὸν μετὰ Στωικῶν καὶ Ἐπικουρείων οἱ διαψηφισταὶ τῆς ἀσεβείας. τίς γὰρ ἂν καὶ γένοιτο πρὸς τὰ πολύτιμα τῶν ἀτιμοτέρων ἡ ὑπαρίθμησις; ὁ χαλκοῦς ὀβολὸς τῷ χρυσῷ στατῆρι πῶς ὑπαριθμηθήσεται; ὅτι οὐ λέγομεν, φησί, δύο κεκτῆσθαι νομίσματα, ἀλλ' ἓν καὶ ἕν. πότερον οὖν τούτων ποτέρῳ ὑπαριθμεῖται; ἐκφωνεῖται μὲν γὰρ ὁμοίως ἑκάτερον. [c]ἐὰν μὲν οὖν καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον ἀριθμήσῃς, ὁμοτιμίαν ποιεῖς ἐν τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ τῆς [d]ἀριθμήσεως· ἐὰν δὲ συνάψῃς αὐτά, πάλιν ἑνοῖς τὴν ἀξίαν συναριθμῶν ἀλλήλοις ἀμφότερα. εἰ δὲ ὅπερ ἂν δεύτερον [e]ἀριθμηθῇ, τοῦτο ἕξει τὴν ὑπαρίθμησιν, ἐν τῷ ἀριθμοῦντί ἐστιν ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ νομίσματος τῆς ἀριθμήσεως ἄρξασθαι. ἀλλὰ τῆς ἀμαθίας τὸν ἔλεγχον ὑπερθέμενοι ἐπὶ τὰ συνέχοντα τὸν λόγον τρέψωμεν.

Καὶ τὸν υἱὸν ὑπαριθμεῖσθαι τῷ πατρὶ λέγετε καὶ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ, ἢ τῷ πνεύματι μόνῳ τὴν ὑπαρίθμησιν ἀφορίζετε; εἰ μὲν γὰρ καὶ τὸν υἱὸν ὑπαριθμεῖτε, πάλιν τὸν αὐτὸν λόγον τῆς ἀσεβείας ἀνακαινίζετε, τὸ ἀνόμοιον τῆς οὐσίας, τὴν τοῦ ἀξιώματος

a. *τῶν σωμάτων.* Desunt hæc voces in plerisque codicibus. Mox editi *ἐπενεγκεῖν.* Sex codices ut in contextu. Iisdem auctoribus paulo post delevimus conjunctionem ante *λέγουσιν.*

b. *πολυτιμήτων.* Regius quartus *πολυτίμων.*

c. *ἐὰν μὲν οὖν καθ' ἑαυτό.* Sic tres

oratione destitui nec habere quibus verbis illorum stultitiam reprehendamus, adeo ut mihi videantur propter amentiam aliquid lucrifacere. Quemadmodum enim in corpora mollia cedentiaque non possis egregiam plagam impingere, eo quod obsistere contraque niti non queant, ita eos, qui palam insaniunt, non possis forti ac virili redargutione percellere. Superest igitur ut abominandam illorum impietatem silentio praetereamus. At non patitur silere me nec fratrum caritas nec adversariorum improbitas. T. III. p. 35. T. III. p. 36.

42. Quid igitur dicunt? Videte quanta sit in dictis illorum arrogantia. Nos, inquiunt, profitemur, iis, qui honore pares sunt, convenire connumerationem, iis vero, qui inferioris sunt conditionis, subnumerationem. Et istud cur tandem dicitis? Neque enim intelligo absurdam vestram sapientiam. An quod aurum auro connumeratur, plumbum vero non item erit dignum quod connumeretur, sed ob materiae vilitatem subnumerabitur auro? Atque etiam vimne tantam tribuitis numero, ut is vel rerum vilium pretium attollere vel pretiosarum rerum dignitatem deiicere valeat? Ergo rursus aurum pretiosis lapidibus subnumerabis, atque in his ipsis elegantioribus ac maioribus subnumerabis minus lucidos ac minores. Sed quid non dicant qui ad nihil aliud vacant nisi aut ad dicendum aut audiendum aliquid novi? Posthac cum Stoicis et Epicureis nominentur qui impietatem inita subductaque ratione docent. Quae namque vel possit fieri rerum viliorum ad pretiosiores subnumeratio? Aereus obolus aureo stateri quomodo subnumerabitur? Quoniam non dicimus, inquiunt, duo possideri numismata, sed unum et unum. Utrum igitur utri horum subnumeratur? Nam utrumque similiter profertur. Itaque si quodque per se numeres, facis aequalitatem pretii eodem numerandi modo; sin autem ea coniunxeris, rursus unam et eandem facis dignitatem, utrumque alteri connumerans. Quod si quidquid in numerando posteriore loco posueris, id habebit subnumerationem, numeranti in manu est ab aereo numismate numerationem incipere. Sed imperitiae confutationem in aliud tempus reiicientes ad ea, quae rem causamque continent, orationem vertamus.

43. Etiamne Filium dicitis subnumerari Patri ac Spiritum Filio, an soli Spiritui tribuitis subnumerationem? Etenim si Filium quoque subnumeratis, rursus eandem impietatis doctrinam instauratis, dissimilitudinem essentiae, dignitatis deiectionem, nativitatem tempore po-

Regii cum Colbert. Editi ἀλλ' ἐὰν μὲν καθ' ἑαυτόν.

d. ἀριθμήσεως. Reg. secundus ὑπαριθμήσεως.

e. ἀριθμηθῇ. Unus ex Regiis ἀριθμηθείη, alius ἀριθμῇς. Mox Reg. quartus ἀπαριθμήσεως.

T. III. p. 36. ταπεινότητα, τὴν ἐν ὑστέρῳ γένεσιν, καὶ ἁπαξαπλῶς πάσας ὁμοῦ τὰς εἰς τὸν μονογενῆ βλασφημίας δι' ἑνὸς τούτου ῥήματος ἀνακυκλοῦντες ἐπιδειχθήσεσθε· οἷς ἀντιλέγειν μακρότερον ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμήν, ἄλλως τε καὶ ἐν ἄλλοις κατὰ δύναμιν ὑφ' ἡμῶν τῆς ἀσεβείας διελεγχθείσης. εἰ δὲ τῷ πνεύματι πρέπειν οἴονται μόνῳ τὴν ὑπαρίθμησιν, μανθανέτωσαν ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον συνεκφωνεῖται [a]τῷ κυρίῳ τὸ πνεῦμα, καθ' ὃν καὶ ὁ υἱὸς τῷ πατρί. τὸ γὰρ ὄνομα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος ὁμοίως ἐκδέδοται. ὡς τοίνυν ἔχει ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα, οὕτω πρὸς τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἐν τῷ βαπτίσματι παραδεδομένην τοῦ
T. III. p. 37. λόγου σύνταξιν[1]). εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τῷ υἱῷ συντέτακται, ὁ δὲ υἱὸς τῷ πατρί, [b]δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τῷ πατρί. τίνα οὖν ἔχει χώραν τὸ μὲν συναριθμεῖσθαι, τὸ δὲ ὑπαριθμεῖσθαι λέγειν, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ κατατεταγμένων τῶν ὀνομάτων; ὅλως δὲ τί τῶν πάντων ἐξέστη ποτὲ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἀριθμούμενον; ἀλλ' οὐχὶ τὰ μὲν ἀριθμητὰ διαμένει οἷα πέφυκεν ἐξ ἀρχῆς, ὁ δὲ ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν τοῦ πλήθους τῶν ὑποκειμένων παρ' ἡμῶν ἐφαρμόζεται; τῶν γὰρ σωμάτων τὰ μὲν ἀριθμοῦμεν, τὰ δὲ μετροῦμεν, τὰ δὲ σταθμώμεθα· καὶ ὧν μὲν συνέχῃς ἡ φύσις, μέτρῳ καταλαμβάνομεν, ὧν δὲ διωρισμένη, τῷ ἀριθμῷ ὑποβάλλομεν, πλὴν ὅσα διὰ λεπτότητα καὶ αὐτὰ πάλιν μετρητὰ γίνεται, τὰ δὲ βάρη ταῖς ἐπὶ τοῦ ζυγοῦ ῥοπαῖς διακρίνομεν. οὐ τοίνυν ἐπειδὴ ἑαυτοῖς σημεῖα πρὸς τὴν τοῦ ποσοῦ γνῶσιν ἐπενοήσαμεν, ἤδη καὶ τὴν φύσιν τῶν σημειωθέντων ἠλλάξαμεν. ὥσπερ οὖν οὐχ ὑποσταθμώμεθα ἀλλήλοις τὰ σταθμητά, κἂν τὸ μὲν χρυσός, τὸ δὲ κασσίτερος ᾖ, οὐδὲ ὑπομετροῦμεν τὰ μετρητά, οὕτως οὐδὲ τὰ ἀριθμητὰ πάντως ὑπαριθμήσομεν. εἰ δὲ οὐδὲν τῶν ἄλλων τὴν ὑπαρίθμησιν δέχεται, πῶς τῷ πνεύματί φασι προσήκειν ὑπαριθμεῖσθαι; [c]ἀλλὰ τὰ Ἑλληνικὰ νοσοῦντες οἴονται τὰ κατὰ βαθμὸν ἀξιωμάτων ἢ κατὰ οὐσίας ὕφεσιν ὑποβαίνοντα, ταῦτα προσήκειν ὑπαριθμεῖσθαι.

1) Matth. 28, 19.

steriorem, et in summa omnes simul blasphemias in Unigenitum unico isto verbo revolvere ostendemini; quibus contradicere prolixius est quam pro praesenti instituto, praesertim cum aliis in locis impietas a nobis pro viribus refutata sit. Quod si soli Spiritui putant convenire subnumerationem, discant Spiritum eodem modo pronuntiari cum Domino, quomodo et Filius pronuntiatur cum Patre. Nomen enim Patris et Filii et Spiritus sancti similiter editum est. Itaque quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita ad Filium sese habet Spiritus, secundum traditum in baptismo verborum ordinem. Quod si Spiritus Filio iunctus est, Filius autem Patri, liquet ipsum etiam Spiritum Patri adiungi. Quem igitur locum habet, ut dicant alterum connumerari, alterum subnumerari, cum in una eademque serie nomina sint ordinata? In summa porro quae res ex omni rerum genere unquam a sua ipsius natura excidit dum numeratur? Nonne potius quae numerantur talia perseverant, qualia sunt ab initio, numerus autem adhibetur a nobis ceu signum, quo declaratur multitudo suppositorum? Nam ex corporibus alia numeramus, alia metimur, alia libramus, et quorum continua est natura, ea mensura comprehendimus, quorum discreta, numero subiicimus, exceptis iis, quae ob tenuitatem rursus fiunt etiam mensurabilia, quae vero gravia sunt, librae momento discernimus. Non itaque quoniam nobis ipsis signa ad quantitatis notitiam excogitavimus, protinus etiam naturam eorum, quae signata sunt, immutavimus. Quemadmodum igitur quae libra expendimus, ea non sublibramus inter sese, etiamsi unum sit aurum, alterum stannum, neque submetimur quae mensura diiudicantur; ita nec ea, quae numerantur, ullo modo subnumerabimus. Quod si in caeteris nihil est, quod subnumerationem recipiat, qua fronte dicunt Spiritui competere subnumerationem? At hi ethnico morbo laborantes existimant, quae dignitatis gradu aut naturae ac substantiae submissione inferiora sunt, iis convenire subnumerationem.

T. III. p. 36.

T. III. p. 37.

a. τῷ κυρίῳ. Colbert. τῷ υἱῷ, sed secunda manu.

b. δηλονότι. Legitur in editis δῆλον ὅτι καὶ τὸ πνεῦμα. Maluimus sequi mss. codices.

c. ἀλλὰ τὰ ... ἀξιωμάτων. Sic Regius primus, sic etiam quatuor alii, nisi quod non habent articulum ante voces κατὰ βαθμόν. Editi ἀλλ' οὗτοι τὰ ... ἀξιώματα.

T. III. p. 37. Πῶς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῶν τριῶν ὑποστάσεων τὸ εὐσεβὲς τῆς μοναρχίας δόγμα διατηροῦμεν· ᵃἐν ᾧ καὶ ὁ κατὰ τῶν τὸ πνεῦμα ὑπαριθμεῖσθαι φασκόντων ἔλεγχος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα παραδιδοὺς ὁ κύριος[1]) οὐ μετὰ τοῦ ἀριθμοῦ συνεξέδωκεν. οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι εἰς πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, οὐδὲ εἰς ἓν καὶ δύο καὶ τρία, ἀλλὰ δι' ὀνομάτων ἁγίων τὴν γνῶσιν τῆς πρὸς σωτηρίαν ἀγούσης πίστεως ἐχαρίσατο. ὥστε τὸ μὲν σῶζον ἡμᾶς ἡ πίστις ἐστίν, ὁ δὲ ἀριθμὸς σημεῖον γνωριστικὸν τοῦ ποσοῦ τῶν ὑποκειμένων ἐπινενόηται. ἀλλ' οἱ πανταχόθεν ἑαυτοῖς τὰς βλάβας ἐπισυνάγοντες καὶ τῇ τοῦ ἀριθμεῖν δυνάμει κατὰ τῆς πίστεως κέχρηνται, οἵγε οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἐκ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀλλοιουμένου, οὗτοι ἐπὶ τῆς θείας φύσεως εὐλαβοῦνται τὸν ἀριθμόν, μὴ ᵇδι' αὐτοῦ τῆς ὀφειλομένης τῷ παρακλήτῳ τιμῆς ὑπερβῶσι τὸ μέτρον. ἀλλ', ὦ σοφώτατοι, μάλιστα μὲν ὑπὲρ ἀριθμὸν ἔστω τὰ ἀνέφικτα, ὡς ἡ παλαιὰ τῶν Ἑβραίων εὐλάβεια ἰδίοις σημείοις τὸ ἀνεκφώνητον ὄνομα τοῦ θεοῦ ᶜδιεχάρασσε, καὶ ἐκ τούτου τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν παριστῶσα. εἰ δὲ ἄρα δεῖ καὶ ἀριθμεῖν, μήτοιγε καὶ ἐν τούτῳ κακουργεῖν τὴν ἀλήθειαν. ἢ γὰρ σιωπῇ τιμάσθω τὰ ἄῤῥητα,
T. III. p. 38. ἢ εὐσεβῶς ἀριθμείσθω τὰ ἅγια. ᵈεἷς θεὸς καὶ πατὴρ καὶ εἷς μονογενὴς υἱὸς καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον. ἑκάστην τῶν ὑποστάσεων μοναχῶς ἐξαγγέλλομεν, ἐπειδὰν δὲ συναριθμῆσαι δέῃ, οὐχὶ ἀπαιδεύτῳ ἀριθμήσει πρὸς πολυθεΐας ἔννοιαν ἐκφερόμεθα.

Οὐ γὰρ κατὰ σύνθεσιν ἀριθμοῦμεν, ἀφ' ἑνὸς εἰς πλῆθος ποιούμενοι τὴν παραύξησιν, ἓν καὶ δύο καὶ τρία λέγοντες, οὐδὲ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον. ἐγὼ γὰρ θεὸς πρῶτος καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα[2]). δεύτερον δὲ θεὸν οὐδέπω καὶ τήμερον ἀκηκόαμεν· θεὸν γὰρ ἐκ θεοῦ προσκυνοῦντες καὶ τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων ὁμολογοῦμεν, καὶ μένομεν ἐπὶ τῆς μοναρχίας, εἰς πλῆθος ᵉἀπεσχισμένον τὴν θεολογίαν μὴ σκεδαννύντες, διὰ τὸ μίαν ἐν θεῷ πατρὶ καὶ θεῷ μονογενεῖ τὴν οἱονεὶ μορφὴν θεωρεῖσθαι τῷ ἀπαραλλάκτῳ τῆς θεότητος ᶠἐνεικονιζομένην. υἱὸς γὰρ ἐν τῷ πατρὶ καὶ πατὴρ ἐν τῷ υἱῷ, ἐπειδὴ καὶ οὗτος τοιοῦτος οἷος ἐκεῖνος, κἀκεῖνος

1) Matth. 28, 19. 2) Es. 44, 6.

a. *ἐν ᾧ καὶ ὁ* etc. Haec desunt in plerisque codicibus.

b. *δι' αὐτοῦ.* Reg. quartus *διὰ τούτου.*

c. *διεχάρασσε.* Legendum putat Combefisius *οὐ διεχάρασσε, non exarabat,* quia videlicet Dei nomini propriae motiones adscriptae non erant. Sed repugnant omnes mss., nec necessaria coniectura. Perspicua est enim Basilii sententia, Dei nomen apud Hebraeos non ut

Quomodo in professione trium hypostaseon pium monarchiae dogma servamus, ubi et eorum, qui dicunt Spiritum subnumerari, refutatio. T. III. p. 37.

CAPUT XVIII.

44. Cum Patrem et Filium et Spiritum sanctum traderet Dominus, non cum numero simul tradidit. Non enim dixit: In primum et secundum et tertium, neque in unum et duo et tria, sed per sancta nomina cognitionem fidei ad salutem perducentis largitus est. Quare quod nos salvos facit, fides est, numerus vero signum declarans quot sint supposita excogitatus est. Sed qui undelibet sibi ipsis noxas contrahunt, etiam numerandi facultate adversus fidem abutuntur; qui quidem cum nulla alia res ob numeri accessionem immutetur, tamen in divina natura numerum metuunt, ne scilicet per eum honoris Paracleto debiti modum excedant. Sed, o sapientissimi, sint maxime supra numerum quae non possumus assequi; quemadmodum prisca Hebraeorum pietas propriis ac peculiaribus notis ineffabile Dei nomen exarabat, inde etiam eius supra omnia eminentiam declarans. Quod si et numerus adhibendus est, nequaquam et per eum depravanda veritas. Aut enim silentio honorentur ineffabilia, aut pie numerentur sancta. Unus Deus et Pater et unus unigenitus Filius et unus Spiritus sanctus. T. III. p. 38. Unamquamque hypostasim singulariter efferimus; cum autem connumerare opus fuerit, haudquaquam indocte numerando ad plurium deorum notionem efferimur.

45. Neque enim iuxta compositionem numeramus, ab uno ad plura facientes incrementum, ut dicamus unum, duo, tria, neque primum, secundum ac tertium. *Ego enim Deus primus, et ego post haec.* Secundum autem Deum nunquam hactenus audivimus; quippe Deum ex Deo adorantes etiam proprietatem profitemur hypostaseon, manemusque in uno principatu, non dissipantes theologiam in scissam multitudinem, eo quod unam in Deo Patre et Deo Unigenito formam, ut ita loquar, contemplamur, in una et omnino simili deitate expressam. Filius enim in Patre et Pater in Filio, quandoquidem hic talis est qualis ille, et ille qualis hic, atque in hoc unum sunt. Itaque iuxta

alia nomina, sed singulari quadam ratione scribi solere.

d. εἷς θεός. Hic incipit caput 18. in plerisque codicibus.

e. ἀπεσχισμένον. Sic libri veteres, non ut editi ὑπεσχισμένον.

f. ἐνεικονιζομένην. Sic quatuor codices. Editi, Reg. secundus et secunda manu Colbert. ἑνιζομένην, *unitam*. Cornarius et Scultetus videntur legisse ἐνιζανομένην; sic enim reddunt: *immutabili deitati insidentem*.

T. III. p. 38. οἷός περ οὗτος, καὶ ἐν τούτῳ τὸ ἕν. ὥστε κατὰ μὲν τὴν ἰδιότητα τῶν προσώπων εἷς καὶ εἷς, κατὰ δὲ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ἓν οἱ ἀμφότεροι. πῶς οὖν, εἴπερ εἷς καὶ εἷς, οὐχὶ δύο θεοί; ὅτι βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκών, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς. οὔτε γὰρ τὸ κράτος σχίζεται οὔτε ἡ δόξα [a]διαμερίζεται. ὡς γὰρ ἡ κρατοῦσα ἡμῶν ἀρχὴ καὶ ἡ ἐξουσία μία, οὕτω καὶ ἡ παρ' ἡμῶν δοξολογία μία καὶ οὐ πολλαί· διότι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει. ὃ οὖν ἐστιν ἐνταῦθα μιμητικῶς ἡ εἰκών, τοῦτο ἐκεῖ φυσικῶς ὁ υἱός, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν [b]τεχνικῶν κατὰ τὴν μορφὴν ἡ ὁμοίωσις, οὕτως ἐπὶ τῆς θείας καὶ ἀσυνθέτου φύσεως ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς θεότητός ἐστιν ἡ ἕνωσις. ἓν δὲ καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ αὐτὸ μοναδικῶς ἐξαγγελλόμενον, δι' ἑνὸς υἱοῦ τῷ ἑνὶ πατρὶ συναπτόμενον καὶ δι' ἑαυτοῦ συμπληροῦν τὴν πόλυύμνητον καὶ μακαρίαν τριάδα· οὗ τὴν πρὸς πατέρα καὶ υἱὸν οἰκείωσιν ἱκανῶς ἐμφαίνει τὸ μὴ ἐν τῷ πλήθει τῆς κτίσεως τετάχθαι, ἀλλὰ μοναχῶς ἐκφωνεῖσθαι. οὐ γὰρ ἓν τῶν πολλῶν ἐστιν, ἀλλ' ἕν ἐστιν. [c]ὡς γὰρ εἷς πατὴρ καὶ εἷς υἱός, οὕτω καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον. τῆς μὲν οὖν κτιστῆς φύσεως τοσοῦτον ἀποκεχώρηκεν, ὅσον εἰκὸς τὸ μοναδικὸν τῶν συστηματικῶν καὶ πληθυσμὸν ἐχόντων, πατρὶ δὲ καὶ υἱῷ κατὰ τοσοῦτον ἥνωται, καθόσον ἔχει μονὰς πρὸς μονάδα τὴν οἰκειότητα.

Καὶ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον τῆς κατὰ τὴν φύσιν κοινωνίας [d]αἱ ἀποδείξεις, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκ τοῦ θεοῦ εἶναι λέγεται· οὐχ ὡς τὰ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐκ τοῦ θεοῦ προελθόν, οὐ γεννητῶς ὡς ὁ υἱός, ἀλλ' ὡς πνεῦμα στόματος αὐτοῦ. πάντως δὲ οὔτε τὸ στόμα μέλος, οὔτε πνοὴ λυομένη τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα θεοπρεπῶς, καὶ τὸ πνεῦμα οὐσία ζῶσα, ἁγιασμοῦ κυρία, τῆς μὲν οἰκειότητος δηλουμένης ἐντεῦθεν, τοῦ δὲ τρόπου τῆς ὑπάρξεως
T. III. p. 39. [e]ἀῤῥήτου φυλασσομένου. ἀλλὰ καὶ πνεῦμα Χριστοῦ λέγεται, ὡς ᾠκειωμένον κατὰ τὴν φύσιν αὐτῷ. [f]διὰ τοῦτο εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐχ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ [1]). ὅθεν μόνον ἀξίως δοξάζει τὸν κύριον, ἐκεῖνος γὰρ ἐμὲ δοξάσει, φησίν [2]), οὐχ ὡς [g]ἡ κτίσις, ἀλλ' ὡς πνεῦμα τῆς ἀληθείας τρανῶς ἐκφαῖνον ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀλή-

1) Rom. 8, 9. 2) Ioan. 16, 14.

a. *διαμερίζεται.* Tres codices *μερίζεται.* Sic etiam paulo post in tribus Regiis codicibus et edit. Basil. *ἀναβαίνει* pro *διαβαίνει.* Observat Ducaeus codicem Anglicanum habere *διαβαίνει,* atque ita etiam legi in Synodo septima Act. 3. et in Synodico Theodori Patriarchae Hierosolymorum pag. 454. edit. Romanae, ubi haec Basilii sententia laudatur. Confirmat eandem scripturam vir doctissimus ex libro Hadriani Papae de imaginibus cap. 8. pag. 164., ubi citatur illud Basilii *quod imaginis honor in primam formam transit.*

b. *τεχνικῶν.* Haec scriptura, etsi in uno tantum reperitur Reg. tertio, longe tamen praeferenda vulgatae *τεχνιτῶν.*

personarum proprietatem unus sunt et unus, at iuxta communem naturam unum sunt. Quomodo igitur si unus et unus sunt, non sunt duo dii? Quoniam rex dicitur et regis imago, non autem duo reges. Neque enim potestas scinditur neque gloria dividitur. Quemadmodum enim principatus ac potestas nobis dominans una est, sic et glorificatio, quam illi deferimus, una est, non multae; nam imaginis honor ad exemplar transit. Quod igitur hic est per imitationem imago, hoc illic natura Filius. Et quemadmodum in iis, quae arte fiunt, similitudo est secundum formam, ita in divina incompositaque natura in communione deitatis est unio. Unus autem est et Spiritus sanctus, atque ipse singulariter enuntiatur, per unum Filium uni Patri copulatus ac per se complens glorificandam super omnia ac beatam Trinitatem; cuius cum Patre et Filio consortium satis illud declarat, quod in turba creaturarum positus non est, sed solitarie profertur. Neque enim unus est de multis, sed unus est. Quemadmodum enim unus est Pater et unus Filius, ita et unus est Spiritus sanctus. Et vero a creaturarum natura tantum semovetur, quantum par est id, quod singulare est, a collectivis et multitudinem habentibus distare. Patri autem ac Filio in tantum unitus est, quantum consortii habet unitas cum unitate. T. III. p. 38.

46. Sed nec hinc solum probatur naturae communio, verum illinc quoque, quod ex Deo esse dicitur; non sicut ex Deo sunt omnia, sed tanquam ex Deo procedens, non per generationem quemadmodum Filius, sed tanquam Spiritus oris eius. Omnino autem nec os membrum est, nec Spiritus est flatus resolubilis; sed et os prout Deo convenit dicitur, et Spiritus essentia vivens, sanctificationis domina, ita ut consortium quidem inde declaretur, modus autem existentiae ineffabilis servetur. Quin et Spiritus Christi dicitur tanquam illi natura coniunctus. Eoque *Si quis Christi Spiritum non habet, hic non est eius.* Unde solus Spiritus digne glorificat Dominum. *Ille enim,* inquit, *me glorificabit,* non ut creatura, sed tanquam Spiritus veritatis dilucide in se ipso declarans veritatem, et tanquam Spiritus sa- T. III. p. 39.

Ibidem editi *οὕτω καὶ ἐπί.* Codices mss. ut in contextu.

c. *ὡς γὰρ εἷς πατήρ.* Vocula *γάρ* addita ex veteribus libris. Paulo post tres codices *τὸ μοναδικόν,* melius quam editi *τὸν μοναδικόν.*

d. *αἱ ἀποδείξεις.* Sic ex omnibus codicibus pro eo quod erat in editis *ἡ ἀπόδειξις.* Paulo post iidem codices *οὐ γεννητῶς,* editi *οὐδὲ γεννητῶς.*

e. *ἀῤῥήτου.* Unus ex Regiis cum Colbert. *ἀῤῥήτως.* Paulo post Regius quartus *οἰκειούμενον.*

f. *διὰ τοῦτο.* Editio Paris. addit *φησίν,* quod abest a codicibus mss. et edit. Basil.

g. *ἡ κτίσις.* Sic sex mss. codices; editi *ἡ γεννητὴ φύσις.* Ex iisdem codicibus paulo post legimus bis *ἑαυτοῦ,* cum editi haberent *αὐτοῦ.*

T. III. p. 39. θειαν, καὶ ὡς πνεῦμα σοφίας τὸν Χριστὸν τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν καὶ τὴν τοῦ θεοῦ σοφίαν ἐν τῷ ἑαυτοῦ μεγέθει ἀποκαλύπτον. καὶ ὡς παράκλητος δὲ ἐν ἑαυτῷ χαρακτηρίζει τοῦ ἀποστείλαντος αὐτὸν παρακλήτου τὴν ἀγαθότητα, καὶ ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἀξιώματι τὴν μεγαλωσύνην ἐμφαίνει τὴν τοῦ ὅθεν προῆλθεν. ἔστιν οὖν δόξα ἡ μέν τις φυσική, ὡς δόξα ἡλίου τὸ φῶς, ἡ δέ τις ἔξωθεν ἡ ἐκ προαιρέσεως κεκριμένως τοῖς ἀξίοις προσαγομένη. διπλῆ δὲ καὶ αὕτη. υἱὸς γάρ, φησί, δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ [1]). τούτων τοίνυν ἡ μὲν δουλικὴ παρὰ τῆς κτίσεως προσάγεται, ἡ δὲ ἵν' οὕτως εἴπω οἰκειακὴ παρὰ τοῦ πνεύματος ἐκπληροῦται. ὡς γὰρ περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγεν· ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ ἔδωκάς μοι ἵνα ποιήσω [2]), οὕτω καὶ περὶ τοῦ παρακλήτου· ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ [b] λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν [3]). καὶ ὡς δοξάζεται υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς λέγοντος· καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω [4]), οὕτω δοξάζεται τὸ πνεῦμα διὰ τῆς πρὸς πατέρα καὶ υἱὸν κοινωνίας, καὶ διὰ τῆς τοῦ μονογενοῦς μαρτυρίας λέγοντος· πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται [5]).

Ἐπειδὴ δὲ διὰ δυνάμεως φωτιστικῆς τῷ κάλλει τῆς τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου εἰκόνος ἐνατενίζομεν, καὶ δι' αὐτῆς ἀναγόμεθα ἐπὶ τὸ ὑπέρκαλον τοῦ ἀρχετύπου θέαμα, αὐτοῦ που πάρεστιν ἀχωρίστως τὸ τῆς γνώσεως πνεῦμα, τὴν ἐποπτικὴν τῆς εἰκόνος δύναμιν ἐν ἑαυτῷ παρεχόμενον τοῖς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμοσιν, οὐκ ἔξωθεν τὴν δεῖξιν ποιούμενον, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ εἰσάγον πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν. ὡς γὰρ οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα εἰ μὴ ὁ υἱός [6]), οὕτως οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν κύριον Ἰησοῦν εἰ μὴ ἐν πνεύματι ἁγίῳ [7]). οὐ γὰρ διὰ πνεύματος εἴρηται, ἀλλ' ἐν πνεύματι, καὶ πνεῦμα ὁ θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν [8]), καθὼς γέγραπται· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς [9]), τουτέστιν ἐν τῷ φωτισμῷ τοῦ πνεύματος, φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον [10]). ὥστε ἐν ἑαυτῷ δείκνυσι τὴν δόξαν τοῦ μονογενοῦς, καὶ τοῖς ἀληθινοῖς προσκυνηταῖς ἐν ἑαυτῷ τὴν τοῦ θεοῦ γνῶσιν παρέχεται. ἡ τοίνυν ὁδὸς τῆς θεογνωσίας ἐστὶν ἀπὸ ἑνὸς πνεύματος διὰ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ ἐπὶ τὸν ἕνα πατέρα, καὶ ἀνάπαλιν ἡ φυσικὴ ἀγαθότης καὶ ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐκ πατρὸς διὰ τοῦ μονογενοῦς ἐπὶ τὸ πνεῦμα διήκει. οὕτω καὶ αἱ ὑποστάσεις ὁμολο-

1) Malach. 1, 6. 2) Ioan. 17, 4. 3) Ioan. 16, 14. 4) Ioan. 12, 28. 5) Matth. 12, 31. 6) Matth. 11, 27. 7) 1. Cor. 12, 3. 8) Ioan. 4, 24. 9) Ps. 36 [35. LXX.], 10. 10) Ioan. 1, 9.

pientiae Christum, qui est Dei virtus et Dei sapientia, in sua magnitudine revelans. Denique tanquam Consolator in se ipso exprimit Consolatoris, a quo missus est, bonitatem, et in sua propria dignitate eius, a quo processit, maiestatem exhibet. Est igitur gloria, alia quidem naturalis, veluti gloria solis est lumen, alia externa, quae ex libera voluntate cum iudicio dignis defertur. At haec rursum gemina est. *Filius enim,* inquit, *glorificat Patrem, et servus Dominum suum.* Itaque ex his duabus ea, quae servilis est, a creatura defertur, altera vero, quae ut ita loquar contubernalis est, a Spiritu praestatur. Quemadmodum enim de se ipso dixit: *Ego te glorificavi super terram, opus perfeci, quod dedisti mihi ut perficerem,* sic et de Paracleto dictum est: *Ille me glorificabit, quoniam de meo accipiet et annuntiabit vobis.* Et quemadmodum Filius glorificatur a Patre, qui ait: *Et glorificavi et iterum glorificabo,* sic glorificatur Spiritus per consortium, quod habet cum Patre et Filio, et per Unigeniti testimonium, dicentis: *Omne peccatum et blasphemia remittetur vobis hominibus, sed in Spiritum blasphemia non remittetur.* T. III. p. 39.

47. Cum autem per vim illuminatricem intendimus oculos in pulcritudinem imaginis Dei invisibilis, perque hanc subvehimur ad pulcerrimum spectaculum archetypi, ibi videlicet adest inseparabiliter cognitionis Spiritus, vim imaginis speculativam in se ipso exhibens iis, qui veritatis contemplatione delectantur, non foris ostendens, sed in se ipso inducens ad agnitionem. Quemadmodum enim nemo novit Patrem nisi Filius, sic nullus potest dicere Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto. Non enim dictum est: Per Spiritum, sed *In Spiritu, et Spiritus est Deus, et qui adorant eum, in Spiritu et veritate oportet adorare,* sicut scriptum est: *In lumine tuo videbimus lumen,* hoc est in illustratione Spiritus, *Lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Itaque in se ipso ostendit Unigeniti gloriam, et veris adoratoribus in se ipso Dei cognitionem praebet. Proinde via ad Dei cognitionem est ab uno Spiritu per unum Filium ad unum Patrem, ac rursus nativa bonitas et naturalis sanctimonia et regalis dignitas ex Patre per Unigenitum ad Spiritum permanat. Ad hunc modum et hypostases profitemur, nec pium monarchiae dogma labefactatur. Caeterum qui subnumerationem ponunt, dicentes primum,

a. κεχριμένως. Reg. tertius ὡς κεχριμένως. Ibidem Reg. tertius τοῖς ἁγίοις προσαγομένη.

b. λήψεται. Tres Regii codices cum Colbert. λαμβάνει. Paulo post unus ex Regiis cum Colbert. καὶ ἐγὼ ἐδόξασά σε. Infra Rég. secundus δι' ἀοράτου δυνάμεως φωτιστικῆς.

c. τῆς γνώσεως. Colb. τῆς χάριτος.

T. III. p. 39. γοῦνται, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς μοναρχίας οὐ διαπίπτει. οἱ δὲ τὴν ὑπαρίθμησιν ἐν τῷ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον λέγειν τιθέμενοι γνωριζέσθωσαν. τὸ πολύθεον τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης τῇ
T. III. p. 40. ἀχράντῳ θεολογίᾳ τῶν Χριστιανῶν ἐπεισάγοντες. εἰς οὐδὲν γὰρ ἕτερον φέρει τῆς ὑπαριθμήσεως τὸ κακούργημα, ἢ ὥστε πρῶτον καὶ [a]δεύτερον θεὸν καὶ τρίτον ὁμολογεῖν. ἀλλ' ἡμῖν ἀρκοῦσα ἡ παρὰ τοῦ κυρίου ἐπιτεθεῖσα ἀκολουθία, ἣν ὁ συγχέων οὐκ ἔλαττον τῆς τούτων ἀσεβείας παρανομήσει. ὅτι μὲν οὖν οὐδέν, ὡς οὗτοι πεπλάνηνται, ἡ κατὰ τὴν φύσιν κοινωνία τῷ τρόπῳ τῆς ὑπαριθμήσεως παραλύεται, ἱκανῶς εἴρηται. ἀλλὰ συνέλθωμεν τῷ φιλονείκῳ καὶ ματαιόφρονι, καὶ δῶμεν τὸ [b]δεύτερόν τινος καθ' ὑπαρίθμησιν ἐκείνου λέγεσθαι. ἴδωμεν τοίνυν τί τὸ ἐκβαῖνον ἀπὸ τοῦ λόγου. ὁ πρῶτος, φησίν, ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ [1]), καὶ ἐν ἄλλοις· οὐ πρῶτον, φησί, τὸ πνευματικόν, ἀλλὰ τὸ ψυχικόν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν [2]). εἰ τοίνυν τῷ πρώτῳ ὑπαριθμεῖται τὸ δεύτερον, τὸ δὲ ὑπαριθμούμενον ἀτιμότερόν ἐστι τοῦ πρὸς ὃ ἔχει τὴν ὑπαρίθμησιν, ἀτιμότερος οὖν καθ' ὑμᾶς τοῦ ψυχικοῦ ὁ πνευματικὸς καὶ τοῦ χοϊκοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐπουράνιος.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ εἶναι δοξαστὸν τὸ πνεῦμα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ἔστω ταῦτα, φησίν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ δόξα πάντως ὀφειλομένη ἐστὶ τῷ πνεύματι, ὥστε δοξολογίαις ἀνυψοῦσθαι παρ' ἡμῶν. πόθεν ἂν οὖν τῆς ὑπερεχούσης πάντα νοῦν ἀξίας τοῦ πνεύματος τὰς ἀποδείξεις [c]λάβοιμεν, εἴπερ ἡ πατρὸς καὶ υἱοῦ κοινωνία μὴ ἀξιόπιστος αὐτοῖς πρὸς μαρτυρίαν ἀξιώματος ἐνομίσθη; ἔξεστί γε μὴν πρός τε τὰ ἐκ τῶν ὀνομάτων ἀποβλέψαντας σημαινόμενα καὶ πρὸς τὰ τῶν ἐνεργειῶν αὐτοῦ μεγέθη καὶ πρὸς τὰς εἰς ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ εἰς πᾶσαν τὴν κτίσιν χορηγουμένας [d]εὐεργεσίας, τῆς μεγαλοφυΐας αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνεφίκτου δυνάμεως ἐπὶ ποσὸν οὖν ἐν περινοίᾳ γενέσθαι. πνεῦμα ὠνόμασται, ὡς πνεῦμα ὁ θεός [3]), καὶ πνεῦμα τοῦ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς κύριος [4]). ἅγιον, ὡς ἅγιος ὁ πατὴρ καὶ ἅγιος ὁ υἱός, τῇ μὲν γὰρ κτίσει ἑτέρωθεν ἐπεισήχθη ὁ ἁγιασμός, τῷ δὲ πνεύματι συμπληρωτικὴ τῆς φύσεώς ἐστιν ἡ ἁγιότης· διόπερ οὐχὶ ἁγιαζόμενόν ἐστιν, ἀλλ' ἁγιάζον. ἀγαθόν, ὡς

1) 1. Cor. 15, 47. 2) 1. Cor. 15, 46. 3) Ioan. 4, 24. 4) Thren. 4, 20.

a. δεύτερον θεόν. Editi transferunt post τρίτον. Codices mss. ut in contextu. Ibidem Reg. tertius ἀλλ' ἡμῖν ἀρκέσει. Subinde Reg. quartus ἱκανῶς

secundum ac tertium, sciant sese Deorum multitudinem iuxta gentium errorem in illibatam Christianorum theologiam inducere. Ad nihil enim aliud tendit subnumerationis dolosa inventio, quam ut profiteamur Deum primum, secundum, ac tertium. Sed nobis sufficit a Domino praescriptus ordo, quem qui confundet non minus peccabit, quam peccat istorum impietas. Quod ergo naturalis communio nequaquam modo subnumerationis dissolvitur, velut isti errando putant, satis dictum est. Sed concedamus pertinaci et inaniter sapienti demusque id, quod aliquo posterius est, sic exprimi, ut ei subnumeretur. Videamus iam quid ex hoc sermone consequatur. *Primus*, inquit, *homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de caelo*, et alibi: *Non primum*, inquit, *quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale.* Ergo si primo subnumeratur secundum, id autem, quod subnumeratur, vilius est eo, cui subnumeratur, igitur secundum vos vilior est spiritualis animali et homine terreno caelestis. T. III. p. 39. T. III. p. 40.

Adversus eos, qui dicunt non esse glorificandum Spiritum.

CAPUT XIX.

48. Sit ita, inquiunt, at ea gloria nullo pacto debetur Spiritui, ut a nobis glorificationibus sit extollendus. Unde igitur probaturi sumus Spiritus dignitatem intellectum omnem superantem, si Patris et Filii communio visa est istis minime sufficiens ad id testificandum? Sane possumus et ad ea, quae nominibus significantur, respicientes et ad operationum eius magnitudinem, et ad beneficia, quae in nos, imo quae in omnem creaturam confert, pro modulo nostro naturae illius sublimitatem ac potentiam incomprehensibilem percipere. Spiritus vocatus est, ut est illud *Spiritus Deus* et *Spiritus vultus nostri Christus Dominus*. Sanctus dicitur, quemadmodum sanctus Pater et sanctus Filius; creaturae siquidem inducta est aliunde sanctimonia, Spiritui vero sanctitas completiva est naturae, ideoque non sanctificatur, sed sanctificat. Bonus item dicitur, sicut Pater bonus est, et sicut bonus

ἀποδέδεικται.

b. δεύτερον. Sic libri veteres; editi δευτερεῖον.

c. λάβοιμεν. Ita quatuor Regii cum Colbertino, melius multo quam in editis λάβομεν. Unde Erasmus parum apte reddiderat: *Unde igitur probaturi sunt* etc.

d. ἐνεργείας. Sic legere maluimus cum sex codicibus, quam cum editis ἐνεργείας.

T. III. p. 40. ἀγαθὸς ὁ πατὴρ καὶ ἀγαθὸς ὁ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ γεννηθείς, [a]οὐσίαν ἔχον τὴν ἀγαθότητα. εὐθές, ὡς εὐθὴς κύριος ὁ θεός[1]), τῷ εἶναι αὐτοαλήθεια καὶ αὐτοδικαιοσύνη, παρεκτροπὰς ἐπὶ θάτερα καὶ ἐκκλίσεις οὐκ ἔχον διὰ τὸ ἄτρεπτον τῆς οὐσίας. παράκλητος, ὡς ὁ μονογενής, [b]καθὼς αὐτός φησιν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα μου, καὶ δώσει ὑμῖν ἄλλον παράκλητον[2]). οὕτω κοινὰ τὰ ὀνόματα πρὸς πατέρα καὶ υἱὸν τῷ πνεύματι ἐκ τῆς κατὰ τὴν φύσιν οἰκειότητος τῶν προσηγοριῶν τούτων τυχόντι. πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; πάλιν ἡγεμονικὸν[3]) καὶ πνεῦμα τῆς ἀληθείας καὶ πνεῦμα σοφίας ὠνόμασται. πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με[4]), καὶ τὸν Βεσελεὴλ δέ, φησίν, ἐνέ-
T. III. p. 41. πλησεν ὁ θεὸς πνεῦμα θεῖον σοφίας καὶ συνέσεως καὶ ἐπιστήμης[5]). τὰ μὲν οὖν ὀνόματα [a]τοιαῦτα ὑπερφυῆ καὶ μεγάλα, οὐμενοῦν ἔχοντά τινα εἰς δόξαν ὑπερβολήν·

Αἱ δὲ ἐνέργειαι τίνες; ἄῤῥητοι μὲν διὰ τὸ μέγεθος, ἀνεξαρίθμητοι δὲ διὰ τὸ πλῆθος. πῶς μὲν γὰρ νοήσομεν τὰ τῶν αἰώνων ἐπέκεινα; τίνες ἦσαν αὐτοῦ πρὸ τῆς νοητῆς κτίσεως αἱ ἐνέργειαι; πόσαι δ' ἀπ' αὐτοῦ [d]περὶ τὴν κτίσιν χάριτες; τίς δὲ ἡ πρὸς τοὺς αἰῶνας τοὺς ἐπερχομένους δύναμις; ἦν μὲν γὰρ καὶ [a]προῆν, καὶ συμπαρῆν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ πρὸ τῶν αἰώνων. ὥστε κἄν τι νοήσῃς τῶν αἰώνων ἐπέκεινα, τοῦτο εὑρήσεις τοῦ πνεύματος κατωτέρω. ἐάν τε τὴν κτίσιν ἐνθυμηθῇς, ἐστερεώθησαν αἱ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις παρὰ τοῦ πνεύματος[6]), τῆς στερεώσεως δηλονότι ἐπὶ τὸ δυσμετάπτωτον τῆς ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἕξεως νοουμένης· ἡ γὰρ πρὸς θεὸν οἰκείωσις καὶ τὸ πρὸς κακίαν ἄτρεπτον καὶ τὸ ἐν μακαριότητι διαρκὲς παρὰ τοῦ πνεύματος ταῖς [d]δυνάμεσι. Χριστοῦ ἐπιδημία, καὶ τὸ πνεῦμα προτρέχει. ἔνσαρκος παρουσία, καὶ τὸ πνεῦμα ἀχώριστον. ἐνεργήματα δυνάμεων, χαρίσματα ἰαμάτων διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. δαίμονες ἀπηλαύνοντο ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ. διάβολος κατηργεῖτο [a]συμπαρόντος τοῦ πνεύματος· ἁμαρτιῶν ἀπολύτρωσις ἐν τῇ χάριτι τοῦ πνεύματος· ἀπελούσασθε γὰρ καὶ ἡγιάσθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν τῷ πνεύματι [b]τῷ ἁγίῳ[7]). οἰκείωσις πρὸς θεὸν διὰ τοῦ πνεύματος, ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, κρᾶζον ἀββᾶ ὁ πατήρ[8]). ἡ ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασις τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ πνεύματος,

1) Ps. 92 [91. LXX.], 16. 2) Ioan. 14, 16. 3) Ps. 51 [50. LXX.], 14. 4) Iob. 33, 4. 5) Exod. 31, 3. 6) Ps. 33 [32. LXX.], 6. 7) 1. Cor. 6, 11 8) Gal. 4, 6.

a. οὐσίαν ἔχον. Sic quatuor mss. codices; editi οὐσίαν ἔχων. Ibidem editio Paris. cum uno tantum codice ms. εὐθὺς κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. Alii codices mss. ut in contextu.

b. καθὼς αὐτός. Sic mss. codices. Editio Paris. et Basil. secunda καθὼς καὶ

est is, qui ex bono natus est, cui bonitas est ipsa essentia. Rectus vocatur, ut rectus Dominus Deus, eo quod per se sit ipsa veritas et ipsa iustitia, nec in hanc nec in illam partem se vertens aut flectens propter naturae immutabilitatem. Paracletus nuncupatur, velut Unigenitus, sicut ipse ait: *Ego rogabo Patrem meum, et dabit vobis alium Paracletum.* Hoc pacto communia sunt nomina Patri, Filio et Spiritui sancto, qui has appellationes ex naturae consortio habet. Unde enim aliunde? Rursum Spiritus principalis et Spiritus veritatis et Spiritus sapientiae dictus est. *Spiritus divinus, qui me fecit,* et *Beseleel,* inquit, *implevit Deus Spiritu divino sapientiae et intellectus et scientiae.* Talia igitur nomina eximia illa quidem et magna, nec tamen quod ad gloriam attinet exaggerationem ullam habentia. T. III. p. 40. T. III. p. 41.

49. At operationes quales sunt? Ineffabiles quidem ob magnitudinem, innumerabiles vero ob multitudinem. Nam quo pacto intelligemus ea, quae fuerunt ante saecula? quae erant illius operationes ante creaturam intelligibilem? quanta autem ab illo beneficia in creaturam? adhaec quae potestas ad ventura saecula? Erat enim et ante erat, et simul aderat cum Patre et Filio ante saecula. Quare etiamsi quid cogitaris ante saecula, hoc tamen reperias Spiritu esse posterius. Quod si creationem reputes, consolidatae sunt caelorum virtutes a Spiritu, ita ut consolidationem intelligas firmitatem, quae non facile bonorum habitu excidat. Etenim quod Deo coniunctae sunt, quodque ad malitiam verti non queunt, quodque in beatitudine perpetuo perseverant virtutes, id illis a Spiritu accedit. Christi adventus, Spiritus praecurrit. In carne adventus, et Spiritus inseparabilis. Operationes virtutum, dona sanationum, sed per Spiritum sanctum. Daemones expulsi in Spiritu Dei. Diabolus spoliatus est imperio simul praesente Spiritu. Peccatorum facta remissio, sed in gratia Spiritus, *Abluti enim estis et sanctificati in nomine Domini nostri Iesu Christi et in Spiritu sancto.* Coniunctio cum Deo fit per Spiritum, *Misit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem Abba Pater.* Resur-

αὐτός. Non multo post ex iisdem codicibus legimus τυχόντι, non ut in editis τυγχάνοντι.

c. τοιαῦτα. Post hanc vocem editi addunt καί, quod in veteribus libris non legitur.

d. περὶ τὴν κτίσιν. Sic mss. codices; ἐπὶ τὴν κτίσιν in editis.

e. προῆν. Legitur in duobus Regiis codicibus καὶ πρώην, *erat et pridem.* Quam scripturam miror arridere Combefisio.

f. δυνάμεσι. Editi addunt προσγέγονε. Reg. secundus γίνεται. Neutrum occurrit in aliis quinque codicibus. Sed haec videntur addidisse librarii, ut explerent quod mancum et imperfectum non erat, sed esse videbatur.

g. συμπαρόντος. Sic codices mss. omnes; editi ἐμπαρόντος.

h. τῷ ἁγίῳ. Addunt duo codices τοῦ θεοῦ ἡμῶν. Mox Regii quartus et quintus καρδίαις ὑμῶν. Nec multo post editio Paris. εἴτε οὖν τήν. Mss. εἴτε τήν, et Basil. edit.

T. III. p. 41. ἐξαποστελεῖς γὰρ τὸ πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς[1]). εἴτε τὴν κτίσιν τις ἐκλαμβάνοι ἐπὶ τῆς τῶν διαλυθέντων ἀναβιώσεως, πῶς οὐ μεγάλη τοῦ πνεύματος ἡ ἐνέργεια τοῦ οἰκονομοῦντος ἡμῖν τὸν ἐξ ἀναστάσεως βίον καὶ πρὸς τὴν πνευματικὴν ἐκείνην ζωὴν τὰς ψυχὰς ἡμῶν μεταρυθμίζοντος; εἴτε λέγοιτο κτίσις ἡ ἐνταῦθα τῶν ἐξ ἁμαρτίας διαπεπτωκότων ἐπὶ τὸ [a]βέλτιον μετακόσμησις (λέγεται γὰρ καὶ οὕτω κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς γραφῆς, ὡς ὅταν Παῦλος λέγῃ· εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις[2])), καὶ ὁ ἐνταῦθα τοίνυν ἀνακαινισμὸς καὶ ἡ ἀπὸ τῆς γηΐνης καὶ ἐμπαθοῦς ζωῆς ἐπὶ τὴν οὐράνιον πολιτείαν μεταβολὴ διὰ τοῦ πνεύματος ἡμῖν γινομένη ἐπὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν θαύματος τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀνάγει. ἐπὶ τούτοις πότερον φοβηθῶμεν μὴ τὴν ἀξίαν ὑπερβῶμεν ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν τιμῶν; ἢ τὸ ἐναντίον μὴ [b]εἰς ταπεινὸν καταγάγωμεν τὴν περὶ αὐτοῦ ἔννοιαν, κἂν τὰ μέγιστα δόξωμεν ἐπ' αὐτῷ τῶν ἐξ ἀνθρωπίνης διανοίας καὶ γλώττης προφερομένων φθέγγεσθαι; τάδε λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τάδε λέγει κύριος· κατάβηθι καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος, διότι ἐγὼ αὐτοὺς ἀπέσταλκα[3]). μὴ ταπεινοῦ ταῦτα καὶ κατεπτηχότος τὰ ῥήματα; ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ
T. III. p. 42. τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς[4]). μὴ δοῦλος οὕτω φθέγγεται; καὶ ὁ Ἡσαΐας· κύριος ἀπέσταλκέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ κατέβη πνεῦμα παρὰ κυρίου καὶ ὡδήγησεν αὐτούς[5]). καὶ μή μοι τὴν ὁδηγίαν πάλιν εἰς ταπεινὴν διακονίαν ἐκλάβῃς, τοῦτο γὰρ καὶ θεοῦ ἔργον εἶναι ὁ λόγος διαμαρτύρεται. ὡδήγησας, φησίν, ὡς πρόβατα τὸν λαόν σου[6]), καὶ ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσὴφ[7]), καὶ ὡδήγησεν αὐτοὺς ἐπ' ἐλπίδι καὶ οὐκ ἐδειλίασαν[8]). ὥστε ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, ἐκεῖνος ὑμᾶς ἀναμνήσει [c]καὶ ὁδηγήσει πρὸς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν[9]), τὴν ὁδηγίαν ὡς ἐδιδάχθης νόει, μὴ συκοφάντει τὴν ἔννοιαν.

Ἀλλὰ καὶ ἐντυγχάνει, φησίν, ὑπὲρ ἡμῶν[10]), ὥστε ὅσον ἱκέτης τοῦ εὐεργέτου λείπεται, τοσοῦτον τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἀξίαν ἀποπέπτωκε τοῦ θεοῦ. σὺ δὲ οὔπω ἤκουσας περὶ τοῦ μονογενοῦς, ὅτι ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν[11]); μὴ οὖν ὅτι τὸ πνεῦμα ἐν σοί (εἴπερ δὴ ὅλως ἐν σοί), μηδ' ὅτι ἀποτυφλώθέντας ἡμᾶς πρὸς τὴν ἐκλογὴν τοῦ συμφέροντος διδάσκει καὶ ὁδηγεῖ, τούτου ἕνεκεν τὴν εὐσεβῆ [d]καὶ ὁσίαν περὶ αὐτοῦ δόξαν ζημι-

1) Ps. 104 [103. LXX.], 30. 2) 2. Cor. 5, 17. 3) Act. 10, 20. 4) Act. 13, 2. 5) Es. 48, 16; 63, 14. 6) Ps. 77 [76. LXX.], 21. 7) Ps. 80 [79. LXX.], 2. 8) Ps. 78 [77. LXX.], 53. 9) Ioan. 14, 26; 16, 13. 10) Rom. 8, 26. 27. 11) Rom. 8, 34.

a. *βέλτιον*. Sic omnes mss. codices; editi *τὸ βέλτιστον*.

b. *εἰς ταπεινόν*. Reg. tertius cum Colbert. *εἰς ταπεινότητα*. Aliquanto post

rectio a mortuis Spiritus virtute. *Emittes siquidem Spiritum tuum* T. III. p. 41. *et creabuntur, et renovabis faciem terrae.* Sive quis creationem accipiat de exstinctorum reviviscentia, an non magna Spiritus operatio, qui nobis suppeditat vitam ex resurrectione et ad spiritualem illam vitam animas nostras adaptat? Sive creatio dicatur esse eorum, qui hic per peccatum lapsi sunt, in meliorem statum mutatio (nam ita quoque nonnunquam usurpatur iuxta Scripturae consuetudinem, velut cum Paulus dicit: *Si qua in Christo nova creatura*), renovatio, quae hic fit, et a vita terrestri ac turbulentis affectibus obnoxia ad caelestem conversationem transmutatio, quae fit in nobis per Spiritum, ad summam admirationem deducit animos nostros. In his utrum metuere debemus, ne dignitatem immodicis honoribus transgrediamur? an contra ne illius notionem ad humilia deprimamus, etiamsi videamur maxima de eo loqui, quae quidem humana mente concipi humanaque lingua proferri possunt? Haec dicit Spiritus sanctus, sicut haec dicit Dominus: *Descende et perge cum illis, nihil haesitans, quoniam ego misi illos.* Num haec sunt abiecti ac metu consternati verba? *Separate mihi Barnabam et Saulum in opus, ad quod accersivi illos.* T. III. p. 42. Num servus ita loquitur? Et Esaias: *Dominus misit me, et Spiritus eius,* et *Descendit Spiritus a Domino et deduxit illos.* At ne rursus mihi deductionem accipias pro humili ministerio. Nam hoc opus etiam Dei esse testatur Scriptura. *Deduxisti,* inquit, *sicut oves populum tuum,* et *Qui deducis velut ovem Ioseph,* et *Deduxit eos in spe, et non timuerunt.* Proinde cum audieris: *Cum venerit Paracletus, ille vobis suggeret, ac vos ducet in omnem veritatem,* cogita deductionem sicuti doctus es, ne calumnieris cogitatum.

50. At, inquies, etiam *Interpellat pro nobis;* proinde quantum is, qui supplex est, beneficii auctore inferior est, tantum quoque Spiritus ratione dignitatis a Deo remotus. At tu nondum audisti de Unigenito, quod is est in dextra Dei et interpellat pro nobis? Itaque quia Spiritus in te est, si tamen omnino in te est, et quia nos excaecatos ad eligendum quod utile est docet deducitque, ne eam ob causam piam ac sanctam de eo opinionem amittas. Nam profecto

editi *ὅτι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς.* Codices mss. ut in contextu. Subinde trium codicum scripturam praetulimus vulgatae *τόν τε Βαρνάβαν καὶ τὸν Παῦλον.* Aliquanto infra Reg. secundus *πνεῦμα κυρίου.*

c. *καὶ ὁδηγήσει.* Haec addita e sex codicibus.

d. *καὶ ὁσίαν περὶ αὐτοῦ δόξαν.* Sic codices omnes; editi *καὶ θείαν δόξαν περὶ τούτου.*

T. III. p. 42. ωθῆς. ὑπερβολὴ γὰρ ἀγνωμοσύνης τοῦτό γε τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ εὐεργέτου ἀφορμὴν ἀχαριστίας ποιεῖσθαι. μὴ οὖν λυπεῖτε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον [1]). ἀκούσατε τί φησιν ἡ ἀπαρχὴ τῶν μαρτύρων Στέφανος, τὸ δυσπειθὲς καὶ ἀνυπότακτον τῷ λαῷ ὀνειδίζων· ὑμεῖς, φησίν, ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἀντιπίπτετε [2]), καὶ πάλιν ὁ Ἡσαΐας· παρώξυναν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ἐστράφη αὐτοῖς εἰς ἔχθραν [3]), καὶ ἑτέρωθι· ὁ οἶκος τοῦ Ἰακὼβ παρώργισε τὸ πνεῦμα κυρίου [4])· εἰ μὴ ἐξουσιαστικῆς δυνάμεως παραστατικὰ τὰ τοιαῦτα. τῇ τῶν ἐντυγχανόντων κρίσει παρίημι, ταῦτα ἀκούοντας ὁποίας τινὰς χρὴ τὰς ὑπολήψεις ἔχειν, ὡς περὶ ὀργάνου καὶ ὑπηκόου καὶ ὁμοτίμου τῇ κτίσει καὶ ἡμῖν ὁμοδούλου, ἢ βαρύτατον καὶ ῥήματι μόνῳ τὴν βλασφημίαν ταύτην ὑποδῦναι τοῖς εὐσεβέσι. δοῦλον λέγεις τὸ πνεῦμα; ἀλλ' ὁ δοῦλος, φησίν, οὐκ οἶδε τί ποιεῖ ὁ κύριος αὐτοῦ [5]), τὸ δὲ πνεῦμα οὕτως οἶδε τὰ τοῦ θεοῦ, ὡς καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου [b] τὰ ἐν αὐτῷ [6]).

Πρὸς τοὺς λέγοντας μήτε ἐν δουλικῇ τάξει μήτε ἐν δεσποτικῇ εἶναι τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ἐλευθέρων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Οὔτε δοῦλον, φησίν, οὔτε δεσπότην, ἀλλ' ἐλεύθερον. ὦ τῆς δεινῆς ἀναλγησίας, ὦ τῆς ἐλεεινῆς ἀφοβίας τῶν ταῦτα λεγόντων! τί πλέον αὐτῶν ὀδύρωμαι, [a] τὸ ἀμαθὲς ἢ τὸ βλάσφημον; οἵ γε τὰ τῆς θεολογίας δόγματα ἀνθρωπίνοις παραδείγμασι καθυβρίζουσι, καὶ τὴν ὧδε συνήθειαν παρηλλαγμένην ἔχουσαν τῶν ἀξιωμάτων τὴν διαφορὰν τῇ θείᾳ καὶ ἀῤῥήτῳ φύσει προσαρμόζειν ἐπιχειροῦσιν, οὐκ ἐννοοῦντες ὅτι παρὰ μὲν ἀνθρώποις τῇ φύσει δοῦλος
T. III. p. 43. οὐδείς. ἢ γὰρ καταδυναστευθέντες ὑπὸ ζυγὸν δουλείας [d] ἠχθησαν ὡς ἐν αἰχμαλωσίαις, ἢ διὰ πενίαν κατεδουλώθησαν ὡς οἱ Αἰγύπτιοι τῷ Φαραώ, ἢ κατά τινα σοφὴν καὶ ἀπόῤῥητον οἰκονομίαν οἱ χείρους τῶν παίδων ἐκ τῆς τῶν πατέρων φωνῆς τοῖς φρονιμωτέροις καὶ βελτίοσι δουλεύειν κατεδικάσθησαν, ἢν οὐδὲ καταδίκην, ἀλλ' εὐεργεσίαν εἴποι τις ἂν δίκαιος τῶν γινομένων ἐξεταστής. τὸν γὰρ δι' ἔνδειαν τοῦ φρονεῖν οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ τὸ κατὰ φύσιν ἄρχον, τοῦτον ἑτέρου κτῆμα γενέσθαι λυσιτελέστερον, ἵνα τῷ τοῦ κρατοῦντος λογισμῷ διευθυνόμενος ὅμοιος ᾖ ἅρματι ἡνίοχον ἀναλαβόντι καὶ πλοίῳ κυβερνήτην ἔχοντι ἐπὶ οἰάκων καθή-

1) Eph. 4, 30. 2) Act. 7, 51. 3) Es. 63, 10. 4) Mich. 2, 7. 5) Ioan. 15, 15. 6) 1. Cor. 2, 11.

summus fuerit ingrati animi gradus, benefacientis humanitatem ad ingrati animi occasionem vertere. *Nolite igitur contristare Spiritum sanctum.* Audite quid dicat Martyrum primitiae Stephanus, inobedientiam ac rebellionem exprobrans populo. *Vos,* inquit, *semper Spiritui sancto resistitis.* Et rursum Esaias: *Exacerbaverunt Spiritum sanctum, et versus est illis in inimicitiam,* et alibi: *Domus Iacob irritavit Spiritum Domini.* Audite, inquam, an non haec summam potentiam declarent. Iudicio legentium permitto, quas tandem oporteat eos, qui haec audiunt, opiniones concipere, utrum tanquam de instrumento deque obediente et parem conditionem cum creatura sortito, denique nobis conservo sentire, an gravissimum vel verbo solo hanc blasphemiam piorum aures subire. Servum dicis Spiritum? *Sed servus,* inquit, *non novit quid faciat dominus ipsius*; Spiritus autem non aliter novit quae sunt Dei, quam spiritus hominis novit quae in ipso sunt. T. III. p. 42.

Adversus eos, qui dicunt Spiritum nec in servili nec in herili conditione esse, sed in conditione liberorum.

CAPUT XX.

51. Neque servus, inquit, neque dominus, sed liber. O mirum stuporem, o miserandam audaciam ista loquentium! Quid amplius deplorem? Utrum inscitiam, an blasphemiam istorum? qui quidem de Deo dogmata humanis exemplis dedecorant, ac hominum consuetudinem, per quam dispar est dignitatum excellentia, ad divinam et ineffabilem naturam accommodare nituntur, haud reputantes apud homines quidem nullum esse natura servum. Aut enim potentia oppressi sub iugum servitutis inducti sunt, velut in bello capti, aut ob paupertatem in servitutem adacti sunt, velut Aegyptii Pharaoni, aut iuxta sapientem quandam et arcanam dispensationem qui inter filios deteriores sunt parentum voce sapientioribus ac melioribus in servitutem addicti sunt, quam haudquaquam condemnationem, sed beneficium potius dixerit aequus rerum aestimator. Nam qui ob sensus inopiam non habet in sese id, quod natura imperat, huic utilius est alterius fieri mancipium, ut dum dominantis prudentia dirigitur, similis sit T. III. p. 43.

a. *παρώργισε.* Sic codices mss. omnes pro eo quod est in editis *παρώξυνε.* Caput vigesimum in nonnullis codicibus incipit a verbis *δοῦλον λέγεις τὸ πνεῦμα,* imo etiam supra in uno codice ab istis *ἀλλὰ καὶ ἐντυγχάνει.*

b. *τὰ ἐν αὐτῷ.* Codices nonnulli *τὸ ἐν αὐτῷ.*

c. *τὸ ἀμαθές.* Règ. quartus *τὸ ἀπειθές.*

d. *ἤχθησαν.* Sic omnes codices; editi *ἠνέχθησαν.* Paulo post quidam mss. codices *σοφὴν καὶ ἄῤῥητον.*

T. III. p. 43. μενον. διὰ τοῦτο Ἰακὼβ κύριος τοῦ Ἡσαῦ ἐκ τῆς εὐλογίας τοῦ πατρός[1]), ἵνα καὶ μὴ βουλόμενος παρὰ τοῦ φρονίμου εὐεργετῆται ὁ ἄφρων, οὐκ ἔχων τὸν οἰκεῖον κηδεμόνα τὸν νοῦν, καὶ Χαναὰν παῖς [a]οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς[2]), ἐπειδὴ ἀδίδακτος ἦν τῆς ἀρετῆς, ἀσύνετον ἔχων τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τὸν Χάμ. ὧδε μὲν οὖν οὕτως οἱ δοῦλοι, ἐλεύθεροι δὲ οἱ διαφυγόντες πενίαν ἢ πόλεμον ἢ τῆς ἑτέρων κηδεμονίας ἀπροσδεεῖς. ὥστε κἂν ὁ μὲν δεσπότης, ὁ δὲ οἰκέτης λέγηται, ἀλλ' οὖν πάντες καὶ κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὁμοτιμίαν καὶ ὡς [b]κτήματα τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς ὁμόδουλοι. ἐκεῖ δὲ τί δύνασαι τῆς δουλείας ὑπεξαγαγεῖν; ὁμοῦ τε γὰρ ἐκτίσθη, καὶ τὸ [c]δοῦλον εἶναι συγκατεσκεύασται. ἀλλήλων μὲν γὰρ οὐ κατάρχουσιν, ἐπειδὴ πλεονεξίας ἄμοιρα τὰ οὐράνια, θεῷ δὲ πάντα ὑποκύπτει, καὶ ὡς δεσπότῃ τὸν ὀφειλόμενον φόβον καὶ ὡς δημιουργῷ τὴν ἐπιβάλλουσαν δόξαν ἀποδιδόντα. υἱὸς γὰρ δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος [d]τὸν κύριον αὐτοῦ· καὶ ἀπαιτεῖ πάντως τῶν δύο τὸ ἕτερον ὁ θεός, εἰ γὰρ πατήρ εἰμι ἐγώ, ποῦ ἐστι, φησίν, ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι ἐγώ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος μου[3]); ἢ πάντων ἂν εἴη ἐλεεινοτάτη [e]ζωὴ μὴ ὑπὸ τὴν ἐπισκοπὴν τοῦ δεσπότου κειμένη· ὁποῖαί εἰσιν αἱ ἀποστατικαὶ δυνάμεις αἱ διὰ τὸ τραχηλιάσαι κατὰ θεοῦ παντοκράτορος ἀφηνιάζουσαι τῆς δουλείας, οὐ τῷ ἑτέρως πεφυκέναι, ἀλλὰ τῷ ἀνυποτάκτως ἔχειν πρὸς τὸν ποιήσαντα. τίνα οὖν λέγεις ἐλεύθερον; τὸν ἀβασίλευτον; τὸν μήτε ἄρχειν ἑτέρου δύναμιν ἔχοντα μήτε ἄρχεσθαι καταδεχόμενον; ἀλλ' οὔτε ἔστι τις τοιαύτη φύσις ἐν τοῖς οὖσι, [f]καὶ τοῦτο ἐννοῆσαι κατὰ τοῦ πνεύματος ἀσέβεια περιφανής. ὥστε εἰ μὲν ἔκτισται, δουλεύει δηλαδὴ μετὰ πάντων, τὰ γὰρ σύμπαντα, φησί, δοῦλα σά[4]), εἰ δὲ ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἐστί, τῆς βασιλείας ἐστὶ κοινωνόν.

Μαρτυρίαι ἐκ τῶν γραφῶν τοῦ κυριολογεῖσθαι τὸ πνεῦμα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Καὶ τί δεῖ ἐκ τῶν ταπεινῶν ἀπομαχομένους αἰσχρῶς τὴν νί-

1) Gen. 27, 29. 2) Gen. 9, 25. 3) Malach. 1, 6. 4) Ps. 119 [118. LXX.], 91.

a. *οἰκέτης* etc. Editi *οἰκέτης ἐστὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, ἐπειδὴ ἀδίδακτος.* Libri veteres ut in contextu.

b. *κτήματα.* Sic mss. quinque. Editi *κτῆμα.* Mox Reg. secundus *τί δύνασθε.*

c. *δοῦλον.* Ita mss. duo, quibus favent plures alii, in quibus legitur *δούλῳ.* Alius habet *δοῦλος.* Editi *δοῦλα.*

d. *τὸν κύριον αὐτοῦ.* Colbertinus codex et duo alii Combefisio citati addunt

currui, qui aurigam recepit, aut navi, quae nauclerum habet clavo assidentem. Hanc ob causam Iacob dominus Esau ex benedictione patris, ut stultus a sapiente vel invitus beneficio afficeretur, quippe non habens proprium curatorem, videlicet mentem, et Chanaan filius servus erit fratribus suis, quoniam indocilis erat ad virtutem, imprudentem habens patrem, videlicet Cham. Ad hunc igitur modum hic fiunt servi; liberi vero sunt, qui effugerunt paupertatem aut bellum, aut qui aliorum cura non egent. Itaque quamvis hic herus, ille servus appelletur, omnes tamen et quatenus sumus eiusdem inter nos conditionis, et tanquam illius qui nos condidit mancipia, conservi sumus. Illic porro quid potes e servitute eximere? Nam statim ac condita sunt, simul cum eis condita servitus. Sibi enim invicem non imperant, eo quod caelestia plus habendi non tenentur desiderio, Deo autem subiecta omnia, ac tanquam domino debitum timorem ac tanquam conditori debitam gloriam persolvunt. *Filius enim gloria afficit Patrem, et servus Dominum suum.* Et ex his duobus alterum omnino Deus requirit. *Nam si Pater,* inquit, *sum ego, ubi est gloria mea? Si Dominus sum ego, ubi est timor meus?* Alioqui vita custodiae ac inspectioni Domini non subdita omnium maxime miserabilis foret. Cuiusmodi sunt virtutes desertrices, quae quod cervicem erexerunt adversus Deum omnipotentem, servitutem detrectant, non quod aliter natura comparatae sint, sed quod subditae esse nolint creatori. Quem igitur appellas liberum? Eum, qui sine rege est? qui neque imperandi alteri potestatem habet, neque alterius imperium admittit? At nec est istiusmodi natura in rebus conditis, et hoc de Spiritu cogitare aperta impietas est. Quare si Spiritus creatus est, profecto servit cum omnibus. *Omnia enim,* inquit, *serviunt tibi*; sin supra creaturam est, regni quoque consors est. T. III. p. 43.

Testimonia ex Scripturis Spiritum appellari Dominum.

CAPUT XXI.

52. Sed quid opus est ex rebus humilibus pugnantes doctrinae

φοβεῖται. Sed hoc verbum ab ipso Basilio, omnibus mss. consentientibus, omittitur in cap. 18. huius libri, [p. 272 v. md. hui. ed.], ubi idem testimonium refertur.

e. ζωή. Editi post hanc vocem addunt *εἰ,* sed deest in omnibus codicibus. Ibidem Reg. tertius et Colb. *ὑπὸ τὴν σχέπην τοῦ, sub tutela Domini.* Paulo post editi *ἀφηνιάζουσι,* quod auctoritate quinque codicum mutavimus.

f. καὶ τοῦτο. Sic emendatum ope Regii secundi quod prave in aliis mss. et in editis legebatur *καὶ τό.*

T. III. p. 44. κην κατακτᾶσθαι τῷ λόγῳ, ἐξὸν τῇ παραθέσει τῶν σεμνοτέρων ἀναντίῤῥητον τὴν ὑπερβολὴν τῆς δόξης ἐπιδεικνύναι; εἰ δὲ λέγοιμεν ἃ παρὰ τῆς γραφῆς ἐδιδάχθημεν, τάχα που μέγα καὶ σφοδρὸν ἀνακράξονται, καὶ συσχόντες τὰ ὦτα ἀράμενοι λίθους, ἤ ὅ τι ἂν τύχοι παραφανὲν τοῦτο τῶν πνευματομάχων ἕκαστος ὅπλον ποιησάμενος, ἐφ' ἡμᾶς ἥξουσιν. οὐ μὴν πρό γε τῆς ἀληθείας τιμητέα ἡμῖν ἡ ἀσφάλεια. εὕρομεν τοίνυν παρὰ [a]τῷ ἀποστόλῳ· ὁ δὲ κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ[1]) [b]ὑπὲρ τῶν θλίψεων. τίς ὁ κατευθύνων κύριος εἰς τὴν τοῦ θεοῦ ἀγάπην καὶ εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ ὑπομονήν; ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν οἱ τὸ πνεῦμα καταδουλούμενοι. εἴτε γὰρ [c]περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ λόγος, πάντως ἂν εἴρητο· ὁ δὲ κύριος ὑμᾶς κατευθύναι εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην, εἴτε [d]περὶ τοῦ υἱοῦ, προσέκειτο ἄν· εἰς τὴν ἑαυτοῦ ὑπομονήν. ζητείτωσαν οὖν τί ἐστιν ἄλλο πρόσωπον, ὃ τῇ προσηγορίᾳ τοῦ κυρίου τιμᾶσθαι ἄξιον. παραπλήσιον δὲ [e]τούτῳ καὶ τὸ ἑτέρωθι κείμενον, τὸ ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς, εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ[2]). ποῖον κύριον εὔχεται ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἀμέμπτους τὰς καρδίας ἐστηριγμένας ἐν ἁγιωσύνῃ τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ πιστῶν στηρίξαι; ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν οἱ μετὰ τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων τῶν πρὸς διακονίαν ἀποστελλομένων τὸ ἅγιον πνεῦμα τιθέντες. ἀλλ' οὐκ ἔχουσι. διόπερ ἀκουέτωσαν καὶ ἑτέρας μαρτυρίας διαῤῥήδην καὶ αὐτῆς κυριολογούσης τὸ πνεῦμα. ὁ δὲ κύριος, φησί, τὸ πνεῦμά ἐστι, καὶ πάλιν· καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος[3]). ὥστε δὲ [f]μηδεμίαν ἀντιλογίας ἀφορμὴν καταλιπεῖν, αὐτὴν παραθήσομαι τοῦ ἀποστόλου τὴν λέξιν· ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. ὅταν δὲ ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, [g]περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι[4]). τί τοῦτο λέγων; ὅτι ὁ ψιλῇ τῇ διανοίᾳ τοῦ γράμματος προσκαθήμενος καὶ αὐτοῦ που περὶ τὰ νομικὰ παρατηρήματα διατρίβων οἷόν τινι παραπετάσματι τῇ Ἰουδαϊκῇ τοῦ γράμματος ἐκδοχῇ τὴν καρδίαν ἑαυ-

1) 2. Thess. 3, 5. 2) 1. Thess. 3, 12. 13. 3) 2. Cor. 3, 17. 18. 4) 2. Cor. 3, 14. 16. 17.

a. τῷ ἀποστόλῳ. Addunt editi ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρᾳ, sed haec nullo prorsus in codice ms. leguntur.

b. ὑπὲρ τῶν θλίψεων. Fatendum est haec verba in sacro contextu non legi et in tribus huius libri mss. codicibus de-

turpiter parare victoriam, cum liceat illustriorum appositione gloriae excellentiam, cui contradici non possit, demonstrare? Quod si proferemus ea, quae nos Scriptura docuit, forsitan magno vehementique clamore vociferabuntur, et auribus obturatis Pneumatomachi, tollentes lapides aut quicquid forte occurrerit in arma quisque vertentes, in nos irruent. Sed non est nobis incolumitas antepouenda veritati. Invenimus igitur apud Apostolum: *Dominus autem dirigat corda vestra in dilectionem Dei et in patientiam Christi* pro tribulationibus. Quis est Dominus dirigens in dilectionem Dei et in patientiam Christi pro tribulationibus? Respondeant nobis qui Spiritum in servitutem adigunt. Sive enim de Deo et Patre fuisset sermo, omnino dixisset: *Dominus vos dirigat in dilectionem sui*, sive de Filio, addidisset *in suam ipsius patientiam*. Quaerant igitur quaenam sit alia persona, quam Domini vocabulo deceat honorari. Huic affine est et illud, quod alibi positum est: *Dominus vos impleat et abundare faciat caritate in vos invicem et in omnes, quemadmoduu et nos in vos, ad confirmandum corda vestra irreprehensibilia in sanctificatione coram Deo et patre nostro in adventu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis suis.* Quem Dominum precatur coram Deo et Patre nostro in adventu Domini nostri irreprehensibilia fidelium Thessalonicensium corda confirmata in sanctitate constabilire? Respondeant nobis qui cum ministratoriis spiritibus, qui mittuntur ad ministerium, collocant Spiritum sanctum. At non habent quod respondeant: Quapropter audiant et aliud testimonium evidenter Spiritum sanctum appellans Dominum. *Dominus*, inquit, *Spiritus est*, et rursum: *Tanquam a Domino Spiritu.* Ne vero ulla relinquatur occasio contradicendi, ipsa Apostoli verba proferam in medium: *Usque ad hodiernum enim diem idem velamen in lectione veteris Testamenti manet, non revelatum quod in Christo abrogatur. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, tolletur velamen. Dominus autem Spiritus est.* Cur hoc dicit? Quoniam qui nudo intellectui litterae assidet et illic circa legales observationes occupatus est, Iudaica litterae interpretatione quasi T. III. p. 44.

esse. Quinetiam in Regio quinto non occurrunt nisi secunda manu. Sed tamen cum paulo post a Basilio repetantur ut e sacro contextu desumta, nolim ea delere; ac verisimilius est ex codicibus, in quibus desunt, ob eam causam fuisse sublata, quia non legebantur apud Apostolum, quam sine causa in alios codices, in quibus occurrunt, iniecta.

c. *περὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.* Ita mss. tres, melius quam in editis *περὶ τοῦ θεοῦ πατρὸς καὶ ὁ.*

d. *περί τοῦ υἱοῦ.* Duo codices *περὶ τοῦ Χριστοῦ.*

e. *τούτῳ* etc. Editi *τοῦτο καὶ τὸ ἐν ἑτέρωθι*, quod trium mss. ope emendavimus Mox Regius secundus *περισσεύσαι ἐν ἀγάπῃ*, et paulo post *τὰς καρδίας ἀμέμπτως ἐν ἁγιασμῷ.*

f. *μηδεμίαν.* Ita mss. tres, pro eo quod erat in editis *μηδεμιᾶς.*

g. *περιαιρεῖται.* Reg. secundus *περιελεῖται.* Nec multo post idem cod. *νομικὰ διατηρήματα.*

T. III. p. 44. τοῦ σύγκεκάλυπται, καὶ τοῦτο πάσχει παρὰ τὸ ἀγνοεῖν ὅτι ἡ σωματικὴ τοῦ νόμου τήρησις [a]ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Χριστοῦ καταργεῖται, τῶν τύπων λοιπὸν μεταληφθέντων εἰς τὴν ἀλήθειαν. ἀργοῦσι γὰρ λύχνοι τῇ τοῦ ἡλίου παρουσίᾳ, καὶ σχολάζει ὁ νόμος καὶ [b]προφῆτεῖαι κατασιγάζονται τῆς ἀληθείας ἀναφαινείσης. ὁ μέντοι

T. III. p. 45. συνηθὲς ἐπὶ τὸ βάθος διακύψαι τῆς νομικῆς ἐννοίας καὶ τὴν ἐκ τοῦ γράμματος ἀσάφειαν οἷόν τι καταπέτασμα διασχὼν εἴσω γενέσθαι τῶν ἀποῤῥήτων, οὗτος ἐμιμήσατο τὸν Μωϋσῆν ἐκ τῷ διαλέγεσθαι τῷ Θεῷ περιαιροῦντα τὸ κάλυμμα [1]), ἐπιστρέφων καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ γράμματος [a]πρὸς τὸ πνεῦμα, ὥστε ἀναλογεῖν τῷ μὲν ἐπὶ τοῦ προσώπου Μωϋσέως καλύμματι τὴν τῶν νομικῶν διδαγμάτων ἀσάφειαν, τῇ δὲ ἐπιστροφῇ τῇ πρὸς τὸν κύριον τὴν πνευματικὴν θεωρίαν. ὁ οὖν ἐν τῇ ἀναγνώσει τοῦ νόμου περιελὼν τὸ γράμμα ἐπιστρέφει πρὸς τὸν κύριον (ὁ δὲ κύριος νῦν τὸ πνεῦμα λέγεται), καὶ ὅμοιος γίνεται Μωϋσεῖ ἐκ τῆς ἐπιφανείας τοῦ θεοῦ τὸ πρόσωπον δεδοξασμένον ἔχοντι. ὡς γὰρ τὰ τοῖς ἀνθηροῖς χρώμασι παρακείμενα ἐκ τῆς περιῤῥεούσης αὐγῆς καὶ αὐτὰ [a]καταχρώννυται, οὕτως ὁ ἐναργῶς ἐνατενίσας τῷ πνεύματι ἐκ τῆς ἐκείνου δόξης μεταμορφοῦταί πως πρὸς τὸ φανότερον, οἷόν τινι φωτὶ τῇ ἐκ τοῦ πνεύματος ἀληθείᾳ τὴν καρδίαν [a]καταλαμπόμενος. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ μεταμορφοῦσθαι ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ πνεύματος εἰς τὴν οἰκείαν δόξαν [2]), οὐ μικρολόγως οὐδὲ ἀμυδρῶς, ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον ἐστὶν εἰκὸς τὸν ἀπὸ τοῦ πνεύματος φωτιζόμενον. οὐ δυσωπῇ, ἄνθρωπε, τὸν ἀπόστολον λέγοντα, ὅτι ναὸς θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν [3]); ἆρα τὸ δουλικὸν οἰκητήριον κατεδέξατο ἄν ποτε τῇ τοῦ ναοῦ προσηγορίᾳ τιμῆσαι; τί δὲ ὁ θεόπνευστον τὴν γραφὴν ὀνομάζων [4]) διὰ τῆς ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου πνεύματος συγγραφεῖσαν μὴ τοῖς τοῦ καθυβρίζοντος καὶ κατασμικρύνοντος αὐτὸ προσρήμασι [a]κέχρηται;

Σύστασις τῆς κατὰ τὴν φύσιν κοινωνίας τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ ὁμοίως εἶναι πατρὶ καὶ υἱῷ πρὸς θεωρίαν δυσέφικτον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Οὐ μόνον δὲ ἐξ ὧν τὰς αὐτὰς προσηγορίας ἔχει καὶ [a]κοινωνόν ἐστι τῶν ἐνεργειῶν πατρὶ καὶ υἱῷ, τὸ ὑπερέχον αὐτοῦ τῆς φύσεως

1) Exod. 34, 34. 2) 2. Cor. 3, 18. 3) 1. Cor. 3, 16. 4) 2. Tim. 3, 16.

a. ἐν τῇ ἐπιδημίᾳ. Ed. ἐπὶ τῇ ἐπιδημίᾳ κατήργηται . . . οἱ λύχνοι. Libri veteres ut in textu.

b. προφητεῖαι. Haec scriptura in duo-

velo tectum habet cor; atque id illi accidit, eo quod ignoret corporalem legis observationem in adventu Christi abolitam esse, iam figuris ad veritatem translatis. Sunt enim supervacaneae lucernae solis adventu, et cessat lex et prophetiae silent, simul ut illuxit veritas. At qui potuit ad profunda legalis sensus penetrare ac discussa legis obscuritate ceu velamento introire ad arcana, hic Mosen imitatus est velamen dum loquitur cum Deo tollentem, ipse se etiam convertens a littera ad spiritum. Quare velamini, quod impositum est super faciem Mosi, respondet legalium documentorum obscuritas, conversioni autem ad Dominum respondet spiritualis intelligentia. Ergo qui in lectione legis affert litteram, convertit sese ad Dominum (Dominus autem nunc Spiritus dicitur), ac similis redditur Mosi ex apparitione Dei faciem glorificatam habenti. Sicut enim quae iuxta floridos colores posita sunt, e splendore promanante colorantur et ipsa; sic qui evidenter intendit oculos in Spiritum, ex illius gloria quodammodo transformatur ut fiat illustrior, dum veritate a Spiritu promanante ceu luce quadam corde illuminatur. Et hoc est transformari a gloria Spiritus ad propriam gloriam, haud parce neque tenuiter, sed in tantum, quantum par est illustrari eum, qui a Spiritu illuminatur. Non vereris, o homo, Apostolum dicentem: *Templum Dei estis, et Spiritus Dei habitat in vobis*? Num potuisset unquam servile domicilium appellatione templi honorare? Quid qui Scripturam divinitus inspiratam appellat, eo quod afflata Spiritus scripta sit, num contumeliosis et Spiritum attenuantibus verbis utitur? T. III. p. 44. T. III. p. 45.

Confirmatio naturalis communionis Spiritus eo quod aeque ac Pater et Filius incomprehensibilis est.

CAPUT XXII.

53. Non solum autem ex hoc quod easdem habet appellationes et in operationibus consors est Patri et Filio, dilucet naturae illius

bus tantum legitur codicibus mss. et in alio quodam secunda manu, sed tamen eam cum Combefisio praetulimus vulgatae *προφῆται*, ut verbis Apostoli, ad quae respicit Basilius, magis congruentem.

c. *πρὸς τό*. Sic mss. Editi *ἐπὶ τό*.

d. *καταχρώννυται*. Ita codices antiquiores. Alii et editi *καταχρώννυνται*.

e. *κέχρηται*. Ita libri veteres. Editi *χρῆται*.

f. *κοινωνόν*. Ita mss. non pauci. Editi *κοινόν*.

T. III. p. 45. γνώριμον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ὁμοίως ἐστὶ πρὸς θεωρίαν δυσέφικτον. ἃ γὰρ περὶ τοῦ πατρός φησιν ὡς ἐπέκεινα ὄντος ἀνθρωπίνης ἐννοίας, καὶ ἃ περὶ τοῦ υἱοῦ, ταὐτὰ ὁ κύριος καὶ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγει· πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω[1]), τὸν κόσμον [a]λέγων νῦν οὐχὶ τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς σύστημα, ἀλλὰ τὴν ἐπίκηρον ταύτην καὶ μυρίαις μεταβολαῖς ὑποκειμένην ζωήν. καὶ περὶ ἑαυτοῦ διαλεγόμενος, ἔτι μικρόν, φησί, καὶ ὁ κόσμος με οὐκέτι [b]θεωρεῖ, ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με[2]), πάλιν ἐνταῦθα τοὺς τῇ ὑλικῇ καὶ σαρκικῇ προσδεδεμένους ζωῇ καὶ μόνοις ὀφθαλμοῖς τὴν ἀλήθειαν ἐπιτρέποντας κόσμον προσαγορεύων, οἳ τῇ ἀπιστίᾳ τῆς ἀναστάσεως οὐκέτι ἔμελλον τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς καρδίας τὸν κύριον ἡμῶν ὄψεσθαι. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ πνεύματος εἶπε. τὸ πνεῦμα, φησί, τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν,
T. III. p. 46. ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ οὐδὲ γινώσκει αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτό, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει[3]). ὁ μὲν γὰρ [c]σάρκινος ἄνθρωπος ἀγύμναστον ἔχων πρὸς θεωρίαν τὸν νοῦν, μᾶλλον δὲ ὅλον ὥσπερ ἐν βορβόρῳ τῷ φρονήματι τῆς σαρκὸς κατορωρυγμένον [d]φέρων, ἀδυνατεῖ πρὸς τὸ πνευματικὸν φῶς τῆς ἀληθείας ἀναβλέψαι. διὸ ὁ κόσμος, τουτέστιν ἡ τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς δεδουλωμένη ζωή, οἷον ὀφθαλμὸς ἀσθενὴς φῶς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τὴν τοῦ πνεύματος χάριν οὐχ ὑποδέχεται. τοῖς μέντοι μαθηταῖς [e]ἑαυτοῦ καθαρότητα ζωῆς ἐκ τῶν διδαγμάτων αὐτοῦ μαρτυρήσας ὁ κύριος τὸ καὶ ἐποπτικοῖς ἤδη εἶναι καὶ θεωρητικοῖς τοῦ πνεύματος ἀποδίδωσιν. ἤδη γάρ, φησίν, ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν[4]). ὅθεν ὁ μὲν κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν, οὐ γὰρ θεωρεῖ αὐτό· ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτό, ὅτι παρ' ὑμῖν μένει[3]). ταὐτὰ λέγει καὶ Ἡσαΐας· ὁ στερεώσας τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, [f]καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν[5]). οἱ γὰρ καταπατοῦντες τὰ γήϊνα καὶ ὑπεράνω αὐτῶν γενόμενοι ἄξιοι τῆς δωρεᾶς τοῦ ἁγίου πνεύματος μεμαρτύρηνται. τὸ οὖν ἀχώρητον μὲν τῷ κόσμῳ, τοῖς ἁγίοις δὲ μόνοις διὰ καθαρότητα τῆς καρδίας θεωρητόν, τί χρὴ νομίζεσθαι [g]ἢ ποταπὰς τιμὰς συμμέτρους ὑπάρχειν αὐτῷ;

1) Ioan. 17, 25. 2) Ioan. 14, 19. 3) Ioan. 14, 17. 4) Ioan. 15, 3. 5) Es. 42, 5.

a. *λέγων*. Editi addunt *ὁ υἱός*, sed haec veteres libri non habent.

b. *θεωρεῖ*. Combefisius reddendum putat *videbit*, et paulo post *videbitis*.

excellentia, verum etiam ex eo quod pariter incomprehensibilis est intellectu. Quae enim de Patre loquitur, quod sit supra cogitationem humanam, quaeque de Filio, eadem Dominus et de Spiritu sancto dicit: *Pater iuste, et mundus te non cognovit*; mundum appellans hic non globum e caelo et terra constantem, sed caducam hanc innumerisque mutationibus obnoxiam vitam. Ac de se ipso loquens, *Adhuc modicum*, inquit, *et mundus me iam non videt, vos autem videtis me*, rursus hic eos, qui materiali carnalique vita devincti sunt et oculis tantum expendunt veritatem, mundum appellans, qui non amplius oculis cordis visuri erant Dominum nostrum, eo quod resurrectionem non crederent. Haec autem eadem dixit et de Spiritu. *Spiritum*, inquit, *veritatis, quem mundus non potest accipere, quod non videat illum, neque cognoscat eum; vos autem cognoscitis illum, quod apud vos manet.* Carnalis siquidem homo mentem habens ad contemplationem haud exercitatam, imo vero totam in affectu carnis velut in coeno defossam gerens, non potest ad spirituale lumen veritatis attollere oculos. Quapropter mundus, hoc est carnis cupiditatibus addicta vita, velut oculus imbecillis non ferens radii solaris lumen Spiritus gratiam non recipit. At Dominus cum hoc discipulis testimonium dedisset, quod mundae essent vitae ob doctrinam ipsius, dat etiam, ut iam ad speculationem contemplationemque Spiritus sint idonei. *Iam*, inquit, *vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Unde mundus quidem non potest illum accipere, quandoquidem non videt illum; vos autem novistis eum, quoniam apud vos manet.* Eadem dicit et Esaias: *Qui stabilivit terram et quae in ea sunt, deditque spirationem populo, qui est super illam, et Spiritum calcantibus eam.* Nam qui conculcant terrena iisque superiores evaserunt, digni praedicati sunt dono Spiritus sancti. Quem ergo mundus capere non potest, quique a solis sanctis per cordis puritatem videri potest, qualem esse existimandum est, aut quales illi honores competere?

T. III. p. 45.

T. III. p. 46.

c. *σάρκινος*. Ita mss. codices. Editi *σαρκικός*.

d. *φέρων*. Reg. primus *ἔχων*. Ibidem quatuor mss. *ἀδύνατος πρός*. Nihil tamen mutandum videtur.

e. *ἑαυτοῦ*. Ita nostri codices mss. Editi *αὐτοῦ*. Paulo post editi *διδαγμάτων ἑαυτοῦ*, quinque mss. *αὐτοῦ*. Ibidem Regius quartus *διαταγμάτων*.

f. *καὶ διδούς*. Tres codices *καὶ δούς*. Mox totidem *παντὶ τῷ λαῷ*.

g. *ἢ ποταπάς* Corrupte in editis *ἢ τὰς παντοδαπάς*, quod ope sex codicum emendavimus, quorum tamen nonnulli habent *τὰς ποδαπάς*.

T. III. p. 46. *Ὅτι δοξολογία πνεύματός ἐστιν ἡ τῶν προσόντων αὐτῷ ἀπαρίθμησις.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

[a]Τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἑκάστη δυνάμεων ἐν περιγραπτῷ τόπῳ τυγχάνειν πεπίστευται, ὁ γὰρ τῷ Κορνηλίῳ ἐπιστὰς ἄγγελος οὐκ ἦν ἐν ταὐτῷ καὶ παρὰ τῷ Φιλίππῳ[1]), οὐδὲ ὁ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου τῷ Ζαχαρίᾳ διαλεγόμενος[2]) κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ ἐν οὐρανῷ τὴν οἰκείαν στάσιν ἐπλήρου· τὸ μέντοι πνεῦμα ὁμοῦ τε ἐν Ἀββακοὺμ ἐνεργεῖν καὶ ἐν Δανιὴλ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας πεπίστευται[3]), καὶ ἐν τῷ καταῤῥάκτῃ [b]εἶναι μετὰ Ἱερεμίου[4]) καὶ μετὰ Ἰεζεκιὴλ ἐπὶ τοῦ Χοβάρ[5]). πνεῦμα γὰρ κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην[6]). καὶ ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω[7]); καὶ ὁ προφήτης· διότι [c]ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, λέγει κύριος, καὶ τὸ πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν[8]). τὸ δὲ πανταχοῦ ὂν καὶ θεῷ συμπαρὸν τῆς ποίας προσήκει νομίζειν φύσεως; τῆς πάντα περιεχούσης, [d]ἢ τῆς μεριστοῖς ἐμπεριειλημμένης χωρίοις, ὁποίαν τὴν τῶν ἀγγέλων ὁ λόγος ἔδειξεν; ἀλλ' οὐκ ἄν τις εἴποι. τὸ οὖν θεῖον τῇ φύσει, τὸ ἀχώρητον τῷ μεγέθει, τὸ δυνατὸν ἐν ταῖς ἐνεργείαις, τὸ ἀγαθὸν ἐν ταῖς εὐεργεσίαις μὴ [e]ὑπερυψώσομεν; μὴ δοξάσομεν; ἐγὼ δὲ [f]οὐδὲ ἄλλο τι τὴν δόξαν τίθεμαι ἢ τῶν πρόσοντων αὐτῷ θαυμάτων τὴν

T. III. p. 47. *ἐξαρίθμησιν. ὥστε ἢ οὐδὲ μεμνῆσθαι ἡμᾶς τῶν παρ' αὐτοῦ ἀγαθῶν ἐπιτάξουσιν οὗτοι, ἢ πάντως [g]τῶν προσόντων διέξοδος τῆς μεγίστης δοξολογίας ἐστὶ πλήρωσις. οὐδὲ γὰρ τὸν θεὸν καὶ πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ἄλλως δοξάζειν ἔχομεν ἢ τῷ κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν δεξιέναι αὐτοῦ τὰ θαύματα.*

1) Act. 10, 3; 8, 26. 2) Luc. 1, 11. 3) Bel et Draco 34. (Dan. 14, 33. Vulg.) 4) Ierem. 20, 2. 5) Ezech. 1, 1. 6) Sap. 1, 7. 7) Ps. 139 [138. LXX.], 7. 8) Agg. 2, 4. 5.

Spiritus glorificationem esse enumerationem eorum, quae illi adsunt.

T. III. p. 46.

CAPUT XXIII.

54. Et reliquae quidem virtutes singulae in loco circumscripto esse creduntur. Nam angelus, qui adstabat Cornelio, non in eodem momento adstabat et Philippo, neque qui loquutus est Zachariae ab altari, per idem tempus etiam in caelo suam implebat stationem. At Spiritus creditur simul et in Abacuch et in Daniele in Babylonia operari, et cum Hieremia in catarrhacta, et cum Ezechiele super Chobar versari. *Spiritus* enim *Domini replevit orbem terrarum.* Et *Quo ibo a Spiritu tuo, et a facie tua quo fugiam?* Et Prophetа: *Quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus, et Spiritus meus stat in medio vestri.* Eum vero, qui ubique est ac una cum Deo adest, cuius esse naturae credere oportet? utrum omnia complectentis, an particularibus arctatae locis, qualem esse naturam angelorum patet ex dictis? Verum hoc dixerit nemo. Igitur qui natura divinus est, qui magnitudine incomprehensus, qui potens in operationibus, qui bonus in beneficentiis, hunc non supra modum efferemus, non supra modum glorificabimus? Ego vero nihil aliud intelligo gloriam, quam enumerationem mirabilium, quae illi adsunt. Itaque aut isti interdicent nobis ne prorsus mentionem faciamus bonorum, quae ab illo T. III. p. 47. accipimus, aut omnino ea, quae illi adsunt, commemorasse est summam glorificationem implesse. Nam ne Deum quidem et Patrem Domini nostri Iesu Christi et unigenitum illius Filium aliter glorificare possumus, quam pro virili nostra illius prodigia recensendo.

a. *τῶν μὲν οὖν.* Caput vigesimum tertium, quod in editis incipit ad verba *ἐγὼ δὲ οὐδὲ ἄλλο,* hic apponendum censuimus, cum plures mss. codices tum etiam ipsam sermonis seriem et continuationem sequuti. Liquet enim hic Basilium ad aliud argumentum transire.

b. *εἶναι.* Editi *εἴρηται εἶναι.* Prima vox inutilis nec legitur in codicibus mss.

c. *ἐγώ.* Editio Paris. addit *φησί,* quod in veteribus libris non legitur, nec in edit. Basil.

d. *ἢ τῆς μερικοῖς... εἶποι.* Sic nostri codices mss. Editi *τοῖς μερικοῖς... εἴπῃ.*

e. *ὑπερυψώσομεν.* Duo mss. *ὑπερυψώσωμεν; μὴ δοξάσωμεν;* Non male in codice Anglicano *μὴ ὑπερδοξάσομεν;*

f. *οὐδὲ ἄλλο.* Reg. secundus *οὐδὲν ἄλλο.*

T. III. p. 47. **Ἔλεγχος τῆς ἀτοπίας τῶν μὴ δοξαζόντων τὸ πνεῦμα ἐκ τῆς πρὸς τὰ ἐν τῇ κτίσει δοξαστὰ παραθέσεως.**

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Εἶτα δόξῃ μὲν καὶ τιμῇ ἐστεφάνωται ὁ [a]*κοινὸς ἄνθρωπος, καὶ δόξα καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη* [b]*παντὶ τῷ ποιοῦντι τὸ ἀγαθὸν ἐν ἐπαγγελίαις ἀπόκειται*[1]*· ἔστι δέ τις καὶ ἰδίως τοῦ Ἰσραὴλ δόξα, ὧν ἡ υἱοθεσία, φησί, καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ λατρεία*[2]*), καὶ ἑαυτοῦ τινα δόξαν ὁ ψαλμῳδὸς λέγει· ὅταν ψάλῃ σοι ἡ δόξα μου*[3]*), καὶ πάλιν· ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου*[4]*), [c]ἔστι δέ τις δόξα ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων*[5]*), κατὰ δὲ τὸν ἀπόστολον καὶ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως διὰ δόξης*[6]*). τοσούτων οὖν δοξαζομένων τὸ πνεῦμα μόνον τῶν πάντων ἀδόξαστον εἶναι βούλει; καίτοιγε ἡ διακονία τοῦ πνεύματος, φησίν, ἔστιν ἐν δόξῃ*[7]*). πῶς οὖν αὐτὸ ἀνάξιον* [d]*τοῦ δοξάζεσθαι; καὶ μεγάλη μὲν ἡ δόξα τοῦ δικαίου κατὰ τὸν ψαλμῳδόν*[8]*), δόξα δὲ τοῦ πνεύματος κατὰ σὲ οὐδεμία. πῶς οὖν οὐ πρόδηλος ὁ κίνδυνος ἐκ τῶν τοιούτων λόγων τὴν ἄφυκτον ἁμαρτίαν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπᾶσθαι; [e]εἰ ὁ σωζόμενος ἐκ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων ἄνθρωπος καὶ τοὺς φοβουμένους τὸν κύριον δοξάζει, τοσούτου ἂν δέοι τὸ πνεῦμα τῆς ὀφειλομένης δόξης ἀποστερεῖν. ἔστω, [f]φησί, δοξαστόν, ἀλλ' οὐχὶ μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ. καὶ τίνα ἔχει λόγον ἑτέραν χώραν ἐπινοεῖν τῷ πνεύματι τὴν παρὰ τοῦ κυρίου τεταγμένην καταλιπόντας, καὶ τῆς κατὰ τὴν δόξαν κοινωνίας ἀποστερεῖν τὸ πανταχοῦ* [g]*συναναληφθὲν τῇ θεότητι, ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως, ἐν τῷ βαπτίσματι τῆς ἀπολυτρώσεως, ἐν τῇ ἐνεργείᾳ τῶν δυνάμεων, ἐν τῇ ἐνοικήσει τῶν ἁγίων, ἐν ταῖς εἰς τὸ ὑπήκοον χάρισιν; οὐδὲ γάρ ἐστιν ὅλως δωρεά τις ἄνευ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τὴν κτίσιν ἀφικνουμένη· ὅπου γε οὐδὲ ῥῆμα ψιλὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀπολογίαις δυνατὸν λαλῆσαι μὴ συνεργουμένους παρὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἐν εὐαγγελίοις παρὰ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν μεμαθήκαμεν*[9]*). ἅπαντα δὲ*

1) Rom. 2, 10. 2) Rom. 9, 4. 3) Ps. 30 [29. LXX.], 13. 4) Ps. 57 [56. LXX.], 9. 5) 1. Cor. 15, 41. 6) 2. Cor. 3, 9. 7) 2. Cor. 3, 8. 8) Ps. 21 [20. LXX.], 6. 9) Matth. 10, 19. 20.

a. *κοινὸς ἄνθρωπος. Quilibet homo.* Vituperat Erasmum Combefisius ob hanc interpretationem, ac vertendum putat *communis homo, purus homo.* Verum haec interpretatio *quilibet homo* non est Erasmi, qui reddiderat *plebeius homo*, sed Ducaei, qui Billii observationem sequutus ita posuit in editione Parisiensi. Non belle autem vituperatur haec interpretatio; nam *κοινὸς ἄνθρωπος* hoc loco dicitur is, in quo sola natura consideratur humana, et distinguitur ab eo, qui facit bonum. Similiter Basilius in caput quintum Esaiae pag. 498. *κοινὸν ἄνθρωπον* vocat eum, qui solis naturae dotibus instructus est, eumque opponit iis, qui aliquos habent

Redargutio absurditatis eorum, qui non glorificant Spiritum, ex collatione eorum, quae in creaturis gloria afficiuntur. T. III. p. 47.

CAPUT XXIV.

55. Deinde vero gloria et honore coronatus est quilibet homo, et gloria et honor et pax cuivis facienti bonum in promissis reposita sunt. Est autem et peculiaris quaedam Israelitici populi gloria, quorum, inquit, est adoptio et gloria et cultura; et suam ipsius gloriam quandam commemorat psalmorum cantor: *Dum cantaverit tibi gloria mea*, et rursus: *Exsurge gloria mea*. Est autem quaedam gloria solis, lunae, et stellarum, ac iuxta Apostolum fit etiam administratio damnationis cum gloria. Itaque cum tam multa sint, quae gloria potiuntur, vis Spiritum unum ex omnibus inglorium esse? Et tamen *Ministratio*, inquit, *Spiritus est in gloria*. Qui fit igitur ut ille indignus sit qui glorificetur? Et magna quidem est gloria iusti iuxta Psalmorum cantorem, at gloria Spiritus iuxta tuam opinionem nulla est. An non igitur evidens periculum est, ne talibus dictis inevitabile crimen in nosmet ipsos accersamus? Si homo, qui salvus fit ex operibus iustitiae, etiam timentes Dominum glorificat, multo minus Spiritum debita gloria fraudabit. Sit, inquiunt, glorificandus, sed non cum Patre et Filio. Et qui consentaneum est rationi alium locum imaginatione designare Spiritui, eo relicto, quem statuit Dominus, et gloriae consortio spoliare eum, qui ubique coniunctus est divinitati, in professione fidei, in baptismate redemtionis, in operatione virtutum, in inhabitatione sanctorum, in beneficiis in subditos conferendis? Neque enim est ullum omnino donum absque sancto Spiritu ad creaturam perveniens, quando ne simplex quidem verbum in defensionibus pro Christo quis possit dicere nisi adiuvante Spiritu, quemadmodum in Evangeliis a Domino et servatore nostro didicimus. Porro ut his omnibus neglectis atque ea communione, quam in omni-

in virtute progressus.

b. *παντί*. Editi *παντὶ τῷ ἀνθρώπῳ* contra codicum mss. fidem. Paulo post Reg. quartus *ὅπως ἂν ψάλῃ*. Quidam codices *ψάλλῃ*.

c. *ἔστι δέ τις*. Postrema vocula addita ex duobus mss.

d. *τοῦ δοξάζεσθαι*. Post hanc vocem editi addunt *τίθεσθε*, quod deest in mss. Requiruntur pariter in veteribus libris duo Psalmorum loca, quorum unum saltem videtur in animo habuisse Basilius, at neutrum citasse. Nimirum post voces *κατὰ τὸν ψαλμῳδόν* addunt editi: *μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου* [21 (20. LXX.), 6]. *καὶ πάλιν· τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν κύριον δοξάζει* [15 (14. LXX.), 4]. *Magna est gloria eius in salutari tuo*, et rursus: *Timentes autem Dominum glorificat*.

e. *εἰ δ*. Haec desunt in quinque mss., at leguntur in Reg. secundo. Editi *ὡς δ γε*. Paulo post coniunctio addita ex sex mss. ante *τοὺς φοβουμένους*.

f. *φησί*. Regius secundus *φασί*.

g. *συναναληφθέν*. Sic mss. quinque. Legitur *συμπαραληφθέν* in editione Parisiensi. Aliae cum mss. consentiunt.

T. III. p. 47. ταῦτα παριδόντας καὶ τῆς ἐν πᾶσι κοινωνίας ἐπιλαθομένους ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ διασπᾷν, οὐκ οἶδα εἴ τις μέτοχος πνεύματος ἁγίου συνθήσεται. ποῦ τοίνυν φέροντες αὐτὸ τάξομεν; μετὰ τῆς κτίσεως; ἀλλ' ἡ κτίσις πᾶσα δουλεύει, τὸ δὲ πνεῦμα ἐλευθεροῖ, οὗ T. III. p. 48. γὰρ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία[1]). καὶ πολλῶν ἐνόντων εἰπεῖν ὅπως οὐ προσήκει τῇ κτιστῇ φύσει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον συγκαταριθμεῖν, τὸν περὶ [a]τούτων νῦν ὑπερθήσομαι λόγον. εἰ γὰρ μέλλοιμεν πρὸς ἀξίαν τοῦ προβλήματος τάς τε παρ' ἑαυτῶν κατασκευὰς ἐπάγειν καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐναντίων προβαλλόμενα διαλύειν, πολλῶν ἡμῖν δεήσει λόγων, καὶ [b]ἀποκναισαιμεν τῇ πολυφωνίᾳ τῆς βίβλου τοὺς ἐντυγχάνοντας. διόπερ ἰδίᾳ πραγματείᾳ ἐκεῖνο ταμιευσάμενοι τῶν προκειμένων ἐχώμεθα.

Σκεψώμεθα οὖν τὰ καθέκαστον. φύσει ἐστὶν ἀγαθόν, ὡς ἀγαθὸς ὁ πατὴρ καὶ ἀγαθὸς ὁ υἱός, ἡ κτίσις δὲ ἐν τῇ ἐκλογῇ τοῦ ἀγαθοῦ μέτοχός ἐστι τῆς ἀγαθότητος. οἶδε τὰ βάθη [c]τοῦ θεοῦ, ἡ κτίσις δὲ λαμβάνει τὴν φανέρωσιν τῶν ἀπορρήτων διὰ τοῦ πνεύματος. ζωοποιεῖ μετὰ τοῦ θεοῦ τοῦ τὰ πάντα [d]ζωογονοῦντος, μετὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ διδόντος ζωήν. ὁ γὰρ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει, φησί, καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν σώματα διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ὑμῖν[2]), καὶ πάλιν· τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς[3]). ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα, φησί, ζωοποιεῖ[4]), καὶ πάλιν· τὸ δὲ πνεῦμα, φησί, ζωὴ διὰ [e]δικαιοσύνην[5]). καὶ ὁ κύριος μαρτυρεῖ τὸ πνεῦμα εἶναι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν[6]). πῶς οὖν τῆς ζωοποιοῦ δυνάμεως ἀποξενώσαντες τὸ πνεῦμα τῇ ἐπιδεομένῃ τῆς ζωῆς φύσει προσοικειώσομεν; τίς οὕτω δύσερις, τίς οὕτω δωρεᾶς ἐπουρανίου ἀμέτοχος καὶ τῶν καλῶν τοῦ θεοῦ ῥημάτων ἄγευστος, τίς οὕτως ἐλπίδων [f]αἰωνίων ἄμοιρος, ὡς τῇ κτίσει συντάξαι τὸ πνεῦμα τῆς θεότητος ἀποστήσας;

Ἐν ἡμῖν, φησί, τὸ πνεῦμα ὡς δῶρόν ἐστι παρὰ τοῦ θεοῦ. οὐ δήπου δὲ τὸ δῶρον ταῖς ἴσαις τιμαῖς τῷ δεδωκότι σεμνύνεται. δῶρον μὲν οὖν θεοῦ τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ δῶρον ζωῆς, ὁ γὰρ νόμος, φησί, τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς [g]ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς[7]), καὶ δῶρον δυνάμεως, λήψεσθε γὰρ δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς[8]). ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο εὐκαταφρόνητον; ἢ οὐχὶ καὶ τὸν

1) 2. Cor. 3, 17. 2) Rom. 8, 11. 3) Ioan. 10, 27. 4) 2. Cor. 3, 6. 5) Rom. 8, 10. 6) Ioan. 6, 63. 7) Rom. 8, 2. 8) Act. 1, 8.

a. *τούτων νῦν*. Vocula addita ex Reg. secundo.

b. *ἀποκναίσαιμεν*. Ita cod. Colbert. et editio Basil. Legitur in Paris. editione *ἀποκναισομεν*. Paulo post iidem editi *ἐκεῖνα*. Libri veteres *ἐκεῖνο*.

c. *τοῦ θεοῦ*. Editio Paris. addit *τὸ πνεῦμα*, quod deest in quinque mss. et edit. Basil.

d. *ζωογονοῦντος μετά*. Ita sex mss.

bus habet, oblivioni tradita a Patre et Filio ipsum avellamus, nescio an quisquam sancti Spiritus particeps assensurus sit. In quo igitur ordine illum collocabimus? creaturarum? At universa creatura servit, Spiritus autem liberum reddit; *Ubi* enim *Spiritus Domini, ibi libertas.* Atque cum multa sint, quae possim hic commemorare, quam non conveniat Spiritum sanctum annumerare rebus creatis, de his dicere nunc supersedebo. Nam si incipiam pro argumenti dignitate et quae pro nobis faciunt probationes adducere, et quae ab adversariis obiiciuntur diluere, prolixo sermone erit opus, loquacitateque voluminis deterrebimus lectores. Idcirco hoc alteri proprio tractatui reservato propositis adhaereamus. T. III. p. 47. T. III. p. 48.

56. Consideremus igitur singulatim. Natura bonus est, ut bonus pater et bonus Filius, creatura vero per electionem eius, quod bonum est, particeps est bonitatis. Profunda Dei novit, sed creatura per Spiritum accipit arcanorum reserationem. Vivificat cum Deo, qui vivificat omnia, cum Filio, qui dat vitam. *Qui* enim *excitavit,* inquit, *Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per ipsius Spiritum, qui inhabitat in vobis*; atque iterum: *Oves meae vocem meam audiunt, et ego vitam aeternam do illis.* Sed *Spiritus* quoque *vivificat*, inquit, ac rursum: *Spiritus autem,* inquit, *vita propter iustitiam.* Quin et Dominus testatur Spiritum esse, qui vivificat; *Caro non prodest quidquam.* Quomodo igitur Spiritum a vivificandi potestate submoventes eum naturae coniungemus, quae ipsa vita egeat? Quis adeo contentiosus, quis adeo exsors doni caelestis et absque gustu bonorum Dei verborum, quis adeo spei aeternae expers, ut Spiritum a deitate distractum creaturae copulet?

57. In nobis, inquiunt, Spiritus est tanquam donum a Deo. At donum nequaquam iisdem honoribus afficitur, quibus is, qui dedit. Donum quidem Dei Spiritus est, sed donum vitae, *Lex enim,* inquit, *Spiritus vitae liberavit nos,* et donum potentiae, *Accipietis* enim *virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos.* Num igitur ob id con-

Editi ζωοποιοῦντος καὶ μετά. Paulo post editi addunt Ἰησοῦν post Χριστόν. Sed deest ea vox in omnibus mss.

e. θνητὰ ὑμῶν. Reg. secundus θνητὰ σώματα ἡμῶν. Paulo post editi ἀκούουσι, quod auctoritate plurium mss. mutavimus.

f. δικαιοσύνην. Regius quartus δικαιοσύνης, *per iustitiam.*

g. αἰωνίων. Sic mss. quinque. Editi οὐρανίων. Paulo post tres mss. ἐν ἡμῖν, φασί.

h. ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς. Ita mss. quatuor. Habent alii duo ὑμᾶς. Editio Paris. ἠλευθέρωσέ με, Basil. ἠλευθέρωσέ σε. Ibidem editi λήψεσθε γάρ, φησι. Sed postrema vox deest in mss. Paulo post Regius tertius et Colb. χαρίζηται.

T. III p. 48. υἱὸν ἐχαρίσατο τοῖς ἀνθρώποις; ὃς γε, φησί, τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται[1]); καὶ ἑτέρωθι· ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν[2]), περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐναν-θρωπήσεως λέγων. ὥστε πῶς οἱ ταῦτα λέγοντες οὐχὶ τὴν Ἰου-δαϊκὴν ἀγνωμοσύνην παρεληλύθασι, τὴν ὑπερβολὴν τῆς χρηστό-τητος εἰφόβιον [a]εἰς βλασφημίαν λαμβάνοντες; ἐγκαλοῦσι γὰρ τῷ πνεύματι, ὅτι παῤῥησίαν ἡμῖν δέδωσι καλεῖν πατέρα ἑαυτῶν τὸν θεόν. ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κρᾶζον ἀββᾶ ὁ πατήρ[3]), ἵνα ἡ ἐκείνου φωνὴ τῶν δεξαμένων ἰδία γένηται.

T. III p. 49. Ὅτι τῇ ἐν συλλαβῇ ἀντὶ τῆς σὺν ἡ γραφὴ κέχρηται, ἐν ᾧ καὶ ὅτι ἡ καὶ ἰσοδυναμεῖ τῇ σύν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Πῶς οὖν, φησίν, ἡ γραφὴ συνδοξαζόμενον πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ πνεῦμα παρέδωκεν, ἀλλὰ πεφυλαγμένως ἐξέκλινε τὸ σὺν τῷ πνεύματι εἰπεῖν, πανταχοῦ δὲ τὸ ἐν αὐτῷ δοξάζειν ὡς ἁρμο-διώτερον προετίμησεν; ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν αὐτὸς φαίην ἀτιμοτέρας εἶναι διανοίας παραστατικὴν τὴν ἐν συλλαβήν, ἀλλ' ὑγιῶς ἐκλαμ-βανομένην πρὸς τὸ μέγιστον ὕψος ἀνάγειν τὰς διανοίας· ὅπου γε καὶ ἀντὶ τῆς σὺν πολλαχοῦ κειμένην αὐτὴν τετηρήκαμεν, ὡς τὸ εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλοκαυτώμασιν[4]), ἀντὶ τοῦ μετὰ ὁλοκαυτωμάτων, καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ[5]), τουτέστι μετὰ ἀργυρίου καὶ χρυσίου, καὶ τὸ οὐκ [a]ἐξελεύσῃ ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν[6]), ἀντὶ τοῦ σὺν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν, καὶ μυρία τοιαῦτα. ὅλως δὲ ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ τῆς νέας σοφίας, ποίαν δοξολογίαν ὁ ἀπόστολος διὰ τοῦ ἐν ῥήματος ἀποπληρωσε κατὰ τὸν τύπον, ὃν οὗτοι νῦν ὡς ἐκ τῆς γραφῆς ἀναφέρουσιν. οὐδαμοῦ γὰρ εὗρον λεγόμενον τὸ σοὶ τῷ πατρὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὅπερ τούτοις ἐστὶ νῦν καὶ αὐτῆς ὡς εἰπεῖν τῆς ἀναπνοῆς συνηθέστερον. διεσπασμένως μὲν γὰρ τούτων ἕκαστόν ἐστιν εὑρεῖν, συνημμένως δὲ ἐν τῇ [a]συν-τάξει ταύτῃ οὐδαμοῦ δεικνύειν ἔξουσιν. ὥστε εἰ μὲν ἀκριβολο-γοῦνται περὶ τὰ ἔγγραφα, δειξάτωσαν πόθεν λέγουσιν, εἰ δὲ συγ-χωροῦσι τῇ συνηθείᾳ, μηδὲ ἡμᾶς ἐξειργέτωσαν.

1) Rom. 8, 32. 2) 1. Cor. 2, 12. 3) Gal. 4, 6. 4) Ps. 66 [65. LXX.], 13. 5) Ps. 105 [104. LXX.], 37. 6) Ps. 44 [43. LXX.], 10.

a. εἰς βλασφημίαν. Reg. tertius et Colbert. τῆς βλασφημίας.

temnendus est? An non et Filium dedit hominibus? *Qui*, inquit, *proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam non una cum eo omnia nobis donabit?* Et alibi: *Ut sciamus quae a Deo nobis donata sunt*, de mysterio assumti hominis loquens. Itaque qui ista loquuntur, an non Iudaeorum ingratum animum amentiamque superant, qui scilicet excellentiam divinae bonitatis vertant in occasionem blasphemiae? Accusant enim Spiritum, quod nobis dat fiduciam Deum appellandi patrem nostrum. *Emisit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem Abba pater*, ut illius vox propria fiat eorum, qui ipsum acceperunt. T. III. p. 48.

Quod Scriptura hac syllaba *in* pro *cum* utatur: ubi etiam probatur *et* idem pollere quod *cum*. T. III. p. 49.

CAPUT XXV.

58. Qui fit igitur, inquiunt, ut Scriptura nusquam tradat Spiritum glorificari cum Patre et Filio, sed studiose vitet ne dicat *cum Spiritu*, ac ubique malit glorificare in ipso, quasi hoc congruentius iudicet? At ego nequaquam dixerim hanc syllabam *in* exhibere sensum minus honorificum, imo potius si sane accipiatur, ad maximam celsitudinem erigere mentem, quandoquidem observavimus hanc frequenter usurpari pro *cum*. Quod genus est illud: *Ingrediar domum tuam in holocautomatibus*, pro *cum holocautomatibus*. Et *Eduxit eos in argento et auro*, hoc est *cum argento et auro*. Item illud: *Non egredieris in virtutibus nostris*, pro *cum virtutibus nostris*, aliaque huius generis innumerabilia. Omnino lubens ab ista nova sapientia didicero, qualem glorificationem Apostolus absolverit per hanc dictionem *in* iuxta formam, quam isti nunc tanquam e Scriptura proferunt. Nusquam enim inveni dictum: Tibi Patri honor et gloria per unigenitum Filium tuum in Spiritu sancto; qui sermo nunc istis usitatior est ipsa ut ita loquar respiratione. Horum quidem singula separatim invenire licet, coniunctim vero posita in hac constructione nusquam poterunt ostendere. Itaque si exacte urgent ea, quae in Scripturis habentur, ostendant unde ista dicant. Quod si concedunt consuetudini, neque nos ab ea excludant.

b. *ἀντὶ τῆς σύν*. Quatuor codices *ἀντὶ τῆς καί*. Sed eos sequi hac in re non possumus, quia Basilius praepositionem *in* idem valere probat ac *cum*. Ibidem editi *ἐν ᾧ ὅτι, καὶ, ἰσοδυναμεῖ*. Quatuor mss. ut in textu.

c. *ἐξελεύσῃ*. Editi addunt *ὁ θεός*, sed haec nullo in veteri libro reperiuntur. Ibidem illud *ἀντὶ τοῦ... ἡμῶν* addidimus ex tribus libris antiquis.

d. *συντάξει*. Ita libri veteres. Editi *τάξει*.

T. III. p. 49. Ἡμεῖς γὰρ ἀμφοτέρας ἐν τῇ τῶν πιστῶν χρήσει [a]καταλαμβάνοντες τὰς ῥήσεις ἀμφοτέραις κεχρήμεθα, τὴν μὲν δόξαν τῷ πνεύματι ὁμοίως ἀφ' ἑκατέρας πληροῦσθαι πεπιστευκότες, τοὺς δὲ κακουργοῦντας τὴν ἀλήθειαν ἐπιστομίζεσθαι μᾶλλον διὰ τῆς προκειμένης λέξεως, ἥτις τὴν δύναμιν τῶν γραφῶν παραπλησίαν ἔχουσα οὐκέτι ἐστὶν ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις εὐεπιχείρητος (ἔστι δὲ αὕτη ἡ ἀντιλεγομένη νῦν παρὰ τούτων), ἀντὶ τοῦ καὶ συνδέσμου παρειλημμένη. ἴσον γάρ ἐστιν εἰπεῖν· Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος, καὶ Παῦλος σὺν Τιμοθέῳ καὶ Σιλουανῷ, ἡ γὰρ συμπλοκὴ τῶν ὀνομάτων δι' ἑκατέρας ὁμοίως τῆς ἐκφωνήσεως σώζεται. εἰ τοίνυν τοῦ κυρίου εἰπόντος πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα αὐτὸς εἴποιμι πατέρα καὶ υἱὸν σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, [b]ἄλλο τι εἰρηκὼς κατὰ τὴν δύναμιν ἔσομαι; τῆς δὲ διὰ τοῦ καὶ συνδέσμου συμπλοκῆς τῶν ὀνομάτων πολλὰ τὰ μαρτύρια. ἡ χάρις γάρ, φησί, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου πνεύματος[1]). καὶ πάλιν· παρακαλῶ δὲ [a]ὑμᾶς διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ τῆς
T. III. p. 50. ἀγάπης τοῦ πνεύματος[2]). εἰ τοίνυν ἀντὶ τῆς καὶ τῇ σὺν ἐθελήσαιμεν χρήσασθαι, τί διάφορον πεποιηκότες ἐσόμεθα; ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, πλὴν εἰ μὴ ψυχραῖς γραμματικαῖς τις τὸν μὲν σύνδεσμον ὡς συμπλεκτικὸν καὶ πλείονα ποιοῦντα τὴν ἕνωσιν προτιμῶν, τὴν δὲ πρόθεσιν ὡς οὐκ ἔχουσαν τὴν ἴσην δύναμιν ἀποπέμποιτο. ἀλλ' εἴ γε περὶ τούτων τὰς εὐθύνας ὑπείχομεν, [a]ἴσως οὐκ ἂν πολλοῦ λόγου πρὸς τὴν ἀπολογίαν ἐπεδεήθημεν. νῦν δὲ σὺ περὶ συλλαβῶν οὐδὲ περὶ τοιοῦδε ἢ τοιοῦδε φωνῆς ἦχου ὁ λόγος αὐτοῖς, ἀλλὰ περὶ πραγμάτων ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ μεγίστην ἐχόντων διαφοράν. ὧν ἕνεκεν ἀπαρατηρήτου τῆς χρήσεως τῶν συλλαβῶν οὔσης οὗτοι τὰς μὲν ἐγγράφειν, τὰς δὲ ἀποδιώκειν τῆς ἐκκλησίας ἐπιχειροῦσιν. ἐγὼ δέ, εἰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἀκοῆς ἐναργὲς ἔχει τὸ χρήσιμον, [a]ἀλλ' οὖν καὶ τὸν λόγον παρέξομαι, καθ' ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν οὐκ ἀργῶς συμπαρέλαβον τὴν χρῆσιν τῆς προθέσεως ταύτης. πρὸς γὰρ τῷ τὸ τοῦ Σαβελλίου κακὸν ἰσοσθενῶς τῇ καὶ συλλαβῇ διελέγχειν καὶ παραπλησίως ἐκείνῃ τὸ τῶν ὑποστάσεων ἴδιον παριστᾷν, ὡς τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα[3]), καὶ τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν[4]), ἐξαίρετον ἔχει τῆς ἀϊδίου κοινωνίας καὶ [f]ἀπαύστου συναφείας τὸ μαρτύριον. ὁ γὰρ εἰπὼν σὺν τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν εἶναι ὁμοῦ τήν τε τῶν ὑποστάσεων ἰδιότητα καὶ τὸ ἀχώριστον τῆς χωρι-

2. Cor. 13, 13. 2) Rom. 15, 30. 3) Ioan. 14, 23. 4) Ioan. 10, 30.

1) Ro[a]λαμβάνοντες. Ita mss. quinque. 5) Ps. 10[a]λαβόντες. Mox iidem editi ἐφ' a. εἰς βλα- Sed mss. ut in textu. Non multo post Reg. secundus ὅτι τὴν δύναμιν. b. ἄλλο τι. Editi οὐκ ἄλλο τι. Negatio deest in sex mss. et a typographis

59. Nos enim ambas dictiones in fidelium usu deprehendentes ambabus utimur, gloriam quidem Spiritui ex aequo per utramque persolvi rati; eis vero, qui depravant veritatem, credimus magis os obturari per eam praepositionem, quae cum sensum in Scripturis similem habeat, non ita facile ab adversariis expugnari potest (est autem ipsa illa, cui nunc ab istis contradicitur), utpote quae pro *et* coniunctione sumatur. Nam idem est dicere Paulus et Silvanus et Timotheus, atque Paulus cum Timotheo et Silvano. Nominum enim connexio utraque pronuntiatione similiter servatur. Itaque si cum Dominus dixerit Patrem et Filium et sanctum Spiritum, ipse dicam Patrem et Filium cum Spiritu sancto; aliudne quod ad sententiae vim attinet dixero? Porro per coniunctionem *et* connecti nomina multis testimoniis probari potest. *Gratia* enim, inquit, *Domini nostri Iesu Christi et caritas Dei et communio Spiritus sancti*, ac rursus: *Obsecro autem vos per Dominum nostrum Iesum Christum et per caritatem Spiritus.* Itaque si pro coniunctione *et* voluerimus uti praepositione *cum*, quid fecerimus diversi? Ego sane non video, nisi quis ob frigidas grammaticae regulas coniunctionem tanquam copulativam ac maiorem unionem facientem praeferens praepositionem reiiciat, quasi non obtineat parem vim. Sed si de his a nobis ratio exposceretur, forte multis verbis non opus esset nobis ad respondendum. Nunc vero neque de syllabis neque de hoc aut illo dictionis sono disputant, sed de rebus iuxta vim ac veritatem maximo inter se discrimine dissidentibus. Qua de causa, cum indifferens sit syllabarum usus, isti has quidem admittere, illas vero ab Ecclesia submovere moliuntur. Ego vero etsi primo statim auditu praepositio evidentem utilitatem habet, attamen etiam rationem reddam, iuxta quam patres nostri non otiose illius quoque usum amplexi sint. Nam praeterquam quod haec idem valet quod *et* ad refellendam Sabellii malitiam, similiterque atque illa coniunctio hypostaseon proprietatem declarat, velut *Ego et Pater veniemus, Ego et Pater unum sumus*; praeterea eximium habet sempiternae communionis ac perpetuae coniunctionis testimonium. Nam qui dixit cum Patre Filium esse, simul et hypostaseon proprie- T. III. p. 49. T. III. p. 50.

videtur addita, eo quod non adverterent interrogationis notam, quam hoc loco agnoscunt veteres libri.

c. *ὑμᾶς*. Editi addunt *ἀδελφοί*, quod in nostris mss. non reperitur. Paulo post editi *ἐθελήσοιμεν*, mss. ut in textu. Subinde editio Paris. *ψυχρὸς γραμματικός τις τὸν μὲν καὶ.. τὴν δὲ σύν*. Summo consensu vetusti codices et edit. Basil. utraque ut edendum curavimus, nisi quod in secunda legitur *ψυχρὸς γραμματικός*, unde error in Paris., ut saepe alias, fluxit.

d. *ἴσως οὐκ ἄν*. Sic ope quinque mss. emendavimus quod prave in editis legebatur *τέως, οὐκ ἄν*.

e. *ἀλλ' οὖν καὶ τόν*. Ita Reg. secundus. Editi *ὅμως καὶ τόν*. Quatuor mss. minus accurate *χρήσιμον, καὶ τόν*.

f. *ἀπαύστου*. Sic dudum monuit Ducaeus legendum esse ex uno veteri codice. Eadem scriptura in quatuor aliis mss. reperta. Editi *ἀπ' αὐτοῦ*.

T. III. p. 50. κοινωνίας ἔδειξεν. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων [a]ἐστιν ἰδεῖν· ὁ μὲν καὶ σύνδεσμος τὸ κοινὸν τῆς ἐνεργείας παρίστησιν, ἡ δὲ σὺν πρόθεσις τὴν κοινωνίαν πως συνενδείκνυται. οἷον ἔπλευσαν εἰς Μακεδονίαν Παῦλος καὶ Τιμόθεος, ἀλλὰ καὶ Τυχικὸς καὶ Ὀνήσιμος ἀπεστάλησαν Κολοσσαεῦσιν. ἐκ τούτων ὅτι μὲν ταὐτὸν ἐνήργησαν μεμαθήκαμεν· ἐὰν δὲ ἀκούσωμεν ὅτι συνέπλευσαν καὶ συναπεστάλησαν, ὅτι καὶ μετ' ἀλλήλων τὴν πρᾶξιν ἐπλήρωσαν προσεδιδάχθημεν. οὕτω τὸ τοῦ Σαβελλίου κακὸν ὡς οὐδεμία τῶν ἄλλων φωνῶν καταλύουσα προστίθησιν [b]ἐκείνοις καὶ τοὺς κατὰ διάμετρον ἀσεβοῦντας. λέγω δὴ τούτους, οἳ χρονικοῖς διαστήμασι τοῦ μὲν πατρὸς τὸν υἱόν, τοῦ δὲ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διαιροῦσι.

Πρὸς δὲ τὴν ἐν συλλαβὴν ἐκεῖνο μάλιστα τὸ διάφορον ἔχει, ὅτι ἡ μὲν σὺν τὴν πρὸς ἀλλήλους συνάφειαν τῶν κοινωνούντων παρίστησιν, οἷον τῶν συμπλεόντων ἢ συνοικούντων ἢ ὁτιοῦν τῶν πάντων κοινῶς ἐκτελούντων, ἡ δὲ ἐν τὴν σχέσιν τὴν πρὸς τὸ ἓν ᾧ συγχέουσιν ἐνεργοῦντες δηλοῖ. ἐμπλέουσι γὰρ καὶ ἐνοικοῦσιν ἀκούσαντες τὸ σκάφος καὶ τὴν οἰκίαν εὐθὺς ἐνοήσαμεν. κατὰ μὲν οὖν τὴν κοινὴν χρῆσιν ἡ πρὸς ἀλλήλας αὐτῶν διαφορὰ τοιαύτη, καὶ [c]ἐπὶ πλεῖον ἂν εὑρεθείη παρὰ τῶν φιλοπόνων· οὐ γὰρ ἐμοὶ σχολὴ τὰ περὶ τῶν συλλαβῶν ἐξετάζειν. ἐπεὶ οὖν δέδεικται ἡ σὺν εὐσημότατα ἀποδιδοῦσα τῆς συναφείας τὴν ἔννοιαν, γενέσθω ὑμῖν ἔνσπονδος, εἰ δοκεῖ, καὶ παύσασθε τοῦ χαλεποῦ πρὸς αὐτὴν καὶ ἀκηρύκτου πολέμου. ὅμως μέντοι οὕτως [d]εὐσήμου τῆς φωνῆς
T. III. p. 51. ὑπαρχούσης, εἴ τῳ φίλον [e]ἐν δοξολογίαις τῇ καὶ συλλαβῇ συνδεῖν τὰ ὀνόματα καὶ δοξάζειν, ὡς ἐν εὐαγγελίοις ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος μεμαθήκαμεν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα[1]), καὶ οὕτω γινέσθω, οὐδεὶς ἀντερεῖ. ἐπὶ τούτοις εἰ δοκεῖ καταθώμεθα. ἀλλὰ τὰς γλώσσας ἂν πρόοιντο μᾶλλον ἢ τὴν φωνὴν ταύτην δέξαιντο. τοῦτο μὲν οὖν ἐστιν, ὃ τὸν ἀκήρυκτον ἡμῖν καὶ ἄσπονδον πόλεμον ἐπεγείρει. ἐν τῷ πνεύματι, φησί, τῷ ἁγίῳ τὴν δοξολογίαν ἀποδοτέον τῷ Θεῷ, οὐχὶ δὲ καὶ τῷ πνεύματι, καὶ ἐνθυμότατα τῆς φωνῆς ταύτης ὡς [f]ταπεινωτικῆς τοῦ πνεύματος περιέχονται. περὶ ἧς οὐκ ἄχρηστον καὶ διὰ μακροτέρων εἰπεῖν. ὧν ἀκούσαντες οὗτοι θαυμάσαιμεν ἄν, εἰ μὴ ὡς προδότιν αὐτὴν καὶ πρὸς τὴν τοῦ πνεύματος δόξαν αὐτομολοῦσαν ἀποκηρύξωσιν.

1) Matth. 28, 19.

a. ἐστὶν ἰδεῖν. Hae voces additae ex Reg. secundo.

b. ἐκείνοις. Sic mss. codices et prima Basileensis editio, pro eo quod erat in edit. Paris. et Basil. secunda ἐκείνῳ.

c. ἐπὶ πλεῖον ἄν. Ita mss. tres. Alius ἔτι πλέον. Editi εἴ τι πλέον εὑρεθείη.

d. εὐσήμου. Quamvis haec scriptura ex uno tantum eruta sit codice ms., eam tamen praetulimus vulgatae εὐφήμου,

tatem et inseparabile consortium expressit. Quod idem etiam in rebus humanis videre est, in quibus *et* coniunctio declarat communem operationem, et praepositio *cum* quodammodo etiam significat communionem. Quod genus est *Navigarunt in Macedoniam Paulus et Timotheus,* sed et *Tychicus et Onesimus missi sunt Colossensibus.* Ex his discimus illos rem eandem fecisse. Sed si audierimus *connavigarunt,* et *simul missi sunt,* etiam illud addiscimus alterum cum altero actionem absolvisse. Ita Sabellii errorem destruens haec vox, ut non alia aeque, addit illis et eos, qui directe opposito impietatis genere insaniunt. De his loquor, qui temporalibus intervallis Filium a Patre et Spiritum sanctum a Filio distrahunt. T. III. p. 50.

60. Caeterum a syllaba *in* eo maxime differt, quod praepositio *cum* mutuam coniunctionem eorum, qui communiter aliquid agunt, exhibet, velut connavigantium aut cohabitantium aut quidvis aliud communiter perficientium; at praepositio *in* declarat relationem ad id, in quo sunt operantes. Siquidem cum audimus *innavigant* aut *inhabitant,* protinus cogitamus scapham aut domum. Itaque iuxta communem usum harum syllabarum talis est inter ipsas differentia, maiorque inveniri poterit a studiosis. Neque enim mihi vacat de ratione syllabarum exquirere. Quoniam igitur demonstratum est praepositionem *cum* significantissime reddere coniunctionis intelligentiam, inducias a vobis si videtur impetret, ac desistite atrox et implacabile bellum cum illa gerere. Sed tamen quamvis haec vox tam apta sit ad significandum, si cui cordi fuerit in glorificationibus per syllabam *et* nomina connectere et glorificare, quemadmodum in Evangeliis, ubi de baptismate, didicimus Patrem et Filium et Spiritum sanctum, etiam ita fiat, nemo contradicturus est. Hac conditione, si videtur, inter nos consentiamus. Sed isti citius abiecerint linguas, quam hanc vocem recipiant. Hoc igitur est, quod nobis acerrimum ac irreconciliabile bellum excitat. In Spiritu sancto, inquiunt, danda est gloria Deo, non autem et Spiritui, atque acerrime huic voci tanquam Spiritum deprimenti adhaerescunt. De qua non inutile fuerit prolixius dicere. Quae cum audierint isti, demirabor, si non eam ut proditricem et ad Spiritus gloriam ultro transfugam repudiabunt. T. III. p. 51.

boni ominis, ut vertit Erasmus. Non hic agitur quam boni ominis sit illa vox, sed quam apta ad significandum. Hinc paulo ante dicebat Basilius eam *significantissime reddere coniunctionis intelligentiam.* Ibidem male in duobus mss. τῆς, ἐν, φωνῆς. Non enim de praepositione *in* loquitur Basilius, sed de praepositione *cum.*

e. ἐν δοξολογίαις. Sic ope veterum codicum emendavimus quod prave in editis legebatur ἐνδοξολογῆσαι. Non multo post Reg. secundus τὴν δόξαν ἀποδοτέον.

f. ταπεινωτικῆς. Sic veteres libri pro eo quod erat in editis πατεινῆς. Mox editi θαυμάσαιμ' ἄν. Reg. secundus ut in textu.

T. III. p. 51. *Ὅτι ὁσαχῶς λέγεται τὸ ἐν, τοσαυταχῶς καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος λαμβάνεται.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κϛ'.

Ἐμοὶ τοίνυν σκοπουμένῳ δοκεῖ, ἁπλῆς καὶ συντόμου τῆς ἐκφωνήσεως οὔσης πολλὰ καὶ ποικίλα εἶναι τὰ δι' αὐτῆς σημαινόμενα. ὁσαχῶς γὰρ λέγεται τὸ ἐν, τοσαυταχῶς εὑρίσκομεν ταῖς περὶ τοῦ πνεύματος ἐννοίαις ὑπηρετούμενον. λέγεται μὲν οὖν τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι, καὶ ἡ δύναμις ἐν τῷ δεκτικῷ, καὶ ἡ ἕξις ἐν τῷ κατ' αὐτὴν διακειμένῳ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. οὐκοῦν καθὸ μὲν τελειωτικὸν τὸ ἅγιον πνεῦμα τῶν λογικῶν, ἀπαρτίζον αὐτῶν τὴν ἀκρότητα, τὸν τοῦ εἴδους λόγον ἐπέχει. ὁ γὰρ μηκέτι κατὰ σάρκα ζῶν, ἀλλὰ πνεύματι Θεοῦ ἀγόμενος καὶ υἱὸς Θεοῦ χρηματίζων καὶ σύμμορφος τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γενόμενος, πνευματικὸς ὀνομάζεται. καὶ ὡς ἡ δύναμις τοῦ ὁρᾶν ἐν τῷ ὑγιαίνοντι ὀφθαλμῷ, οὕτως ἡ ἐνέργεια τοῦ πνεύματος ἐν τῇ κεκαθαρμένῃ ψυχῇ. διὸ καὶ Παῦλος εὔχεται Ἐφεσίοις πεφωτισμένους ὀφθαλμοὺς αὐτῶν εἶναι ἐν τῷ πνεύματι τῆς σοφίας[1]). καὶ ὡς ἡ τέχνη ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτήν, οὕτως ἡ χάρις τοῦ πνεύματος ἐν τῷ ὑποδεξαμένῳ, ἀεὶ μὲν συμπαροῦσα, οὐχὶ δὲ καὶ ἐνεργοῦσα διηνεκῶς. ἐπεὶ καὶ ἡ τέχνη δυνάμει μὲν ἐν τῷ τεχνίτῃ ἐστίν, ἐνεργείᾳ δὲ τότε, ὅταν κατ' αὐτὴν ἐνεργῇ· οὕτω καὶ τὸ πνεῦμα ἀεὶ μὲν συμπάρεστι τοῖς ἀξίοις, ἐνεργεῖ δὲ κατὰ τὴν χρείαν ἢ ἐν προφητείαις ἢ ἐν ἰάμασιν ἢ ἐν ἄλλοις τισὶ δυνάμεων ἐνεργήμασιν. ἔτι ὡς ἐν σώμασιν ὑγίεια ἢ θερμότης ἢ ὅλως αἱ εὐκίνητοι διαθέσεις, οὕτω καὶ ἐν ψυχῇ πολλάκις ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τοῖς διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀνίδρυτον εὐκόλως ἢν ἐδέξαντο χάριν ἀπωθουμένοις [b]μὴ παραμένον· οἷος ἦν ὁ Σαοὺλ καὶ οἱ ἑβδομήκοντα πρεσβύτεροι τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ πλὴν τοῦ Ἐλδὰδ καὶ Μωδάδ (τούτους γὰρ μόνους ἐκ πάντων φαίνεται παραμεῖναν τὸ πνεῦμα[2])), καὶ ὅλως εἴ τις τούτοις τὴν προαίρεσιν παραπλήσιος. καὶ ὡς ὁ λόγος δὲ ἐν ψυχῇ ποτε μὲν ὡς τὸ [b]ἐγκάρδιον νόημα, ποτὲ δὲ ὡς ὁ προφερόμενος διὰ γλώσσης,

T. III. p. 52. *οὕτω τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, νῦν μὲν ὅταν συμμαρτυρῇ τῷ πνεύματι[3]) καὶ ὅταν κράζῃ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἀββᾶ ὁ πατήρ[4]), νῦν δὲ ὅταν λαλῇ ὑπὲρ ἡμῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν[5]). ἤδη δὲ καὶ ὡς ὅλον ἐν μέρεσι νοεῖται τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν τῶν χαρισμάτων διανομήν. πάντες γὰρ ἀλλήλων ἐσμὲν μέλη, ἔχοντες δὲ*

1) Eph. 1, 17. 18. 2) Num. 11, 25. 26. 3) Rom. 8, 16. 4) Gal. 4, 6. 5) Matth. 10, 20.

Quot modis dicitur *in*, totidem modis de Spiritu accipi. T. III. p. 51.

CAPUT XXVI.

61. Mihi igitur consideranti videtur, etsi simplex ac brevis est huius syllabae pronuntiatio, multa et varia per eam significari. Quot enim modis dicitur *in*, totidem modis invenimus eam syllabam conceptibus de Spiritu subservire. Nam forma dicitur esse in materia, et potentia in eo, quod eius capax est, et habitus in eo, qui secundum illum affectus est, aliaque huius generis multa. Itaque quatenus Spiritus sanctus vim habet perficiendi creaturam rationalem, absolvens illius fastigium, formae rationem obtinet. Nam qui iam non vivit secundum carnem, sed Spiritu Dei agitur ac filius Dei nominatur et conformis imagini Filii Dei factus est, spiritualis dicitur. Et sicut cernendi vis est in oculo sano, sic operatio Spiritus in anima purgata. Eoque Paulus optat Ephesiis, ut oculos habeant illuminatos in Spiritu sapientiae. Et quemadmodum ars est in eo, qui illam adeptus est, ita gratia Spiritus in eo, qui recepit eam, semper quidem praesens, at non perpetuo operans. Nam et ars potentia quidem est in artifice, actu vero tum, cum secundum illam operatur; itidem Spiritus semper quidem adest dignis, sed operatur prout opus est aut in prophetiis aut in sanationibus aut in aliis miraculorum operationibus. Praeterea sicut in corporibus est sanitas aut calor aut in genere affectiones facile mobiles, sic et in anima frequenter est Spiritus, in iis, qui propter mentis instabilitatem facile gratiam acceptam expellunt, nequaquam permanens; qualis erat Saul et septuaginta seniores filiorum Israel praeter Eldad et Modad (nam apud hos solos ex omnibus Spiritum mansisse apparet), et in genere si quis est istis animi proposito consimilis. Item quemadmodum verbum est in animo interdum ut in corde cogitatum, interdum ut lingua prolatum, sic et Spiritus sanctus, vel cum testimonium praebet spiritui nostro et clamat in T. III. p. 52. cordibus nostris Abba Pater, vel cum loquitur pro nobis, iuxta id quod dictum est: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris, qui loquitur in vobis.* Iam vero et ut totum in partibus Spiritus intelligitur iuxta donorum distributionem. Omnes enim invicem sumus membra, sed habentes dona secundum Dei gratiam nobis datam di-

a. *μὴ παραμένον*. Haec addidimus ex Regio secundo, ac prorsus necessaria sunt ad Basilii sensum

b. *ἐγκάρδιον*. Ita mss. codices. Editi *ἐν καρδίᾳ*. Mox editi addunt *ἡμῶν* post *πνεύματι*, quae vox deest in omnibus nostris mss., nec necessaria videtur, cum Paulo post repetatur.

T. III. p. 52. χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα. διὰ τοῦτο οὐ δύναται ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί· χρείαν σου οὐκ ἔχω, ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί· χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω[1]), ἀλλὰ πάντα μὲν ὁμοῦ συμπληροῖ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ ἑνότητι τοῦ πνεύματος, ἀλλήλοις δὲ ἀναγκαίαν τὴν ἐκ τῶν χαρισμάτων ἀντιδίδωσιν ὠφέλειαν. ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἔθετο τὰ μέλη ἐν τῷ σώματι, ἓν ἕκαστον αὐτῶν καθὼς ἠθέλησε. τὰ μέντοι μέλη τὸ αὐτὸ μεριμνῶσιν ὑπὲρ ἀλλήλων κατὰ τὴν πνευματικὴν κοινωνίαν τῆς συμπαθείας αὐτοῖς ὑπαρχούσης, διόπερ εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη[2]). καὶ ὡς μέρη δὲ ἐν ὅλῳ οἱ καθ' ἕνα ἐσμὲν ἐν τῷ πνεύματι, ὅτι οἱ πάντες ἐν ἑνὶ σώματι εἰς ἓν πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν[3]).

Ὃ δὲ παράδοξον μὲν εἰπεῖν, ἀληθὲς δὲ [a]οὐδενὸς ἔλαττον, ὅτι καὶ ὡς χώρα τῶν ἁγιαζομένων πολλάκις τὸ πνεῦμα λέγεται, καὶ φανήσεται οὐδὲ οὗτος [b]ὁ τρόπος κατασμικρύνων τὸ πνεῦμα, ἀλλὰ μᾶλλον δοξάζων. τὰ γάρ τοι σωματικὰ τῶν ὀνομάτων καὶ ἐπὶ τὰς πνευματικὰς ἐννοίας ἐναργείας ἕνεκεν πολλάκις ὁ λόγος μετακομίζει. τετηρήκαμεν οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ θεοῦ τὸν ψαλμῳδὸν λέγοντα· γενοῦ μοι εἰς θεὸν ὑπερασπιστὴν καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν τοῦ σῶσαί με[4]), περὶ δὲ τοῦ πνεύματος, ἰδοὺ τόπος, φησί, παρ' ἐμοί, καὶ στῆθι ἐπὶ τῆς πέτρας[5]), τί ἄλλο λέγων τὸν τόπον ἢ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν, ἐν ᾗ γενόμενος ἐδύνατο ἰδεῖν γνωστῶς ἐμφανιζόμενον αὐτῷ τὸν θεὸν ὁ Μωϋσῆς; οὗτός ἐστιν ὁ τόπος ὁ τῆς ἀληθινῆς λατρείας [c]ἴδιος. πρόσεχε γάρ, φησί, μὴ ἀνενέγκῃς τὰ ὁλοκαυτώματά σου ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου[6]). ποῖον οὖν ἐστιν ὁλοκαύτωμα πνευματικόν; ἡ θυσία τῆς αἰνέσεως[7]). ἐν ποίῳ δὲ τόπῳ ταύτην [d]προσφέρομεν ἢ ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ; ποῦ τοῦτο μεμαθήκαμεν; παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος, ὅτι οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσουσι τῷ πατρί[8]). τοῦτον τὸν τόπον ἰδὼν ὁ Ἰακὼβ ἔφη, ὅτι κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ[9]). ὥστε τὸ πνεῦμα τόπος ἀληθῶς τῶν ἁγίων, καὶ ὁ ἅγιος [e]τόπος οἰκεῖος τῷ πνεύματι, ἑμπαρέχων ἑαυτὸν πρὸς ἐνοίκησιν τὴν μετὰ θεοῦ καὶ ναὸς αὐτοῦ[10]) χρηματίζων. ὡς γὰρ ἐν Χριστῷ λαλεῖ Παῦλος· κατενώπιον γάρ, φησί, θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν[11]), καὶ Χριστὸς ἐν Παύλῳ, ὡς αὐτὸς λέγει· [f]ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ[12])· οὕτω καὶ ἐν πνεύματι λαλεῖ τὰ μυστήρια, καὶ τὸ πνεῦμα πάλιν λαλεῖ ἐν αὐτῷ.

1) 1. Cor. 12, 21. 2) 1. Cor. 12, 26. 3) 1. Cor. 12, 13. 4) Ps. 71 [70. LXX.], 3. 5) Exod. 33, 21. 6) Deut. 12, 13. 14. 7) Ps. 50 [49. LXX.], 14. 8) Ioan. 4, 23. 9) Gen. 28, 16. 10) 1. Cor. 6, 19. 11) 2. Cor. 2, 17. 12) 2. Cor. 13, 3.

versa. Ea propter *Non potest dicere oculus manui: Non opus habeo te, aut rursus caput pedibus: Non est mihi vobis opus*, sed omnia quidem simul complent corpus Christi in unitate Spiritus, necessariam autem utilitatem sibi invicem reddunt ex donis. Deus enim posuit membra in corpore, unumquodque illorum ut voluit. Membra autem eandem habent pro se mutuo sollicitudinem iuxta spiritualem mutuae affectionis ipsis insitae communionem, eoque *Sive patitur unum membrum, una cum eo patiuntur omnia membra; sive glorificatur unum membrum, simul gaudent omnia membra.* Rursus quemadmodum partes sunt in toto, ita singuli sumus in Spiritu, eo quod omnes in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus. T. III. p. 52.

62. Porro quod mirum dictu videbitur, nihilo tamen minus verum est, etiam veluti locus eorum, qui sanctificantur, saepenumero dicitur Spiritus. Et constabit ne hoc quidem loquendi genere diminui Spiritum, sed glorificari potius. Nam nomina corporalia etiam ad spirituales intelligentias evidentiae gratia frequenter Scriptura transfert. Observavimus igitur et Psalmodum de Deo loquentem: *Esto mihi in Deum protectorem et in locum munitum, ut salvum me facias*, de Spiritu vero: *Ecce locus*, inquit, *apud me, et sta super petram*, quid aliud appellans locum, nisi visionem in Spiritu, in qua cum esset Moses, potuit videre Deum evidenter ipsi apparentem? Hic est locus verae adorationis proprius. *Attende* enim, inquit, *ne offeras holocautomata tua in quovis loco, sed in loco quemcunque elegerit Dominus Deus tuus.* Quod igitur est holocautoma spirituale? Sacrificium laudis. Quo in loco hoc offeremus nisi in Spiritu sancto? Ubi hoc didicimus? Ab ipso Domino dicente: *Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu et veritate.* Hunc locum cum vidisset Iacob, dixit: *Dominus est in loco hoc.* Itaque Spiritus vere locus est sanctorum, sanctus itidem locus est Spiritui proprius, ac praebet se ipsum ut inhabitet cum Deo ac templum illius vocatur. Sicut enim in Christo loquitur Paulus: *Coram Deo*, inquit, *in Christo loquimur*, et Christus in Paulo, velut ipse ait: *An experimentum quaeritis qui loquitur in me Christi?* sic et in Spiritu loquitur mysteria, ac Spiritus rursum loquitur in eo.

a. *οὐδενὸς ἔλαττον.* Duo codices *οὐδὲν ἔλαττον.*

b. *ὁ τρόπος.* Sic mss. sex. Editi *ὁ λόγος.* Mox editi *τὰ μέν τοι*, et paulo post *ἐνεργείας ἕνεκεν.* Mss. ut in textu.

c. *ἴδιος.* Editio Basileensis *ἀΐδιος*, quod recte emendatum in Parisiensi. Mox editi *μὴ ἐνέγκῃς τὸ ὁλοκαύτωμα*, et *ἐν τῷ τόπῳ, τῷ ἐάν.* Codices mss. ut in textu.

d. *προσφέρομεν ἤ.* Vocula *ἤ* addita ex quatuor mss.

e. *τόπος οἰκεῖος.* Pro his vocibus, quae in nostris sex codicibus leguntur, habebant editi *καὶ οἶκος.*

f *ἢ δοκιμήν.* Ita mss. quinque. Editi *εἰ δοκιμήν.*

T. III. p. 52. T. III. p. 53.

Ἐν μὲν οὖν τοῖς [a]γεννητοῖς οὕτω πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ἐνεῖναι λέγεται τὸ πνεῦμα, πατρὶ δὲ καὶ υἱῷ οὐχὶ ἐνεῖναι μᾶλλον, ἀλλὰ συνεῖναι εἰπεῖν εὐσεβέστερον. ἡ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ χάρις οἰκοῦντος ἐν σοὶ ἀξίοις καὶ ἐνεργοῦντος τὰ ἑαυτοῦ καλῶς ἐνυπάρχειν τοῖς δεκτικοῖς αὐτοῦ λέγεται, ἡ δὲ προαιώνιος ὕπαρξις καὶ ἄπαυστος διαμονὴ μεθ' υἱοῦ καὶ πατρὸς θεωρουμένη τὰς τῆς [b]ἀϊδίου συναφείας προσηγορίας ἐπιζητεῖ. τὸ γὰρ κυρίως καὶ ἀληθῶς συνυπάρχειν ἐπὶ τῶν ἀχωρίστως ἀλλήλοις συνόντων λέγεται. τὴν γὰρ θερμότητα τῷ μὲν πυρακτωθέντι σιδήρῳ ἐνυπάρχειν φαμέν, αὐτῷ δὲ τῷ πυρὶ συνυπάρχειν, καὶ τὴν μὲν ὑγίειαν τῷ σώματι ἐνυπάρχειν, τὴν δὲ ζωὴν τῇ ψυχῇ συνυπάρχειν. ὥστε ὅπου μὲν οἰκεία καὶ συμφυὴς καὶ ἀχώριστος ἡ κοινωνία, σημαντικωτέρα φωνὴ ἡ σύν, τῆς ἀχωρίστου κοινωνίας τὴν διάνοιαν ὑποβάλλουσα, ὅπου δὲ προσγίνεσθαι ἡ ἀπ' αὐτοῦ χάρις καὶ πάλιν ἀπογίνεσθαι πέφυκεν, οἰκείως καὶ ἀληθῶς τὸ ἐνυπάρχειν λέγεται, κἂν τοῖς δεξαμένοις πολλάκις διὰ τὸ ἑδραῖον τῆς περὶ τὸ καλὸν διαθέσεως ἡ ἀπ' αὐτοῦ χάρις διαρκὴς παραμένῃ. ὥστε ὅταν μὲν τὴν οἰκείαν ἀξίαν τοῦ πνεύματος ἐννοῶμεν, μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ αὐτὸ θεωροῦμεν, ὅταν δὲ τὴν εἰς τοὺς μετόχους ἐνεργουμένην χάριν ἐνθυμηθῶμεν, ἐν ἡμῖν εἶναι τὸ πνεῦμα λέγομεν. καὶ ἥ γε προσαγομένη δοξολογία παρ' ἡμῶν ἐν τῷ πνεύματι οὐχὶ τῆς ἐκείνου ἀξίας ὁμολογίαν ἔχει, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν ἀσθενείας ἐξομολόγησιν, δεικνύντων ὅτι οὔτε δοξάσαι ἀφ' ἑαυτῶν ἱκανοί ἐσμεν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἐν ᾧ δυναμωθέντες τὴν ὑπὲρ ὧν εὐεργετήθημεν τῷ θεῷ ἡμῶν εὐχαριστίαν ἀποπληροῦμεν, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀπὸ κακίας καθαρότητος [4]ἕτερος ἑτέρου πλέον ἢ ἔλαττον τῆς ἐκ τοῦ πνεύματος βοηθείας μεταλαμβάνοντες, εἰς τὸ προσφέρειν τὰς θυσίας τῆς αἰνέσεως τῷ θεῷ. καθ' ἕνα μὲν οὖν τρόπον οὕτως εὐσεβῶς ἐν πνεύματι τὴν εὐχαριστίαν ἀποπληροῦμεν. καίτοι καὶ τοῦτο οὐκ ἀβαρὲς αὐτόν τινα ἑαυτῷ μαρτυρεῖν, ὅτι πνεῦμα θεοῦ ἐν ἐμοί, καὶ διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ χάριτος σοφισθεὶς ἀναφέρω τὴν δόξαν. Παύλῳ γὰρ πρέπουσα ἡ φωνή· δοκῶ γὰρ κἀγὼ πνεῦμα θεοῦ ἔχειν[1]), καὶ πάλιν· τὴν καλὴν παρακαταθήκην φύλαξον διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν[2])· καὶ περὶ τοῦ Δανιήλ, ὅτι πνεῦμα θεοῦ ἅγιον ἐν αὐτῷ[3]), καὶ εἴ τις ἐκείνοις τὴν ἀρετὴν παραπλήσιος.

Δεύτερος δὲ νοῦς οὐδὲ αὐτὸς ἀπόβλητος, ὅτι ὥσπερ ἐν τῷ υἱῷ ὁρᾶται ὁ πατήρ, οὕτως ὁ υἱὸς ἐν τῷ πνεύματι. ἡ τοίνυν ἐν

1) 1. Cor. 7, 40. 2) 2. Tim. 1, 14. 3) Dan. 5, 11.

a. γεννητοῖς. Sic mss. codices. Editi γενητοῖς. Sed discrimen illud parvi momenti.

b. ἀϊδίου συναφείας. Editi ἀϊδίου δυνάμεως καὶ συναφείας. Quod erratum

63. In rebus ergo conditis ad hunc modum multifariam variisque rationibus dicitur Spiritus inesse, verum magis pium est dicere cum esse cum Patre et Filio, quam illis inesse. Nam gratia ab eo manens, habitante in iis, qui digni sunt, ac suas operationes in illis exercente, recte dicitur inesse iis, qui sunt illius capaces. At illius subsistentia, quae fuit ante saecula, ac perpetuitas nunquam desitura cum Filio et Patre considerata sempiternae coniunctionis requirit appellationes. Nam *coesse* proprie ac vere dicitur de iis, quae sibi invicem inseparabiliter adsunt. Nam calorem ferro quidem ignito inesse dicimus, at una simul cum ipso igne esse. Item corpori sanitatem inesse dicimus, vitam autem simul cum anima esse. Quare ubi propria et connaturalis atque inseparabilis communio est, haec vox *cum* significantior est, ut quae inseparabilis coniunctionis cogitationem suggerat intellectui. Ubi autem gratia ab ipso proficiscens accedere ac rursus decedere potest, proprie et vere inesse dicitur, etiamsi illius gratia in iis, qui receperunt, saepenumero propter affectus in bono perseverantiam perpetua permaneat. Proinde quoties propriam Spiritus dignitatem intelligimus, cum Patre et Filio ipsum contemplamur, ubi vero gratiam in eos, qui illius sunt participes, operantem reputamus, in nobis esse Spiritum dicimus. Et quae a nobis defertur glorificatio in Spiritu, non habet professionem dignitatis illius, sed nostrae ipsorum imbecillitatis confessionem, dum ostendimus nos ex nobis ipsis ad glorificandum sufficientes non esse, sed sufficientiam nostram esse in Spiritu sancto, in quo corroborati pro beneficiis acceptis Deo nostro gratias absolvimus, iuxta quod a malitia purgati sumus, quippe alius alio plus aut minus auxilio Spiritus adiuti ad offerendum hostias laudis Deo. Secundum unum igitur modum sic pie gratiarum actionem in Spiritu persolvimus. Quamquam et hoc invidia non caret, ut aliquis de se ipso testificetur, dicatque: Spiritus Dei in me est, et per gratiam illius sapiens factus refero gloriam. Nam haec vox Paulum decet: *Videor et mihi Spiritum Dei habere*, et rursus: *Egregium depositum serva per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis*. Item de Daniele legimus, quod Spiritus Dei sanctus fuerit in eo; et si quis illis assimilis sit virtute.

T. III. p. 52. T. III. p. 53.

64. Alter autem intellectus est nec ipse reiiciendus, quod sicut in Filio cernitur Pater, sic Filius cernitur in Spiritu. Itaque adoratio,

ope veterum codicum sustulimus.

c. φωνὴ ἡ σύν. Postrema vocula ex Regio secundo addita.

d. ἕτερος ἑτέρου. Editi ἕτερος γὰρ ἑτέρου... μεταλαμβάνομεν, quod auctoritate veterum codicum freti mutavimus.

T. III. p. 53. τῷ πνεύματι προσκύνησις τὴν ὡς ἐν φωτὶ γινομένην τῆς διανοίας ἡμῶν ἐνέργειαν ὑποβάλλει, ὡς ἐκ τῶν πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν εἰρημένων ἂν μάθοις. ἐν τόπῳ γὰρ εἶναι τὴν προσκύνησιν ἐκ τῆς ἐγχωρίου συνηθείας ἠπατημένην ὁ κύριος ἡμῶν μεταδιδάσκων ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ χρῆναι προσκυνεῖν ἔφησεν[1]), ἑαυτὸν λέγων δηλαδὴ τὴν ἀλήθειαν. ὥσπερ οὖν ἐν τῷ υἱῷ προσκύνησιν λέγομεν τὴν ὡς ἐν εἰκόνι τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, οὕτω καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὡς ἐν ἑαυτῷ δεικνύντι τὴν τοῦ κυρίου θεότητα. διὸ καὶ ἐν τῇ προσκυνήσει ἀχώριστον ἀπὸ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἔξω μὲν γὰρ ὑπάρχων αὐτοῦ οὐδὲ προσκυνήσεις τὸ παράπαν, ἐν
T. III. p. 54. αὐτῷ δὲ γενόμενος οὐδενὶ τρόπῳ ἀποχωρίσεις ἀπὸ θεοῦ, οὐ μᾶλλόν γε ἢ τῶν ὁρατῶν ἀποστήσεις τὸ φῶς. ἀδύνατον γὰρ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου μὴ ἐν τῷ φωτισμῷ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸν ἐνατενίζοντα τῇ εἰκόνι ἀμήχανον τῆς εἰκόνος ἀποχωρίσαι τὸ φῶς. τὸ γὰρ τοῦ ὁρᾶν αἴτιον ἐξ ἀνάγκης συγκαθορᾶται τοῖς ὁρατοῖς. ὥστε οἰκείως καὶ ἀκολούθως διὰ μὲν τοῦ φωτισμοῦ τοῦ πνεύματος τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ θεοῦ καθορῶμεν, διὰ δὲ τοῦ χαρακτῆρος ἐπὶ τὸν οὗ ἐστιν ὁ χαρακτὴρ καὶ ἡ ἰσότυπος σφραγὶς ἀναγόμεθα.

Πόθεν ἡ σὺν ἤρξατο συλλαβὴ καὶ ποίαν δύναμιν ἔχει· ἐν ᾧ καὶ τὰ περὶ τῶν ἀγράφων τῆς ἐκκλησίας νομίμων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Τίνος οὖν ἕνεκεν, φασίν, ἰδίως προσηκούσης τῷ πνεύματι τῆς ἐν συλλαβῆς καὶ εἰς πᾶσαν ἡμῖν τὴν περὶ αὐτοῦ ἔννοιαν ἐξαρκούσης, τὴν καινὴν ταύτην ὑμεῖς συλλαβὴν ἐπεισηγάγετε, [b]σὺν τῷ πνεύματι λέγοντες καὶ οὐκ ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, οὔτε ἄλλως ἀναγκαῖα οὔτε νενομισμένα ταῖς ἐκκλησίαις φθεγγόμενοι; ὡς μὲν οὖν οὐχὶ ἀποκληρωτικῶς τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἡ ἐν συλλαβὴ διεντέτονεχεν, ἀλλὰ κοινὴ πατρός ἐστι καὶ υἱοῦ, ἐν τοῖς κατόπιν εἴρηται· οἶμαι δὲ κἀκεῖνο ἀρκούντως εἰρῆσθαι, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἀφαιρεῖταί τι τῆς ἀξίας τοῦ πνεύματος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέγιστον ὕψος τῶν μὴ πάντη ἐνδιαστρόφων τοὺς λογισμοὺς ἐπανάγει. λειπόμενον δέ ἐστι περὶ τῆς σὺν ὁπόθεν ἤρξατο καὶ τίνα δύναμιν ἔχει [b]καὶ ὅπως σύμφωνός ἐστι τῇ γραφῇ διηγήσασθαι.

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων

1) Ioan. 4, 24.

quae fit in Spiritu, mentis nostrae operationem ut in luce factam in- T. III. p. 53.
dicat, ut discere licet ex iis, quae Samaritanae dicta sunt. Nam cum illa consuetudine regionis decepta existimaret in loco esse adorationem, Dominus eam dedocens dixit in Spiritu et veritate adorare oportere, nimirum se ipsum appellans veritatem. Quemadmodum igitur in Filio dicimus adorationem velut in imagine Dei ac Patris, sic et in Spiritu tanquam in se ipso Domini divinitatem exprimente. Unde et in adoratione inseparabilis est a Patre et Filio Spiritus sanctus. Nam si sis extra illum, nullo pacto es adoraturus; contra si in illo fueris, T. III. p. 54.
nullo modo eum separabis a Deo, nihilo profecto magis quam lumen separabis ab iis, quae visui patent. Impossibile siquidem est cernere imaginem Dei invisibilis nisi in lumine Spiritus. Et qui intuetur imaginem, hunc impossibile est lumen ab imagine separare. Quod enim ut videas in causa est, id necesse est ut simul cum iis, quae cernuntur, videatur. Itaque proprie et congruenter per illuminationem Spiritus conspicimus splendorem gloriae Dei, per characterem autem ad eum, cuius est character et aequale sigillum, subvehimur.

Unde initium habeat syllaba *cum* et quam vim habeat, ubi et de Ecclesiae legibus nullo scripto proditis.

CAPUT XXVII.

65. Quam igitur ob causam, inquiunt, cum proprie conveniat haec syllaba *in* Spiritui ac nobis ad exprimendum quemvis de Spiritu intellectum sufficiat, vos novam istam syllabam induxistis, qui dicitis *Cum Spiritu*, non *In Spiritu sancto*, alioquin nec necessariis nec ab Ecclesia probatis vocibus utentes? Quod igitur haec syllaba *in* Spiritui sancto non in sortem proprie cessit, sed Patris Filiique communis est, in superioribus dictum est. Arbitror autem et illud satis demonstratum, quod *in* non solum nihil detrahit dignitati Spiritus, verum etiam ad summam celsitudinem erigit cogitationes eorum, qui non prorsus mente corrupti sunt. Superest autem disserere de syllaba *cum*, unde coeperit et quam vim habeat et quomodo Scripturae concordet.

66. Ex asservatis in Ecclesia dogmatibus et praedicationibus

a. *οὐδενὶ τρόπῳ... ἢ τῶν.* Sic mss. sex. Editi *οὐδενὶ τόπῳ.*

b. *σὺν τῷ.* Editi *οἱ σὺν τῷ.* Sed primus ille articulus abest a veteribus libris.

c. *καὶ ὅπως.* Ita mss. Editi *καὶ πῶς.*

T. III. p. 54. τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα· ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν. καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, [a]οὐκοῦν ὅστις γε κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν ὡς μὴ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιιστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον (ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον [b]μνησθῶ) τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχὴν ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ
T. III. p. 55. τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα [c]ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀποστόλος ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. εὐλογοῦμεν δὲ τό τε ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον. ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; [d]τί δέ; αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρῖσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ [e]ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν, καλῶς ἐκεῖνο δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων [f]τὸ σεμνὸν σιωπῇ διασώζεσθαι; ἃ γὰρ οὐδὲ ἐποπτεύειν ἔξεστι τοῖς ἀμυήτοις, τούτων πῶς ἂν ἦν εἰκὸς τὴν διδασκαλίαν ἐκθριαμβεύειν ἐν γράμμα-

a. *οὐκοῦν*. Hoc additum ex pluribus mss. Editi *ὅς τις γε κἄν*. Ibidem nonnulli codices habent *θεσμῶν ἐκκλησίας*.

b. *μνησθῶ*. Unus codex *μνησθῶμεν*. Ibidem duo codices *τοῦ τύπῳ*.

c. *ἐπὶ τῇ ἀναδείξει*. Non respicit Basilius ad ritum ostensionis Eucharistiae, ut multi existimarunt, sed potius ad verba Liturgiae ipsi adscriptae, cum petit sacerdos ut veniat Spiritus sanctus *ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ κυρίου*. Haec autem verba *ἐπὶ τῇ ἀναδείξει* reddit Erasmus *cum ostenditur*. Vituperat eum Durandus et ipse vertit *cum conficitur*, atque hanc interpretationem multis exemplis confirmat. Videtur tamen mihi prorsus vitii habitura haec interpretatio: *Invocationis verba cum ostenditur panis Eucharistiae*, id est cum panis non iam panis est, sed panis Eucharistiae sive corpus Christi ostenditur; et in liturgia: *Ut sanctificet et ostendat hunc quidem panem, ipsum pretiosum corpus Domini*. Nam 1°. Cur eam vocem reformidemus, qua Latini uti non dubitant, ubi de Eucharistia loquuntur? quale est illud Cypriani in epistola 63. ad Caecilium: *Vino Christi sanguis ostenditur*. Sic etiam Tertullianus 1. Marc. c. 14.: *Panem, quo ipsum corpus suum repraesentat*. 2°. Ut Graece *ἀναδεῖξαι, ἀποφαίνειν*, ita etiam Latine *ostendere* corpus Christi praesens in Eucharistia significantiore quodam modo ex-

alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione Apostolorum; quorum utraque vim eandem habent ad pietatem, nec iis quisquam contradicet, nullus certe, qui vel tenui experientia noverit quae sint Ecclesiae instituta. Nam si consuetudines, quae scripto proditae non sunt, tanquam haud multum habentes momenti aggrediamur reiicere, imprudentes Evangelium in ipsis rebus praecipuis laedemus, imo potius praedicationem ad nudum nomen contrahemus. Verbi gratia, ut eius quod primum est et vulgatissimum primo loco commemorem, ut signo crucis eos, qui spem collocant in Christo, signemus, quis scripto docuit? Ut ad orientem versi precemur, quae nos docuit Scriptura? Invocationis verba cum conficitur panis Eucharistiae et poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quae commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque et ante et post dicimus tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quae ex traditione non scripta accepimus. Benedicimus autem et aquam baptismatis et oleum unctionis, imo ipsum etiam, qui baptismum accipit. Ex quibus scriptis? Nonne a tacita secretaque traditione? Ipsam vero olei unctionem quis sermo scripto proditus docuit? Iam ter immergi hominem unde haustum? Reliqua autem, quae fiunt in baptismo, veluti renuntiare Satanae et angelis eius, ex qua scriptura habemus? Nonne ex minime publicata et arcana hac doctrina, quam patres nostri silentio quieto minimeque curioso servarunt? Quippe illud probe didicerant, mysteriorum reverentiam silentio conservari. Nam quae nec intueri fas est non initiatis, qui conveniebat horum doctrinam scriptis vulgari? aut quid tandem

T. III. p. 54.

T. III. p. 55.

primit. Hoc enim verbum non solum panem fieri corpus Domini significat, sed etiam fidem nostram excitat, ut illud corpus sub specie panis videndum, tangendum, adorandum ostendi credamus. Quemadmodum Irenaeus, cum ait lib. 4. cap. 33.: *Accipiens panem suum corpus esse confitebatur, et temperamentum calicis suum sanguinem confirmavit*, non solum mutationem panis, et vini in corpus et sanguinem Christi exprimit, sed ipsam etiam Christi asseverationem, quae hanc nobis mutationem persuadet; sic qui corpus Christi in Eucharistia ostendi et repraesentari dicunt, non modo ieiune et exiliter loqui non videntur, sed etiam acriores Christi praesentis adorandi stimulos subiicere. Poterat ergo ratineri interpretatio Erasmi; sed quia viris eruditis displicuit, satius visum est quid sentirem in hac nota exponere. [In Addendis:] Quidquid hunc in locum dixi, eo dixi consilio, ut catholicam doctrinam defenderem, ac demonstrarem interpretationem Erasmi nihil prodesse Protestantibus. Sed tamen fatendum est clariorem esse interpretationem Ducaei et ad cavillationes vitandas utiorem. Quare illius annotatio dignissima est quae legatur.

d. *τί δὲ αὐτήν*. Reg. secundus *τίς δὲ αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν λόγος* etc. Duo mss. *τὴν χρῆσιν, olei usum.* Mox unus codex *ἄλλα τε ὅσα.*

e. *ἀπειμεργάστῳ*. Duo mss. *ἀπειμέργῳ*. Mox editi *ἐκεῖνοι*. Quatuor mss. ut in textu.

f. *τὸ σεμνόν*. Sic mss. sex. Editi *τὰ σεμνά*. Paulo post editi *θριαμβεύειν*. Scriptura, quam in textu posuimus, visa est potior, ac trium codicum auctoritate nititur.

T. III. p. 55. σιν; ἢ τίποτε βουλόμενος ὁ μέγας Μωϋσῆς οὐ πᾶσι βάσιμα εἶναι τὰ τοῦ ἱεροῦ πάντα πεποίηκεν, ἀλλ' ἔξω μὲν ἁγίων ἔστησε περιβόλων τοὺς βεβήλους, τὰς δὲ πρώτας αὐλὰς τοῖς καθαρωτέροις ἀνεὶς τοὺς Λευίτας μόνους ἀξίους ἔκρινε τοῦ θείου θεραπευτάς, σφάγια δὲ καὶ ὁλοκαυτώσεις καὶ τὴν λοιπὴν ἱερουργίαν τοῖς ἱερεῦσιν ἀποκληρώσας ἕνα τῶν πάντων [a]ἔκκριτον εἰς τὰ ἄδυτα παραδέχεται, καὶ οὐδὲ τοῦτον διὰ παντός, ἀλλὰ κατὰ μίαν μόνην τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραν, καὶ ταύτης ὥραν τακτὴν εἰσιτητὸν αὐτῷ κατασήσας, ὥστε διὰ τὸ ἀπεξενωμένον καὶ ἄηθες θαμβούμενον ἐποπτεύειν τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, εὖ εἰδὼς ὑπὸ σοφίας τῷ μὲν πεπατημένῳ καὶ αὐτόθεν ληπτῷ πρόχειρον οὖσαν τὴν καταφρόνησιν, τῷ δὲ ἀνακεχωρηκότι καὶ σπανίῳ φυσικῶς πως παρεζευγμένον τὸ περισπούδαστον; κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ τὰ [b]περὶ τὰς ἐκκλησίας ἐξαρχῆς διαθεσμοθετήσαντες ἀπόστολοι καὶ πατέρες ἐν τῷ κεκρυμμένῳ καὶ ἀφθέγκτῳ τὸ σεμνὸν τοῖς μυστηρίοις ἐφύλασσον. οὐδὲ γὰρ ὅλως μυστήριον τὸ εἰς τὴν δημώδη καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἔκφορον. οὗτος ὁ λόγος τῆς τῶν ἀγράφων παραδόσεως, ὡς μὴ [c]καταμεληθεῖσαν τῶν δογμάτων τὴν γνῶσιν εὐκαταφρόνητον τοῖς πολλοῖς γενέσθαι διὰ συνήθειαν. ἄλλο γὰρ δόγμα καὶ ἄλλο κήρυγμα, [d]τὸ μὲν γὰρ σιωπᾶται, [c]τὰ δὲ κηρύγματα δημοσιεύεται.

T. III. p. 56. σιωπῆς δὲ εἶδος καὶ ἡ ἀσάφεια, ᾗ κέχρηται ἡ γραφὴ δυσθεώρητον κατασκευάζουσα τῶν δογμάτων τὸν νοῦν πρὸς τὸ τῶν ἐντυγχανόντων λυσιτελές. τούτου χάριν πάντες μὲν ὁρῶμεν κατ' ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν προσευχῶν, ὀλίγοι δὲ ἴσμεν ὅτι τὴν ἀρχαίαν ἐπιζητοῦμεν πατρίδα, τὸν παράδεισον, ὃν ἐφύτευσεν ὁ θεὸς ἐν Ἐδὲμ κατ' ἀνατολάς[1]). ὀρθοὶ μὲν πληροῦμεν τὰς εὐχὰς ἐν τῇ μιᾷ τοῦ σαββάτου, τὸν δὲ λόγον οὐ πάντες οἴδαμεν. οὐ γὰρ μόνον ὡς συνανασταντες Χριστῷ καὶ τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλοντες ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς δεδομένης ἡμῖν χάριτος διὰ τῆς κατὰ τὴν προσευχὴν στάσεως

1) Gen. 2, 8.

a. ἔκκριτον. Ita editi et duo mss. Alii ἔγκριτον. Habent duo codices ἕνα τὸν πάντων. Paulo post editi μίαν μόνον. Sed mss. ut in textu.

b. περὶ τὰς ἐκκλησίας. Tres codices περὶ τῆς ἐκκλησίας.

c. καταμεληθεῖσαν. Sic mss. tres, melius quam editi καταμελετηθεῖσαν.

d. τὸ μὲν γὰρ σιωπᾶται. Sic duo codices mss., quibus favent alii quatuor, in quibus legitur τὰ μὲν σιωπᾶται. Editi τὰ μὲν δόγματα σιωπᾶται. Mirum autem videri possit, cur dicat Basilius dogmata sileri, cum constet Catholici dogmatis praedicationem in omnibus semper ecclesiis viguisse. Sed observandum est, id quod postea pluribus probabitur, Basilium de Scripturis potissimum loqui, in quibus plura dogmata traditione ad nos transmissa aut sileri ait aut obscuritate, quae est *silentii species*, involvi. In ipsa etiam ecclesia Catechumenis multa abscondi solebant; non statim admittebantur in ecclesiam, nec admissis statim tradebatur Symbolum, ut ait Origenes lib. 3. contra Celsum pag. 142. Idem Origenes, cum Christiana doctrina vocaretur a Celso κρύφιον δόγμα, *clancularium dogma*, respondet praedicationem Christianorum toti orbi notiorem esse, quam placita philosophorum; sed tamen fatetur, ut

sibi voluit magnus ille Moses? qui non omnia, quae erant in templo, T. III. p. 55. passus sit omnibus esse pervia, sed profanos extra sacros cancellos statuit; ac priora quidem atria purioribus permittens Levitas solos dignos censuit numinis ministerio, mactationes autem holocautomatumque oblationes et reliqua, quae ad rem sacram pertinent, sacerdotibus assignavit, atque unum ex omnibus selectum in adyta admisit, et ne hunc quidem semper, sed uno tantum die quotannis, quin et huius diei certam horam, qua fas esset ingredi, praestituit, quo proter novitatem et insolentiam cum stupore intueretur Sancta Sanctorum, probe sciens pro sua sapientia res usu tritas et ex se obvias expositas esse contemtui, rebus vero, quae sepositae sunt ac rarae, quodammodo naturaliter coniunctam esse summam admirationem ac studium. Ad eundem profecto modum et qui initio certos Ecclesiae ritus praescripserunt Apostoli et patres, in occulto silentioque mysteriis suam servavere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Haec est ratio, cur quaedam citra scriptum tradita sint, ne dogmatum notitia neglecta propter assuetudinem vulgo veniret in contemtum. Aliud utique est dogma, aliud praedicatio. Nam dogmata silentur, praedicationes vero publicantur. Est autem silentii species etiam obscuritas, qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam, idque ad T. III. p. 56. legentium utilitatem. Hanc ob causam omnes spectamus ad orientem, cum precamur, pauci tamen novimus, quod id facientes antiquam requirimus patriam, videlicet paradisum, quem plantavit Deus in Eden ad orientem. Erecti itidem perficimus deprecationes in una sabbati, sed rationem non omnes novimus. Non enim solum quod veluti simul cum Christo resuscitati quae sursum sunt quaerere debeamus, in die resurrectionis datae nobis gratiae stando precantes nosmet ipsos

apud philosophos, ita etiam apud Christianos nonnulla esse veluti interiora, quae post exteriorem et propositam omnibus doctrinam tradantur, lib. 1. pag. 7. In libro autem 3. pag. 143. sit, quae maxime praeclara et divina sunt, palam et aperte praedicari, si adsint prudentes auditores, sin autem lacte indigeant, profundiora illis abscondi et sileri.

e. *τὰ δὲ κηρύγματα.* Videntur hoc nomine designari leges ecclesiasticae et canonum decreta, quae promulgari in ecclesia mos erat, ut nominem laterent. Basilius in Epist. alias 244 [nunc 270. p. 417 A] *κήρυγμα* vocat canonem a se in raptores editum. Eodem nomine designantur in Epist. al. 72 [nunc 251. p. 387 B], quae Eustathius adversus Eunpium et alios Arianos in litteris ad omnem fraternitatem missis scripserat. *κήρυγμα* dicitur ieiunii Quadragesimae per totum orbem promulgatio, Homil. 2. de ieiunio, p. 11 C. Erant tamen *κηρύγματα* sive praedicationes nonnullae, quarum cognitio non omnibus pateret. Preces liturgiae, quibus non interierant Catechumeni, vocantur praedicationes in Epist. al. 241 [nunc 115. p. 244 C]: *Meministi enim procul dubio,* inquit Basilius, *praedicationum ecclesiasticarum, fidelis cum sis Dei gratia, in quibus et pro fratribus peregre constitutis precamur* etc. Dicebat initio huius capitis ex dogmatibus et praedicationibus ecclesiasticis alia ex Scripturis, alia ex arcana Apostolorum traditione ad nos pervenisse.

T. III. p. 56. ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκομεν, ἀλλ' ὅτι δοκεῖ πως τοῦ προσδοκωμένου αἰῶνος εἶναι εἰκών, διὸ καὶ ἀρχὴ οὖσα ἡμερῶν αὐτὴ πρώτη παρὰ Μωϋσέως, ἀλλὰ μία ὠνόμασται. ἐγένετο γάρ, φησίν, ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία[1]), ὡς τῆς αὐτῆς ἀνακυκλουμένης πολλάκις. καὶ μία τοίνυν ἡ αὐτὴ καὶ ὀγδόη, τὴν μίαν ὄντως ἐκείνην καὶ ἀληθινὴν ἀφθέγγ., ἧς καὶ ὁ ψαλμῳδὸς ἔν τισιν ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν[2]) ἐπεμνήσθη, δι' ἑαυτῆς ἐμφανίζουσα, τὴν μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον κατάστασιν, τὴν ἄπαυστον ἡμέραν, τὴν ἀνέσπερον, τὴν ἀδιάδοχον, τὸν ἄληκτον ἐκεῖνον καὶ ἀγήρω αἰῶνα. ἀναγκαίως οὖν τὰς ἐν αὐτῇ προσευχὰς ἑστῶτας ἀποπληροῦν τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους ἡ ἐκκλησία παιδεύει, ἵνα τῇ συνεχεῖ ὑπομνήσει τῆς ἀτελευτήτου ζωῆς τῶν πρὸς τὴν μετάστασιν ἐκείνην ἐφοδίων μὴ ἀμελῶμεν. καὶ πᾶσα δὲ ἡ πεντηκοστὴ τῆς [a]ἐν τῷ αἰῶνι προσδοκωμένης ἀναστάσεώς ἐστιν ὑπόμνημα. ἡ γὰρ μία ἐκείνη καὶ πρώτη ἡμέρα ἑπτάκις ἑπταπλασιασθεῖσα τὰς ἑπτὰ τῆς ἱερᾶς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας ἀποτελεῖ, ἐκ πρώτης γὰρ ἀρχομένη εἰς τὴν αὐτὴν καταλήγει, δι' ὁμοίων τῶν ἐν τῷ μέσῳ ἐξελιττομένη πεντηκοντάκις. διὸ καὶ [b]αἰῶνα μιμεῖται τῇ ὁμοιότητι, ὥσπερ ἐν κυκλικῇ κινήσει ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχομένη σημείων καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καταλήγουσα. ἐν ᾗ τὸ ὀρθὸν σχῆμα τῆς προσευχῆς προτυμῶν οἱ θεσμοὶ τῆς ἐκκλησίας ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν, ἐκ τῆς ἐναργοῦς ὑπομνήσεως οἱονεὶ μυστικίζοντες ἡμῶν τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν παρόντων ἐπὶ τὰ μέλλοντα. καὶ [c]καθ' ἑκάστην δὲ γονυκλισίαν καὶ διανάστασιν ἔργῳ δείκνυμεν, [c]ὅτι διὰ τῆς ἁμαρτίας εἰς γῆν κατερρύημεν, καὶ διὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν ἀνεκλήθημεν.

T. III. p. 57. Ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα [d]τὰ ἔγγραφα τῆς ἐκκλησίας μυστήρια διηγούμενον. ἐῶ ταῦτα· αὐτὴν δὲ τὴν ὁμολογίαν [e]τῆς πίστεως εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα ἐκ ποίων γραμμάτων ἔχομεν;

1) Gen. 1, 5. 2) Ps. 6, 1; 12 [11. LXX.], 1.

a. *ἐν τῷ αἰῶνι.* Editio Paris. *ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι.* Sed hoc additamentum nec necessarium videtur, nec in ullo ex nostris codicibus reperitur, nec in edit. Basil.

b. *αἰῶνα.* Reg. secundus *αἰῶνας.*

c. *ὅτι διά.* Tres mss. *ὅτι καὶ διά.*

d. *τὰ ἄγραφα*, id est in Scripturis sacris non praescripta. Non enim hoc loco statuit Basilius, quod ab eo eruditorum nonnulli, in his praestantissimus scriptor Eusebius Renaudot Liturg. Orient. dissert. 1. cap. 2., doceri existimant, Eucharistiae et baptismi et aliorum sacramentorum preces et ritus ne in ecclesiis quidem ad sacerdotum usum scripta servari. Merito illud quidem ex hoc capite colligitur, summam olim adhibitam fuisse cautionem, ne quid de mysteriis non solum ad Gentiles, sed etiam ad Catechumenos permanaret; ac recte observat scriptor modo laudatus, mysteria initiandis viva voce exponi, initiatis breviter et obscurinscule in concionibus indicari solita, cum hac *ἀποσιωπήσεως* formula: *Norunt initiati.* Periscommode enim fuissent vulgata quae Catechumenis spectare non licebat; nec leve periculum erat, ne vilescerent mysteria, si violata arcani sanctitas fuisset. Sed tamen Basilius dum scripta negat haec instituta, non de veterum scriptorum libris, non de Liturgiis scripto consignatis, sed de Scripturis sanctis loquitur. Liquet 1° Pneumatomachos,

commonefacimus, sed quod is dies videatur aliquo modo imago venturi saeculi. Eoque cum sit principium dierum, non primus a Mose, sed unus appellatus est. *Facta est* enim, inquit, *vespera, et factum est mane, dies unus*, tanquam qui saepe recurrat. Igitur unus est idem et octavus, unum illum singularem ac verum octavum, cuius et Psalmista in quibusdam Psalmorum inscriptionibus meminit, per se significans, statum videlicet hoc tempus sequuturum, diem non desituram, vesperae nescium, successoris expertem, aevum illud nunquam finiendum nec unquam senescens. Necessario igitur in hoc die Ecclesia suos alumnos docet preces suas stando absolvere, ut assidua commonitione vitae illius nunquam desiturae non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. Quin et totum illud quinquaginta dierum tempus admonitio est resurrectionis, quam in altero saeculo exspectamus. Nam unus ille et primus dies septies multiplicatus septem sacrae Pentecostes hebdomadas absolvit. A primo enim incipiens in eundem desinit, per similes qui in medio intercedunt dies quinquagies evolutus. Unde et aeternitatem similitudine refert, dum velut in motu circulari ab iisdem orsus signis in eadem desinit. Quo in die corporis erecto habitu precari potius nos Ecclesiae ritus docuerunt, nimirum per evidentem commonitionem quasi transferentes mentem nostram a praesentibus ad futura. Insuper et quoties genua flectimus et rursus erigimur, ipso facto ostendimus, quod ob peccatum in terram delapsi sumus et per humanitatem eius, qui creavit nos, in caelum revocati sumus. T. III. p. 66.

67. Deficiet me dies, si Ecclesiae mysteria citra scriptum tradita pergam recensere. Omitto caetera. Ipsam fidei professionem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum e quibus habemus scriptis? T. III. p. 57.

dam glorificandi modum οὐκ ἄγραφον reiiciunt, hoc tantum nomine argutias suas praetexuisse, quod in Scripturis non legeretur *cum sancto Spiritu*. Hinc Basilius illis instituta non scripta opponit, in primis invocationis verba, quae quidem negat ab ullo sanctorum fuisse scripta, quia nec apud Apostolum nec in Evangelio commemorantur. Saepe alias apud Basilium ἄγραφα dicuntur, quae non exstant nominatim in Scripturis. In libro sive epistola de Fide Moralibus praefixa, cum quidam ab eo postulassent ὁμολογίαν ἔγγραφον, *confessionem ex Scripturis petitam*, p. 224 B. C. profitetur se non usurum verbis ἀγράφοις, id est, quae in Scripturis non legantur. Unde Consubstantiale in illa fidei confessione non reperitur. Ariani apud Athanasium lib. de decret. Nic. [p. 224 A. et saep.] querentur quod Nicaeni patres ἀγράφους λέξεις, *dictiones non scriptas*, admisissent. 2°. Nihil veri dixisset Basilius, si confessionem fidei in Patrem et Filium et Spiritum sanctum et alia eiusmodi instituta, quae vocat ἄγραφα, nullo prorsus scripto consignata esse contendisset. Horum enim non infrequens apud antiquos scriptores mentio. Quinetiam ipse Basilius glorificandi modum, quem inter ἄγραφα instituta numerandum fatetur, in scriptis veterum Patrum saepe occurrere demonstrat cap. 29. Frustra ergo sententiae suae praesidium a Basilio petunt qui preces Liturgiae sero admodum contendunt litteris mandatas fuisse.

e. τῆς πίστεως. Editi addunt πιστεύειν, quod sua sponte incommodum, ac in tribus mss. deest.

T. III. p. 51. εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς τοῦ βαπτίσματος παραδόσεως κατὰ τὸ τῆς εὐσεβείας ἀκόλουθον ὡς βαπτιζόμεθα οὕτω καὶ πιστεύειν ὀφείλοντες ὁμοίαν [a]τῷ βαπτίσματι τὴν ὁμολογίαν κατατιθέμεθα, συγχωρησάτωσαν καὶ ἡμῖν ἐκ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας ὁμοίαν τῇ πίστει τὴν δόξαν ἀποδιδόναι· εἰ δὲ τὸν τρόπον τῆς δοξολογίας ὡς ἄγραφον παραιτοῦνται, δότωσαν ἡμῖν τῆς τε κατὰ τὴν πίστιν ὁμολογίας καὶ τῶν λοιπῶν ὧν ἀπηριθμησάμεθα ἐγγράφους τὰς ἀποδείξεις. εἶτα τοσούτων ὄντων ἀγράφων καὶ τοσαύτην ἐχόντων τὴν ἰσχὺν εἰς τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, μίαν λέξιν ἡμῖν ἐκ πατέρων εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσαν οὐ συγχωρήσουσιν, ἣν ἡμεῖς ἐκ τῆς ἀνεκπιτηδεύτου συνηθείας ταῖς ἀδιαστρόφοις τῶν ἐκκλησιῶν ἐναπομείνασαν εὕρομεν, οὐ μικρὸν τὸν λόγον [b]ἔχουσαν οὐδὲ βραχεῖαν συντέλειαν εἰς τὴν τοῦ μυστηρίου δύναμιν [b]εἰσφερομένην;

Εἴρηται μὲν οὖν τις ἡ δύναμις ἑκατέρας τῆς ἐκφωνήσεως, εἰρήσεται δὲ καὶ πάλιν ὅπη τε συμφωνοῦσιν ἀλλήλαις καὶ ὅπη διίστανται, οὐκ ἀπομαχόμεναι πρὸς ἐναντίωσιν, ἀλλ' ἴδιον ἑκατέρα τὸν νοῦν εἰσφερομένη πρὸς τὴν εὐσέβειαν. ἡ μὲν γὰρ ἐν τὰ πρὸς ἡμᾶς παρίστησι μᾶλλον, ἡ δὲ σὺν τὴν πρὸς Θεὸν κοινωνίαν τοῦ πνεύματος ἐξαγγέλλει. διόπερ ἀμφοτέραις κεχρήμεθα ταῖς φωναῖς, τῇ μὲν τὸ ἀξίωμα τοῦ πνεύματος παριστῶντες, τῇ δὲ τὴν χάριν τὴν παρ' ἡμῖν [a]διαγγέλλοντες. οὕτω καὶ ἐν τῷ πνεύματι τὴν δόξαν προσάγομεν τῷ Θεῷ καὶ σὺν τῷ πνεύματι, οὐδὲν ἡμέτερον λέγοντες, ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ κανόνος, τῆς τοῦ κυρίου διδασκαλίας, ἐπὶ τὰ προσεχῆ καὶ ἀλλήλων ἐχόμενα καὶ ἀναγκαίαν [d]ἐν τοῖς μυστηρίοις τὴν συνάφειαν ἔχοντα τὴν φωνὴν μεταφέροντες. τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος συναριθμηθὲν ἀναγκαίως ᾠήθημεν δεῖν καὶ ἐπὶ τῆς πίστεως συναρμόσαι, τὴν δὲ ὁμολογίαν τῆς πίστεως οἷον ἀρχήν τινα καὶ μητέρα τῆς δοξολογίας ἐποιησάμεθα. ἀλλὰ τί χρὴ ποιεῖν; νῦν γὰρ ἡμᾶς διδασκέτωσαν μὴ βαπτίζειν ὡς παρελάβομεν, ἢ μὴ πιστεύειν ὡς ἐβαπτίσθημεν, ἢ μὴ δοξάζειν ὡς πεπιστεύκαμεν. δεικνύτω γάρ τις ἢ ὡς οὐκ ἀναγκαία καὶ ἄῤῥηκτος ἡ πρὸς ἄλληλα τούτων ἀκολουθία, ἢ ὡς οὐχὶ ἡ ἐν τούτοις καινοτομία τοῦ παντός ἐστι κατάλυσις. ἀλλ' οὐ παύονται ἄνω καὶ κάτω θρυλλοῦντες τὴν ἀμάρτυρον καὶ ἄγραφον καὶ ὅσα τοιαῦτα τὴν σὺν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ δοξολογίαν. εἴρηται μὲν οὖν ὅτι ταὐτόν ἐστι πρὸς διάνοιαν εἰπεῖν δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι. οὔτε οὖν τὴν καὶ συλλαβὴν ἐξ αὐτῆς τοῦ κυρίου φωνῆς προελθοῦσαν ἀθετῆσαί τινι ἢ διαγράφειν οἷόν τε, καὶ τὴν ἰσοδυναμοῦσαν αὐτῇ οὐδὲν τὸ κω-

a. τῷ βαπτίσματι. Male in editione Paris. ἐν τῷ βαπτίσματι, quod ope veterum librorum emendavimus. Paulo post tres mss. ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης.

Etenim si quoniam ex baptismi traditione iuxta pietatis consequutionem ut baptizamur ita et credere debemus, similem baptismo professionem exhibemus, concedant etiam nobis, ut iuxta eandem consequentiam glorificationem fidei consimilem persolvamus. Quod si glorificandi modum veluti scripto non traditum reiiciunt, proferant nobis et professionis fidei et caeterorum, quae commemoravimus, probationem e Scripturis. Adhaec cum tam multa sint, quae scripto prodita non sunt et tantum habent momenti ad pietatis mysterium, unicam dictiunculam, quae a maioribus ad nos devenit, non concedent, quam nos ex inaffectata consuetudine in ecclesiis, quae perversae et corruptae non sunt, permanentem invenimus, haud mediocrem rationem habentem neque mediocre adiumentum ad mysterii vim afferentem? T. III. p. 57.

68. Dictum quidem est quae sit vis utriusque pronuntiationis. Dicetur autem et rursum ubi concordent inter sese et ubi differant, non quod inter se pugnent per contrarietatem, sed quod utraque peculiarem afferat intellectum ad pietatem. Nam praepositio *in* ea, quae ad nos spectant, magis declarat, at praepositio *cum* exprimit communionem Spiritus cum Deo. Quapropter vocibus ambabus utimur, altera quidem dignitatem Spiritus exprimentes, altera gratiam, quae in nobis est, enuntiantes. Sic et in Spiritu et cum Spiritu offerimus gloriam Deo, nihil ex nobis dicentes, sed ex tradita a Domino doctrina velut e regula ad ea, quae coniuncta sunt sibique invicem cohaerent ac necessariam in mysteriis copulationem habent, dictionem transferentes. Nam eum, qui in baptismate connumeratus est, necessario iudicamus et in fide oportere copulari. Professionem autem fidei velut initium quoddam ac matrem glorificationis fecimus. Sed quid faciendum est? Nunc enim doceant nos, ne baptizemus quemadmodum accepimus, aut ne credamus quemadmodum baptizati sumus, aut ne glorificemus quemadmodum credimus. Demonstret enim aliquis, aut non esse necessariam et indivulsam horum inter se consequentiam, aut in hisce novitatem non esse totius destructionem. At non desinunt isti sursum deorsum iactare, glorificationem cum sancto Spiritu carere testimonio, carere Scriptura et alia huiusmodi. Dictum est quidem nihil referre ad sensum, sive dicas Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, sive dicas Gloria Patri et Filio cum sancto Spiritu. Non igitur fas est cuiquam syllabam *et* ex ore Domini profectam reiicere aut expungere, nec quidquam vetat alteram, quae idem pollet, reci-

b. εἰσφερομένην. Ita mss. sex. Editi φερομένην.

c. διαγγέλλοντες. Ita omnes nostri codices mss. Editi ἐξαγγέλλοντες.

d. ἐν τοῖς μυστηρίοις. Praepositio addita ex sex mss.

T. III. p. 57. λόον [a] καταδεχθῆναι· ἣν ὅπως ἔχει πρὸς ἐκείνην διαφορᾶς τε καὶ ὁμοιότητος ἐν τοῖς κατόπιν ἐδείξαμεν. βεβαιοῖ δὲ ἡμῖν τὸν λόγον
T. III. p. 58. καὶ ὁ ἀπόστολος ἀδιαφόρως ἑκατέρᾳ τῇ φωνῇ κεχρημένος, νῦν μὲν λέγων· ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ θεοῦ ἡμῶν[1]), πάλιν δέ· συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ κυρίου Ἰησοῦ[2]), οὐδὲν διαφέρειν ἡγούμενος τῷ συνδέσμῳ ἢ τῇ προθέσει πρὸς τὴν τῶν ὀνομάτων συμπλοκὴν ἀποχρήσασθαι.

Ὅτι ἃ περὶ τῶν ἀνθρώπων λέγει ἡ γραφὴ ὡς συμβασιλευόντων Χριστῷ, ταῦτα περὶ τοῦ πνεύματος οὐ συγχωροῦσιν οἱ ἀντιλέγοντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ἴδωμεν δὲ καὶ εἴ τινα ἀπολογίαν τοῖς πατράσιν ἡμῶν τῆς χρήσεως ταύτης ἐπινοήσομεν, οἱ γὰρ τὴν ἀρχὴν παρασχόντες τῷ λόγῳ μᾶλλον ἡμῶν ὑπόκεινται τοῖς ἐγκλήμασι. Παῦλος τοίνυν Κολοσσαεῦσι γράφων· καὶ ὑμᾶς, φησί, νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ συνεζωοποίησε [b] τῷ Χριστῷ[3]). ἆρα οὖν λαῷ μὲν ὅλῳ καὶ ἐκκλησίᾳ ἐχαρίσατο ὁ θεὸς τὴν σὺν Χριστῷ ζωήν, τῷ δὲ ἁγίῳ πνεύματι οὐχὶ σὺν Χριστῷ ἡ ζωή; [c] εἰ δὲ τοῦτο καὶ διανοίᾳ λαβεῖν ἀσεβές, πῶς οὐχ ὅσιον ὡς ἔχει φύσεως οὕτω καὶ τὴν ὁμολογίαν συνημμένως ἀποδιδόναι; εἶτα πῶς οὐ τῆς ἐσχάτης ἀναλγησίας τοὺς μὲν ἁγίους ὁμολογεῖν σὺν Χριστῷ εἶναι (εἴπερ δὴ Παῦλος ἐκδημήσας [d] ἀπὸ τοῦ σώματος ἐνδημεῖ πρὸς τὸν κύριον[4]), καὶ ἀναλύσας σὺν Χριστῷ ἐστιν ἤδη[5])), τῷ δὲ πνεύματι τούτους μηδὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐξίσου μετὰ Χριστοῦ εἶναι τόγε εἰς αὐτοὺς ἧκον μεταδιδόναι; καὶ Παῦλος θεοῦ μὲν συνεργὸν ἑαυτὸν ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ εὐαγγελίου καλεῖ[6]), τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' οὗ ἐν πάσῃ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καρποφορεῖται τὸ εὐαγγέλιον, ἐὰν συνεργὸν εἴπωμεν, [e] κἀνταῦθα ἀσεβείας γραφὴν καθ' ἡμῶν ἀπενέγκαιντο; καὶ ὡς ἔοικεν, ἡ μὲν ζωὴ τῶν ἠλπικότων ἐπὶ κύριον κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ θεῷ, καὶ ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ αὐτοὶ σὺν αὐτῷ φανερωθήσονται ἐν δόξῃ[7]), αὐτὸ δὲ τὸ πνεῦμα τῆς ζωῆς τὸ ἐλευθερῶσαν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας[8]) οὐδαμῶς ἐστι σὺν Χριστῷ οὔτε ἐν

1) 1. Cor. 6, 11. 2) 1. Cor. 5, 4. 3) Col. 2, 13. 4) 2. Cor. 5, 8. 5) Phil. 1, 23. 6) 1. Cor. 3, 9. 7) Col. 3, 3. 4. 8) Rom. 8, 2.

a. καταδεχθῆναι. Reg. secundus παραδεχθῆναι. Paulo post idem codex ἐν τοῖς κατόπιν ἐδιδάξαμεν.

b. τῷ Χριστῷ. Editi σὺν τῷ Χριστῷ,

pere; quae quomodo cum illa vel conveniat vel discrepet, superius demonstravimus. Confirmat autem sententiam nobis et Apostolus, indifferenter utraque voce utens, interdum ita loquens: *In nomine Domini Iesu Christi et in Spiritu Dei nostri*, ac rursus: *Congregatis vobis et meo Spiritu cum virtute Domini Iesu*, nihil interesse ratus, sive coniunctione sive praepositione ad nominum coniunctionem utaris. T. III. p. 51. T. III. p. 58.

Quod quae de hominibus dicit Scriptura tanquam una cum Christo regnantibus, ea de Spiritu dici non concedunt adversarii.

CAPUT XXVIII.

69. Videamus porro an defensionem aliquam patribus nostris super huiusmodi usu possimus excogitare. Nam qui nobis ita loquendi fuerunt auctores, magis quam nos haerent in crimine. Paulus igitur Colossensibus scribens: *Et vos*, inquit, *cum essetis mortui delictis ac praeputio, vivificavit simul cum Christo.* Num igitur toti populo et Ecclesiae donavit Deus vitam, quae est cum Christo, sancto autem Spiritui non est vita cum Christo? Quod si istud vel animo concipere impium est, an non pium fuerit, ut habet natura, ita etiam professionem coniunctim persolvere? Adhaec an non extremi stuporis est, fateri sanctos esse cum Christo (siquidem Paulus peregrinans a corpore praesens est apud Dominum, et ubi emigravit iam cum Christo est), hos vero Spiritui, quantum quidem in ipsis est, neque hoc tribuere, ut aeque saltem atque homines cum Christo sit? Quin et Paulus se ipsum Dei cooperatorem appellat in administratione Evangelii; sed Spiritum sanctum, per quem in omni creatura, quae sub caelo est, frutificat Evangelium, si cooperatorem appellemus, hic quoque impietatis nos reos peragent? Et ut videtur, *vita* sperantium in Domino *abscondita est cum Christo in Deo, cumque Christus apparuerit, vita nostra*, tum et ipsi cum eo apparebunt in gloria; ipse autem Spiritus vitae, qui liberavit nos a lege peccati, nequaquam est cum Christo,

quae praepositio deest in duobus melioris notae codicibus.

c. *εἰ δὲ τοῦτο καί.* Sic iidem duo codices modo citati. Quatuor alii *εἰ δὲ καὶ τοῦτο.* Editi *εἰ δὲ καὶ τοῦτο καί.* Paulo post editi *πῶς οὐχὶ καὶ τῆς ἐσχάτης.* Veteres libri ut in textu.

d. *ἀπὸ τοῦ σώματος.* Ita mss. codices. Editi *ἐκ τοῦ σώματος.* Paulo post editi *οἷον τόγε εἰς αὐτοὺς . . . καὶ ἐν πάσῃ τῇ.* Codices mss. ut in textu et prima Basileensis editio.

e. *κἀνταῦθα.* Hanc vocem, quae deerat in editis, addidimus ex mss. codicibus.

T. III. p. 58. λανθανούσῃ καὶ κεκρυμμένῃ σὺν αὐτῷ ζωῇ οὔτε ἐν τῇ φανερώσει τῆς δόξης, ἣν ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς ἁγίοις ἐκφανήσεσθαι προσδοκῶμεν; κληρονόμοι θεοῦ καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ [1]) ἡμεῖς, τὸ δὲ πνεῦμα ἀπόκληρον καὶ ἄμοιρον τῆς κοινωνίας τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ; καὶ αὐτὸ μὲν τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν ὅτι ἐσμὲν τέκνα θεοῦ [2]), ἡμεῖς δὲ τῷ πνεύματι οὐδὲ ἦν παρὰ τοῦ κυρίου μεμαθήκαμεν τῆς πρὸς θεὸν κοινωνίας τὴν μαρτυρίαν κατατιθέμεθα; τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς ἀνοίας, ἡμεῖς μὲν διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τῆς ἐν πνεύματι συνεγερθήσεσθαι αὐτῷ καὶ [a]συγκαθεδεῖσθαι ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐλπίζομεν, ὅταν μετασχηματίσῃ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν [3]) ἀπὸ τοῦ ψυχικοῦ πρὸς τὸ πνευματικόν, τῷ δὲ πνεύματι οὐ συνεδρίας, οὐ δόξης, οὐκ ἄλλου
T. III. p. 59. τινὸς ὧν ἔχομεν παρ' αὐτοῦ, μεταδίδομεν, ἀλλ' ὧν ἑαυτοὺς ἀξίους εἶναι κατὰ τὴν ἀψευδῆ τοῦ ἐπαγγειλαμένου δωρεὰν πεπιστεύκαμεν, τούτων οὐδενὸς τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὡς ὑπερβαίνοντος αὐτοῦ τὴν ἀξίαν παραχωροῦμεν; καὶ σοὶ μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐστὶ πάντοτε εἶναι σὺν τῷ κυρίῳ, καὶ προσδοκᾷς ἁρπαγεὶς ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν εἰς ἀέρα [4]) πάντοτε συνέσεσθαι τῷ κυρίῳ, τὸ δὲ πνεῦμα [b]νῦν ἀντιλέγεις εἶναι σὺν τῷ Χριστῷ, ὅς γε τὸν συναριθμοῦντα αὐτὸ καὶ συντάσσοντα πατρὶ καὶ υἱῷ ἐξόριστον τίθεσαι ὡς ἀφόρητα δυσσεβοῦντα;

Αἰσχύνομαι ἐπαγαγεῖν τὰ λειπόμενα, ὅτι σὺ μὲν συνδοξασθήσεσθαι Χριστῷ προσδοκᾷς, εἴπερ [1]γὰρ συμπάσχομεν ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν [5]), τὸ δὲ πνεῦμα τῆς ἁγιωσύνης οὐ συνδοξάζεις Χριστῷ ὡς οὐδὲ σοὶ τῶν ἴσων τυγχάνειν [c]ἄξιον. καὶ σὺ μὲν ἐλπίζεις συμβασιλεύειν, τὸ δὲ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίζεις, τὴν δούλου αὐτῷ καὶ ὑπηρέτου τάξιν ἀποκληρῶν. καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα τοσοῦτον δείξω ὀφειλόμενον εἶναι εἰς δοξολογίαν τῷ πνεύματι, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀγνωμοσύνην ἐλέγξω τῶν μηδὲ τοσοῦτον διδόντων, ἀλλ' ὡς ἀσέβειαν φευγόντων τὴν τοῦ πνεύματος πρὸς υἱὸν καὶ πατέρα κοινωνίαν τῆς δόξης. τίς δύναται ταῦτα ἀστενακτὶ παρελθεῖν; ἢ γὰρ οὐχὶ [d]προδήλως, ὥστε κἂν παιδὶ γενέσθαι γνώριμον, τὴν ἀπειληθεῖσαν τῆς πίστεως ἔκλειψιν προοιμιάζονται τὰ παρόντα; ἀμφίβολα γέγονε τὰ ἀναντίῤῥητα. πιστεύομεν εἰς τὸ πνεῦμα, καὶ ταῖς ἡμετέραις αὐτῶν ὁμολογίαις ζυγομαχοῦμεν. βαπτιζόμεθα, καὶ πάλιν μαχόμεθα. ὡς ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐπικαλούμεθα, καὶ ὡς

1) Rom. 8, 17. 2) Rom. 8, 16. 3) Phil. 3, 21. 4) 1. Thess. 4, 17. 5) Rom. 8, 17.

a. *συγκαθεδεῖσθαι*. Sic veteres libri pro eo quod erat in editis *συγκαθέζεσθαι*.

b. *νῦν ἀντιλέγεις*. Vocula *νῦν* ex veteribus mss. et prima Basileensi editione addita. Paulo post editi *ὥστε.. τίθεσθαι*. Quinque mss. ut in textu, quorum tamen

78. Has ob res silere utilius iudicavi quam loqui, tanquam hominis vox per tantos tumultus exaudiri non possit. Nam si vera sunt, quae dixit Ecclesiastes, verba sapientum in quiete audiri, plurimum abest ut in hoc statu rerum de his loqui conveniat. Me vero etiam illud propheticum dictum reprimit: *Intelligens in tempore illo tacebit, eo quod tempus malum est,* in quo alii quidem supplantant, alii vero insultant lapso, alii vero applaudunt, sed qui labascenti manum ex misericordia porrigat, nullus est; quamquam iuxta legem vetèrem ne T. III. p. 67.

a. *στιγματίας*. Ita mss. quatuor. Editi *στιγματίσας*.

b. *ἢ αὐτῷ*. Ita codices nostri omnes Editi *ἢ αὐτόν*.

c. *ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ*. Haec desunt in tribus mss. Legitur etiam in nonnullis codicibus *καιρὸς πονηρῶν ἐστιν*.

T. III. p. 67. τὸν παλαιὸν νόμον οὐδ' ὁ τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ πεπτωκὸς ὑπὸ [a]τὸν γόμον παραδραμὼν ἀκατάγνωστος[1]). ἀλλ' οὐχὶ τὰ νῦν τοιοῦτα. πόθεν; ὅπου γε διὰ πάντων τῆς ἀγάπης ψυγείσης ἀνήρηται μὲν ἀδελφῶν σύμπνοια, ὁμονοίας δὲ ἀγνοεῖται καὶ τοὔνομα, ἀνήρηνται δὲ ἀγαπητικαὶ νουθεσίαι, οὐδαμοῦ σπλάγχνον [b]χριστιανόν, οὐδαμοῦ δάκρυον συμπαθές. οὐκ ἔστιν ὁ τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβανόμενος, ἀλλὰ τοσοῦτον μῖσος τοῖς ὁμοφύλοις πρὸς ἀλλήλους ἐκκέκαυται, ὥστε μᾶλλον τοῖς τοῦ πλησίον πτώμασιν ἢ τοῖς οἰκείοις ἕκαστος κατορθώμασιν ἐπαγάλλονται. ὥσπερ δὲ ἐν ταῖς λοιμικαῖς συμπαθείαις καὶ οἱ κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν διαιτώμενοι τὰ ἴσα τοῖς ἄλλοις κάμνουσιν, ἐκ τῆς πρὸς τοὺς διεφθαρμένους ὁμιλίας τῆς [a]ἀῤῥωστίας ἀναπιμπλάμενοι· οὕτω καὶ νῦν πάντες ἀλλήλοις γεγόναμεν ὅμοιοι, ὑπὸ τῆς κατασχούσης τὰς ψυχὰς ἡμῶν φιλονεικίας πρὸς τὸν τῶν κακῶν ζῆλον ὑπενεχθέντες. ἐντεῦθεν ἀσύγγνωστοι μὲν καὶ πικροὶ κάθηνται τῶν ἀποτυγχανομένων ἐξεταστάι, ἀγνώμονες δὲ καὶ δυσμενεῖς τῶν κατορθουμένων κριταί· καὶ τοσοῦτον ὡς ἔοικε τὸ κακὸν ἡμῖν ἐνίδρυται, ὥστε καὶ τῶν ἀλόγων γεγόναμεν ἀλογώτεροι, εἴ γε ἐκεῖνα μὲν τὰ ὁμόφυλα ἀλλήλοις συναγελάζεται, ἡμῖν δὲ ὁ χαλεπώτατος πόλεμος πρὸς τοὺς οἰκείους ἐστί.

Τούτων μὲν οὖν πάντων ἕνεκεν σιωπᾷν ἔδει, ἀλλ' [a]ἀνθεῖλκε γὰρ ἑτέρωθεν ἡ ἀγάπη, οὐ ζητοῦσα τὸ ἑαυτῆς[2]) καὶ νικᾷν ἀξιοῦσα πᾶσαν καιρῶν καὶ πραγμάτων δυσχέρειαν, ἐδίδαξαν δὲ ἡμᾶς καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας παῖδες[3]) καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ συντιθεμένου τῇ εὐσεβείᾳ καθ' ἑαυτοὺς τὸ ἐπιβάλλον ἐκτελεῖν· οἵ γε ἐκ μέσης τῆς φλογὸς τὸν θεὸν ἀνύμνουν, μὴ λογιζόμενοι τὸ πλῆθος τῶν τὴν ἀλήθειαν ἀθετούντων, ἀλλ' ἀλλήλοις ἀρκούμενοι, τρεῖς ὄντες. διόπερ οὐδὲ ἡμῖν ὄκνον ἐνεποίησε τῶν πολεμίων τὸ νέφος, ἀλλὰ τὴν ἐλπίδα θέμενοι ἐπὶ τὴν βοήθειαν τοῦ πνεύματος ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ κατηγγείλαμεν τὴν ἀλήθειαν. ἢ πάντων ἂν ἦν σχετλιώτατον, τοὺς μὲν βλασφημοῦντας τὸ πνεῦμα οὕτως εὐκόλως πρὸς τὸν [a]εὐσεβῆ λόγον ἀποθρασύνεσθαι, ἡμᾶς δὲ τηλικοῦτον ἔχοντας συνασπιστὴν καὶ συνήγορον ὀκνεῖν τὸν λόγον [f]διακονεῖν τὸν ἐκ τῆς τῶν πατέρων παραδόσεως πρὸς ἡμᾶς ἀκολουθίᾳ μνήμης διασωθέντα. ἐπὶ πλεῖον δὲ ἡμῶν ἐπήγειρε τὴν ὁρμὴν τῆς τε ἀνυποκρίτου σου ἀγάπης τὸ διάπυρον καὶ τὸ τοῦ τρόπου ἐμβριθὲς καὶ ἡσύχιον, ἐγγυώμενον μὴ εἰς πολλοὺς ἐξοίσειν τὰ ῥη-

1) Exod. 23, 5. 2) 1. Cor. 13, 5. 3) Dan. 3, 12 sqq.

a. τὸν γόμον. Sic mss. codices. Editi τῶν γόμων.

b. χριστιανόν. Sic veteres libri. Editi χρηστόν.

is quidem, qui vel iumentum inimici sub onere collapsum praeterierit, caret reprehensione. Sed non itidem fit hisce temporibus. Quinam fieret? quando refrigerata omnium caritate, sublata est fratrum conspiratio, concordiae vero etiam nomen ignoratur; sublatae sunt autem etiam amicae admonitiones, nusquam viscera christiana, nusquam lacryma ex commiseratione. Non est qui infirmum in fide suscipiet, sed tantum odium inter tribules exarsit, ut quisque magis de proximi lapsibus, quam de propriis recte factis exsultet. Quemadmodum autem in contagiis pestilentiarum etiam ii, qui summa cura servant victus rationem, tamen iisdem morbis quibus alii laborant, dum ob consuetudinem eorum, qui corrupti sunt, opplentur ipsi aegrotatione; itidem nunc omnes similes inter nos facti sumus, a contentione, quae nostros animos occupavit, ad malorum aemulationem perducti. Hinc implacabiles et amari sedent erratorum examinatores, iniqui vero et malevoli recte factorum iudices, ac tantum ut videtur malum nobis insedit, ut ratione destituamur magis, quam ipsa animalia bruta, siquidem illa, quae sunt eiusdem generis, inter sese consociantur, at nobis atrocissimum bellum est adversus domesticos. T. III. p. 67.

79. Itaque propter has omnes causas silendum erat, sed in diversam partem retraxit caritas, non quaerens quod ipsius est ac vincere cupiens omnem temporum ac rerum difficultatem. Quin et pueri, qui fuerunt in Babylonia, docuerunt nos, etiamsi nemo sit qui pietati suffragetur, tamen privatim quod officii nostri est peragere; qui quidem ex incendio medio canebant hymnos Deo, haud reputantes multitudinem aspernantium veritatem, sed sibi invicem sufficientes, cum essent tres. Quapropter ne nos quidem deterruit hostium nubes, sed fixa spe in praesidio Spiritus cum omni fiducia veritatem annuntiavimus. Alioqui foret omnium miserrimum, eos, qui convitiis incessunt Spiritum, tam facile adversus piam doctrinam animo efferri ac insolescere, nos vero, qui talem habemus protectorem ac patronum, non audere doctrinam tradere, quae ex maiorum traditione perpetua memoriae serie ad nos usque servata fuit. Magis tamen excitavit impetum nostrum igneus caritatis tuae non fictae fervor morumque tuorum gravitas ac taciturnitas; quae res spondebant fore ut ea, quae dicturi

c. ἀῤῥωστίας. Duo Regii codices addunt πάσης. Non multo post editi ὑπαχθέντες. Codices mss. ut in textu.

d. ἀνθεῖλκε. Sic mss. codices. Editi ἀνθεῖλε.

e. εὐσεβῆ. Sic omnes nostri codices, exceptis tamen Regio secundo et Colbertino, in quibus desunt aliquot folia. Contra in editis legebatur ἀσεβῆ.

f. διακονεῖν. Deest ea vox in quatuor illis codicibus; sic tamen ut in ora Regii quarti legatur.

T. III. p. 61. θησόμενα, οὐχ ὡς ἄξια καταχρύπτεσθαι, ἀλλ' ὥστε μὴ εἶπτεσθαι τοῖς χοίροις τοὺς μαργαρίτας[1]). καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον· σοὶ δὲ εἰ μὲν ἀρκούντως ἔχει τὰ εἰρημένα, τοῦτο πέρας ἔστω τοῦ περὶ τούτων λόγου, εἰ δὲ ἐλλιπῶς ἔχειν δόξει, φθόνος οὐδεὶς φιλοτόνως προσεδρεύοντα τῇ ζητήσει δι' ἐρωτήσεως ἀφιλονείκου πραγτεθέναι τῇ γνώσει. δώσει γὰρ ὁ κύριος ἢ δι' ἡμῶν ἢ δι' ἑτέρων τῶν λειπομένων τὴν πλήρωσιν κατὰ τὴν ἐπιχορηγουμένην τοῖς ἀξίοις αὐτοῦ γνῶσιν ὑπὸ τοῦ πνεύματος.

1) Matth. 7, 6.

essemus, non prodirent in vulgus; non quod digna sint quae celentur, sed ne margaritae proiiciantur porcis. Et haec quidem hactenus. Quod si tibi de his satis dictum videtur, sit hic sermonis finis; sin minus, nulla invidia est studiose insidentem inquisitioni per interrogationem a contentione alienam aliquid addere cognitioni. Dabit enim Dominus aut per nos aut per alios eorum, quae desunt, complementum, iuxta scientiam, quae dignis subministratur a Spiritu. T. III. p. 67.

a. ἢ δι' ἡμῶν ἢ δι' ἑτέρων. Ita nostri codices mss. Editi δι' ἡμῶν, ἢ καὶ δι' ἑτέρων. Mox duo codices τῶν λειπόντων, alii duo τῶν λοιπῶν.

S. GREGORII THEOLOGI

OPERA DOGMATICA

SELECTA.

S. GREGORII THEOLOGI

ORATIO

DE DOGMATE ET CONSTITUTIONE EPISCOPORUM.

MONITUM.

T. I. p. 375. I. *Defunctis Gregorii parentibus ipse iuxta probabiliorem opinionem abdicata Nazianzenae Ecclesiae cura anno* 375. *Seleuciam se contulit. Ibi per triennium solitudini, vigiliis ac rerum caelestium contemplationi deditus hominibus fere incognitus mansit. Verum ob sanctitatis et eloquentiae famam plurimorum Praesulum votis expetitus et a Theodosio Magno in Constantinopolitana sede circa annum* 379. *collocatus eadem doctrinae ac pietatis semina in novam sibi creditam plebem sparsit. Invaserat tunc temporis Constantinopolim incredibilis quaedam quasi errorum cohors. Non tantum haeretici, sed ipsi etiam Catholici novas et periculosas de rebus divinis quaestiones agitabant. Ex opinionum diversitate oriebantur rixae et dissensiones, tantaque erat animorum vis et linguarum prurigo, ut de rebus sacris non solum templa, sed et fora et aedes continuo personarent.*

II. *Hanc temeritatem retundit Theologus, ac primo quidem eos praecipue carpit, qui nec sacrarum litterarum cognitione instructi nec vitae sanctitate commendabiles sibi Theologorum nomen arroganter adscribebant. Pluribus exemplis ex Scriptura prolatis ostendit, non cuique licitum esse Sancta Sanctorum adire vel spectare vel attingere, sed illis tantum, qui a Deo sunt vocati et se ipsos hostiam viventem, imo ipsum Dei vivi templum exhibuerint. Deinde fuse de sanctissima Trinitate disserit, et impia Sabellii Ariique dogmata doctrinae simul ac fidei gladio deturbat. Naturae unitatem in Deo cum Personarum distinctione invicte asserit, ac diserte exposita divinae humanaeque generationis differentia monet, Filii a Patre generatio-*

nem et sancti Spiritus processionem a Theologis non curiosius in- T. I. p. 375.
quirendam. Unde sapienter concludit: Vis Theologus fieri? Serva mandata, per Dei praecepta incede; actio enim gradus est ad contemplationem [1]).

III. *Inscribitur haec Oratio:* de Dogmate et Constitutione Episcoporum. *Verum inscriptio haec non satis accurata videtur. Nihil enim aut fere nihil hic* de Episcoporum Constitutione *agitur. Inscriptionem tamen non immutamus, cum in plerisque codicibus sola reperiatur. De hac re monuisse sufficiat. Caeterum teste Elia* [2]) *Constantinopoli habita est. Id etiam probatur rerum circumstantiis et annalium monumentis. Quo autem anno pronuntiata fuerit, id non satis iisdem testimoniis declaratur. Iuxta Billium in Eliae Commentariis (forsan manuscriptis) collocatur post secundam de Theologia Orationem. At, ut observat idem Billius, huic ordini repugnant omnes uno Eliano excepto quos viderit codices. Verisimile videtur habitam fuisse anno* 379. *Utrum autem primum debeat obtinere locum inter Gregorianas, quae Constantinopoli habitae sunt, affirmare veremur. Hanc tamen aliis praemittendam coniicimus, quod scilicet aliarum ac praecipue Theologicarum Gregorii Orationum veluti prooemium ab eruditis habeatur.*

1) Nr. 12.
2) Comment. in Greg. Naz. Oratt. lat. e versione Iac. Billii (Greg. Naz. Opp. ed. Bill. et Morell. Tom. II.).

[a]ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

[b]ΠΕΡΙ ΔΟΓΜΑΤΟΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑΣΤΑΣΕΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ.

ΛΟΓΟΣ Κ'.

T. I. p. 876. Ὅταν ἴδω τὴν νῦν γλωσσαλγίαν καὶ τοὺς αὐθημερινοὺς σοφοὺς καὶ τοὺς χειροτονητοὺς θεολόγους, οἷς ἀρκεῖ τὸ θελῆσαι μόνον πρὸς τὸ εἶναι σοφοῖς, ποθῶ τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν, καὶ σταθμὸν ἔσχατον ἐπιζητῶ κατὰ τὸν Ἱερεμίαν [1]), καὶ ἐμαυτῷ μόνῳ συγγενέσθαι βούλομαι. οὐδὲν γάρ μοι δοκεῖ [c]τοιοῦτον, οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γενόμενον, μηδενὸς τῶν ἀνθρωπίνων προσαπτόμενον ὅ τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα καὶ τῷ θεῷ ζῆν ὑπὲρ τὰ δρώμενα καὶ ἀεὶ τὰς θείας ἐμφάσεις καθαρὰς ἐν ἑαυτῷ [d]φέρειν ἀμιγεῖς τῶν κάτω χαρακτήρων καὶ πλανωμένων, οἷον ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον θεοῦ καὶ τῶν θείων [e]καὶ ὧν καὶ ἀεὶ γινόμενος, φωτὶ προσλαμβάνοντα φῶς καὶ ἀμαυροτέρῳ [f]τρανώτερον, μέχρις ἂν πρὸς τὴν πηγὴν ἔλθωμεν [g]τῶν τῇδε ἀπαυγασμάτων καὶ τύχωμεν τοῦ μακαρίου τέλους, [h]λυθέντων τῶν ἐσόπτρων τῇ ἀληθείᾳ· ὡς μόλις ἄν τις ἑαυτὸν ἢ μακρᾷ φιλοσοφίᾳ παιδαγωγήσας καὶ ἀποῤῥηγνὺς κατὰ μικρὸν τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς καὶ φωτοειδὲς τοῦ ταπεινοῦ καὶ σκότῳ συνεζευγμένου, ἢ

1) Ier. 9, 2.

a. [τοῦ — *Κωνσταντ.* e generali Orationum titulo huc transtulimus. E.]

b. *περὶ δόγματος.* Plures habent *περὶ δογμάτων.* Alii *περὶ δογμάτων, ἤτοι περὶ Θεολογίας, de Dogmatibus seu de Theologia.* Alii *περὶ δογμάτων, καὶ κατὰ ἐπισκόπων, de Dogmatibus et contra Episcopos.*

c. *τοιοῦτον.* Sic duo Regg. et Or. 1. In ed. *τοιοῦτο.*

d. *φέρειν.* Combef. *φέρει, in se ipso fert.*

e. *καὶ ὧν καὶ ἀεὶ γινόμενος.* Sic Coisl. 1. et Paris. In ed. *καὶ ὄν, καὶ ἀεὶ γινόμενον.*

f. *τρανώτερον.* Or. 1. *τρανότερον.*

g. *τῶν τῇδε ἀπαυγασμάτων.* Gregorius per *vitae huius radiorum fontem* in-

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

DE DOGMATE ET CONSTITUTIONE EPISCOPORUM.

ORATIO VIGESIMA.

1. Cum linguae pruriginem hac tempestate vigentem conspicio sapientesque diei unius momento exortos atque theologos electione ac suffragio effectos, quibus ad eruditionem comparandam satis est, si voluntatem solam afferant, philosophiae supremae desiderio teneor, ac iuxta Ieremiam *extremum quendam secessum* requiro, mecumque ipse solus vitae consuetudinem habere concupisco. Nihil enim potius mihi videtur, quam si sensibus compressis extra mundum et carnem positus, nihil rerum humanarum contingens nisi summa necessitate coactus, mecum ipse et cum Deo colloquens, sublimiorem iis rebus, quae adspectu sentiuntur, vitam traducam, ac divinas rerum species et imagines puras semper atque ab omnibus terrenis et errabundis simulacris immunes in me circumferam, ac efficiar semperque existam velut purissimum quoddam Dei rerumque divinarum speculum, ut lumen lumine et clarius obscuriori excipiam, donec tandem ad radiorum vitae huius fontem perveniamus, ac solutis per veritatem speculis beatum finem assequamur; adeo ut vix quispiam, etiamsi se ipsum vel diuturna philosophia ac disciplina exerceat animaeque nobilitatem et splendorem ab humilis et caliginosi corporis contagione paulatim abrumpat, vel divinum numen propitium sentiat, aut utrumque horum T. I. p. 376.

telligit Deum, qui in hac vita veluti radios claritatis suae in homines immittit, ita ut semper in se *divinas species seu imagines circumferant*. Quo sensu efficimur purissimum quoddam Dei rerumque divinarum speculum, in quo omnibus contemplari licet illius claritatis radios, cuius Deus fons est, ut omnis desiderii nostri impetus magis magisque ad illum fontem dirigatur.

b. ἀνθέντων. Coisl. 3. et Par. addunt ἡμῖν.

T. I. p. 376. Θεοῦ τυχὼν ἵλεω, ἢ καὶ ἄμφω ταῦτα, [a]καὶ μελέτην ὅτι μάλιστα ποιούμενος ἄνω βλέπειν, τῆς κατασπώσης ὕλης ἐπικρατήσειε. πρὶν δὲ ταύτην ὑπερσχεῖν ὅση δύναμις καὶ ἀνακαθᾶραι ἱκανῶς τά τε ὦτα καὶ τὴν διάνοιαν, ἢ ψυχῆς ἐπιστασίαν δέξασθαι ἢ θεολογίᾳ προσβαλεῖν οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι γινώσκω.

Καὶ ὅθεν εἰς τοῦτο ὑπῆχθην τὸ δέος, [b]ἵνα μή με τοῦ δέοντος δειλότερον ὑπολάβοιτε, ἀλλὰ καὶ ἐπαινῆτε τῆς προμηθείας.

T. I. p. 377. ἀκούω μὲν αὐτοῦ Μωϋσέως, ἡνίκα ἐχρηματίζεν αὐτῷ ὁ Θεός, ὅτι πλειόνων εἷς τὸ ὄρος προσκεκλημένων, ὧν εἷς ἦν καὶ Ἀαρὼν σὺν τοῖς παισὶν αὐτοῦ τοῖς δύο τοῖς ἱερεῦσιν, οἱ μὲν λοιποὶ πάντες προσκυνῆσαι πόρρωθεν ἐκελεύσθησαν, ἐγγίσαι δὲ Μωϋσῆς μόνος, οὐ συναναβῆναι δὲ ὁ λαός[1]). καὶ μικρὸν πρὸ τούτων τοὺς μὲν ἄλλους ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ σάλπιγγες καὶ ὅλον καπνιζόμενον τὸ ὄρος καὶ ἀπειλαὶ φρικώδεις καὶ τοιαῦτα δείματα ἵστη κάτω[2]), καὶ μέγα ἦν αὐτοῖς ἀκοῦσαι τῆς τοῦ Θεοῦ φωνῆς μόνον καὶ ταῦτα εὖ μάλα ἁγνισαμένοις· Μωϋσῆς δὲ καὶ ἄνεισι καὶ τῆς νεφέλης εἴσω χωρεῖ καὶ θεῷ συγγίνεται, καὶ δέχεται νόμον τοῖς μὲν πολλοῖς τὸν τοῦ γράμματος, τοῖς δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς τὸν τοῦ πνεύματος.

Γινώσκω δὲ Ἠλεὶ τὸν ἱερέα καὶ μικρὸν ὕστερον Ὀζάν τινα, τὸν μὲν καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν παίδων παρανομίας ἀπαιτηθέντα δίκην, ἣν ἐτόλμων κατὰ τῶν θυσιῶν, καὶ ταῦτα οὐκ ἀποδεχόμενον αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις ἐπιτιμήσαντα[3]), τὸν δὲ ὅτι τῆς κιβωτοῦ ψαῦσαι τολμήσας μόνον περισπασθείσης ὑπὸ τοῦ μόσχου τὴν μὲν περιεσώσατο, αὐτὸς δὲ ἀπώλετο[4]); φυλάσσοντός θηκαθὴ τοῦ Θεοῦ τῇ κιβωτῷ τὸ σεβάσμιον. οἶδα δ' ἐγὼ μηδὲ τῶν τοίχων τοῦ ἱεροῦ ψαῦσαι τοῖς πολλοῖς ὂν ἀσφαλές, καὶ διὰ τοῦτο ἕτερον [c]ἐδείθησαν τοίχων τῶν ἔξωθεν, μηδὲ τὰς θυσίας αὐτὰς ὑφ' ὧν καὶ ὅτε καὶ οὗ μὴ καθῆκον ἦν ἀναλίσκεσθαι, τοσούτου δεῖν πρὸς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων προσφοιτᾶν θαρροῦντα, [d]ἢ τὸ καταπέτασμα ἢ τὸ ἱλαστήριον ἢ τὴν κιβωτὸν ἢ προσβλέπειν εἶναι παντὸς ἢ προσάπτεσθαι.

Ταῦτα οὖν εἰδὼς ἐγώ, καὶ ὅτι μηδεὶς ἄξιος τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ θύματος καὶ ἀρχιερέως, ὃς μὴ πρότερον ἑαυτὸν παρέστησε τῷ θεῷ θυσίαν ζῶσαν[5]), μᾶλλον δὲ ναὸς ἅγιος ἐγένετο θεοῦ ζῶν-

1) Exod. 24, 1. 2. 2) Exod. 19, 16. 18. 3) 1. Sam. [1. Reg. LXX.] 2, 12—17. 22—25; 4, 18. 4) 2. Sam. [2. Reg. LXX.] 6, 6. 7. 5) Rom. 12, 1.

a. καὶ μελέτην ὅτι μάλιστα ποιούμενος ἄνω βλέπειν. Haec desunt in duo-

habeat ac mentem maxime cum diligentia ad caelestia dirigat, vix T. I. p. 376. inquam terrenam hanc molem deorsum trahentem superare poterit. Priusquam autem eam quantum fieri potest superaverimus animosque nostras et mentis aciem satis repurgaverimus, animarum curam suscipere aut ad rerum divinarum pertractationem accedere haudquaquam tutum esse duco.

2. Ac ne me forte timidiorem quam par sit existimetis, sed consilium potius nostrum prudentiamque comprobetis, unde in hunc metum inductus fuerim exponam. Primum igitur ex ipso Mose audio, quo tempore oracula ei Deus edebat, quamvis ad montem multi accitiT. I. p. 377. essent, quorum unus erat ipse Aaron cum duobus filiis iisque Sacerdotibus, tamen caeteros omnes eminus adorare iussos esse, Mosem autem solum ad eum propius accessisse, populum vero ne simul quidem adscendisse. Atque ut idem aliquanto superius narrat, alios *fulgura, tonitrua, tubarum clangor et mons fumo circumfusus* et horrendae comminationes atque huiusmodi terrores deorsum sistebant, adeo ut ipsi praeclare secum agi arbitrarentur, quod vel solam Dei vocem audirent, idque hac lege, ut summo prius studio se ipsos ab omni labe purgarent. At Moses et adscendit et nubem penetrat et cum Deo congreditur, et legem accipit, iis quidem, qui e vulgo sunt, litteralem, iis autem, qui supra vulgus assurgunt, spiritualem.

3. Tum etiam illud, quod *Heli Sacerdoti* atque aliquanto post *Osae* accidit, cognitum et exploratum habeo; quorum alter sceleris etiam illius, quod filii adversus sacrificia committebant, poenas solvit, idque cum eorum impietatem non modo non probasset, verum etiam multum ac saepenumero ipsos hoc nomine obiurgasset, alter, quod arcam solam a bove distractam tangere ausus esset, eam quidem incolumem servavit, ipse vero interiit; sic nimirum Deus venerationem arcae suae debitam tuebatur. Quin illud quoque mihi perspectum est, ne parietes quidem templi promiscuae multitudini contingere licuisse, eaque de causa parietibus aliis, quibus illi cingerentur, opus fuisse, nec sacrificia ipsa a quibus aut quando aut ubi non conveniebat consumi solita esse, nedum cuivis aut Sancta Sanctorum aut velamen aut propitiatorium aut arcam denique adire vel spectare vel attingere liberum fuisse.

4. Quae cum ipse norim, illudque praeterea, neminem magno Deo et sacrificio et Pontifice dignum esse, qui quidem prius *Deo hostiam viventem se ipsum non exhibuerit*, aut ut rectius loquar *Dei*

bus Regg. et Or. 1.

b. ἵνα μή με τοῦ. Sic duo Regg. duo Colb. Or. 1. et Combef. In ed. ἵνα μήτε τοῦ.

c. δηλαδή deest in pluribus codd.

d. ἐδεήθησαν. Duo Regg. tres Colb. et Or. 1. ἐδέησαν.

e. ἤ deest in duobus Regg. totidem Colb. et Or. 1.

T. I. p. 377. τος[1]) καὶ ζῶν, πῶς ἢ αὐτὸς προχείρως ἐγχειρήσαιμι τοῖς περὶ θεοῦ λόγοις ἢ [a]ἀποδέξωμαι τὸν ἐγχειροῦντα θρασέως; οὐκ ἐπαινετὸς ὁ πόθος, φοβερὸν τὸ ἐγχείρημα, καὶ διὰ τοῦτο καθαρτέον ἑαυτὸν πρῶτον, εἶτα τῷ καθαρῷ προσομιλητέον, εἰ μὴ μέλλομεν τὸ τοῦ Μανωὲ πείσεσθαι καὶ [b]λέξειν ἐν φαντασίᾳ θεοῦ [c]γενόμε-
T. I. p. 378. νοι· ἀπολώλαμεν, ὦ γύναι, θεὸν ἑωράκαμεν[2]), ἢ [d]ὡς Πέτρος ἀποπέμψασθαι τοῦ πλοίου τὸν Ἰησοῦν[3]) ὡς οὐκ ἄξιοι τοιαύτης ἐπιδημίας, ἢ ὡς ὁ ἑκατόνταρχος ἐκεῖνος τὴν μὲν θεραπείαν ἀπαιτήσειν, τὸν θεραπευτὴν δὲ οὐκ εἰσδέξασθαι. λεγέτω τις καὶ ἡμῶν, ἕως ἐστὶν ἑκατόνταρχος καὶ πλειόνων ἐν καιρῷ κρατῶν καὶ ἔτι στρατευόμενος Καίσαρι τῷ κοσμοκράτορι τῶν κάτω συρομένων· οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς[4]). ὅταν δὲ Ἰησοῦν θεάσωμαι, καίτοι μικρὸς ὢν τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν ὡς ὁ Ζακχαῖος ἐκεῖνος, καὶ ὑπὲρ τὴν [e]συκομοραίαν ἀρθῶ[5]), νεκρώσας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς[6]), καὶ [f]μαράνας τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως[7]), τότε καὶ Ἰησοῦν εἰσδέξομαι καὶ ἀκούσομαι· σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ[8]), καὶ τῆς σωτηρίας τεύξομαι, καὶ φιλοσοφήσω τὰ τελεώτερα, σκορπίζων καλῶς ἃ κακῶς συνήγαγον εἴτε χρήματα εἴτε δόγματα.

Ἐπεὶ δὲ ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ τὸν θεολόγον, φέρε δὴ καὶ περὶ θεοῦ ὡς ἐν βραχεῖ διαλεχθῶμεν, αὐτῷ τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι θαῤῥήσαντες, περὶ ὧν ὁ λόγος. εὔχομαι δὲ τὸ τοῦ Σολομῶντος παθεῖν, μηδὲν ἴδιον ἐννοῆσαι περὶ θεοῦ μηδὲ φθέγξασθαι. ὅταν γὰρ λέγῃ· ἀφρονέστατος γάρ εἰμι πάντων ἀνθρώπων, καὶ φρόνησις ἀνθρώπου οὐκ ἔστιν [g]ἐμοί[9]), [i]οὐκ ἀσυνεσίαν ἑαυτοῦ δήπου καταγινώσκων τοῦτό φησιν. πῶς γὰρ [k]ὅς γε τοῦτο καὶ ᾔτησε παρὰ θεοῦ πρὸ παντὸς ἄλλου, καὶ ἔλαβε σοφίαν καὶ θεωρίαν καὶ πλάτος καρδίας ψάμμου πλουσιώτερόν τε καὶ δαψιλέστερον[10]); καὶ ὁ τοσοῦτον σοφὸς καὶ τοιαύτης τετυχηκὼς δωρεᾶς πῶς ἀφρονέστατον ἑαυτὸν [l]πάντων ὀνομάζει; ὡς οὐκ ἔχων ἰδίαν δηλαδὴ φρόνησιν, ἐνεργούμενος δὲ τὴν θείαν τε καὶ τελεωτέραν. καὶ γὰρ ὁ Παῦλος λέγων· ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός[11]), οὐχ ὡς περὶ νεκροῦ πάντως ἑαυτοῦ διελέγετο, ἀλλ' ὡς ζῶντος κρείσσονα τῶν πολλῶν ζωὴν τῷ μετειλη-

1) 2. Cor. 6, 16. 2) Iud. 13, 22. 3) Luc. 5, 8. 4) Matth. 8, 8. 5) Luc. 19, 3. 4. 6) Col. 3, 5. 7) Phil. 3, 21. 8) Luc. 19, 9. 9) Prov. 30, 2 [24, 25. LXX.]. 10) 1. Reg. 4, 25 [3. Reg. 4, 29, LXX.]. 11) Gal. 2, 20.

a. ἀποδέξωμαι. Reg. bm. ἀποδέξομαι.
b. λέξειν. Or. 1. λέγειν.
c. γενόμενοι. Combef. γενομένου.
d. ὡς Πέτρος ἀποπέμψασθαι. Reg. bm. ὡς ὁ Πέτρος. Or. 1. recentiori manu ἀποπέμψεσθαι.

vivi templum sanctum ac vivum factus sit; qui tandem fieri possit ut T. I. p. 377. vel ipse prompto animo de Deo disputationem habere aggrediar vel temere aggredientem probem? Laudanda non est haec cupiditas, periculosus ac metuendus hic conatus. Ac proinde purgari nos ante oportet, atque ita deinde in illius, qui purus est, congressum et colloquium venire, ne alioqui nobis idem quod Manue accidat, ac Dei visione perstrictis oculis dicamus: *Periimus, mulier, Deum vidimus,* T. I. p. 378. aut Petri instar Iesum a navigio ablegemus tanquam huiusmodi praesentia minime digni, aut denique ut centurio ille medicinam quidem exposcamus, medicum autem minime admittamus. Dicat etiam quisquam nostrum, quamdiu centurio est vitiique imperium inter multos tenet, adhucque sub Caesare, hoc est mundi principe atque eorum qui humi serpunt imperatore, stipendia facit: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum.* Cum autem Iesum conspexero, quamvis spirituali statura parvus ut ille Zachaeus, ac super sycomorum evectus fuero, mortificatis nimirum membris, quae sunt super terram, atque humilitatis corpore reformato, tum vero et Iesum excipiam et audiam: *Hodie salus huic domui,* et salutem adipiscar, et perfectiora illa officia curabo atque exequar, praeclare spargens quae scelerate collegeram, sive pecunias sive dogmata.

5. Quoniam autem sermone theologum repurgavimus, age iam de Deo paucis disseramus, ipsius Patris Filiique et sancti Spiritus, de quibus verba facturi sumus, auxilio freti atque subnixi. Optarim autem idem mihi contingere, quod Salomoni, hoc est ut de Deo nihil meum ac proprium vel cogitem vel loquar. Nam cum his verbis utitur: *Stultissimus sum omnium hominum, et prudentia hominis non est in me*, haudquaquam scilicet haec eo dicit, quod stoliditatis se ipsum condemnet. Qui enim istud, cum eam prae aliis omnibus rebus a Deo postulasset, ac sapientiam et contemplationem et cordis latitudinem arena maris uberiorem atque copiosiorem accepisset? Qui fit igitur ut vir usque adeo sapiens atque huiusmodi beneficium consequutus omnium stultissimum se appellet? Hoc vult nimirum, propriam se nullam prudentiam habere, sed divina et perfectiori sapientia afflari. Siquidem et Paulus cum aiebat: *vivo autem non iam ego, vivit vero in me Christus,* non utique de se ipso tanquam de mortuo loquebatur, sed tanquam de eo, qui praestantiorem quam vulgus mortalium

e. *θεραπείαν ἀπαιτήσειν.* Coisl. 1. *θεραπείαν ἐπιζητήσειν.* Par. *θεραπείας ἐπιζήτησιν.*

f. *συκομοραίαν.* Or. 1. *συκομωραίαν.*

g. *μαράνας.* Par. *μωράνας.* Reg. Chry. *ὑπεραναβάς, transcenso humilitatis corpore.*

h. *ἐμοί.* Reg. a. Or. 1. Par. *ἐν ἐμοί.*

i. *οὐκ.* Sic Coisl. 1. Or. 1. et Par. In ed. *οὐν.*

k. *ὅς γε τοῦτο καί.* Sic plures codices. In ed. *ὅς γε καὶ τοῦτο.*

l. *πάντων* deest in Reg. a.

T. I. p. 378. φέναι τῆς ὄντως ζωῆς καὶ μηδενὶ θανάτῳ περατουμένης. προσκυνοῦμεν οὖν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὰς μὲν ἰδιότητας χωρίζοντες, [a]ἑνοῦντες δὲ τὴν θεότητα· καὶ οὔτε εἰς ἓν τὰ τρία συναλείφομεν, ἵνα μὴ τὴν Σαβελλίου νόσον νοσήσωμεν, οὔτε T. I. p. 379. διαιροῦμεν εἰς τρία ἔκφυλα καὶ ἀλλότρια, ἵνα μὴ τὰ Ἀρείου μανῶμεν. [b]τί γὰρ δεῖ καθάπερ φυτὸν ἑτεροκλινὲς πάντη καμπτόμενον βίᾳ μετάγειν ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος, διαστροφῇ τὴν διαστροφὴν διορθουμένους, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ μέσον εὐθύνοντας ἐν ὅροις ἱστασθαι τῆς θεοσεβείας;

[c]Μεσότητα δὲ ὅταν εἴπω, τὴν ἀλήθειαν λέγω, πρὸς ἣν βλέπειν καλῶς ἔχομεν μόνην, καὶ τὴν φαύλην συναίρεσιν [d]παραιτούμενοι καὶ τὴν ἀτοπωτέραν διαίρεσιν, ὡς μήτε εἰς μίαν ὑπόστασιν συναιρεθέντα τὸν λόγον δέει πολυθεΐας ψιλὰ ἡμῖν καταλιπεῖν τὰ ὀνόματα, τὸν αὐτὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ὑπολαμβάνουσι καὶ μὴ μᾶλλον ἓν τὰ πάντα ἢ μηδὲν ἕκαστον εἶναι ὁριζομένοις (φεύγοι γὰρ ἂν εἶναι ἅπερ ἐστὶν εἰς ἄλληλα μεταχωροῦντα καὶ μεταβαίνοντα), μήτε εἰς [e]τρεῖς ἢ ξένας καὶ [f]ἀνομοίους οὐσίας καὶ ἀπερρηγμένας διαρεθέντα, κατὰ τὴν Ἀρείου καλῶς ὀνομασθεῖσαν μανίαν, ἢ ἀνάρχους καὶ ἀτάκτους καὶ οἷον εἰπεῖν ἀντιθέους, τῷ μὲν εἰς Ἰουδαϊκὴν σμικρολογίαν [g]κατακλεισθῆναι μόνῳ τῷ [h]ἀγεννήτῳ τὴν θεότητα περιγράφοντας, τῷ δὲ εἰς ἐναντίον μὲν κακὸν δὲ ἴσον πεσεῖν, τρεῖς ἀρχὰς ὑποτιθεμένους καὶ τρεῖς θεούς, ὃ τῶν προειρημένων ἀτοπώτερον. δέον μήτε οὕτως εἶναί [i]τινας φιλοπάτορας ὡς καὶ τὸ εἶναι πατέρα περιαιρεῖν, τίνος γὰρ ἂν καὶ εἴη πατήρ, τοῦ υἱοῦ τὴν φύσιν ἀπεξενωμένου καὶ ἀπηλλοτριωμένου μετὰ τῆς κτίσεως; μήθ' οὕτω φιλοχρίστους ὡς [k]μήτε τὸ φυλάττειν τὸ εἶναι υἱόν, τίνος γὰρ ἂν καὶ εἴη υἱὸς μὴ [l]πρὸς αἴτιον ἀναφερόμενος τὸν πατέρα; μήτε τῷ πατρὶ τὸ τῆς ἀρχῆς κατασμικρύνειν ἄξιωμα τῆς ὡς πατρὶ καὶ γεννήτορι, μικρῶν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀναξίων ἀρχὴ μὴ θεότητος ὢν [m]αἴτιος τῆς ἐν υἱῷ καὶ πνεύματι θεωρουμένης. ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα θεὸν τηρεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, εἶτ' οὖν τρία πρόσωπα, καὶ ἑκάστην μετὰ τῆς ἰδιότητος.

a. *ἑνοῦντες.* *Unam autem divinitatem profitentes.*

b. *τί γὰρ δεῖ.* Combef. *οὐ γὰρ δεῖ.*

c. *μεσότητα.* Billius *mediocritatem.*

d. *παραιτούμενοι.* Sic duo Reg. duo Coisl. Or. 1. Combef. In ed. *παραιτούμενον.*

e. *τρεῖς ἢ ξένας.* Combef. delet *ἢ.*

f. *ἀνομοίους.* Reg. bm. *ἀνομοουσίους.*

g. *κατακλεισθῆναι.* Sic tres Colb. Or. 1. Par. In ed. *κατακλεισθεῖναι.*

h. *ἀγεννήτῳ.* Reg. Cypr. *ἀνάρχῳ.* Non male, cum hic Gregorius totus sit in *principii* ratione: *ἢ ἀνάρχους τρεῖς ἀρχάς* etc.

i. *τινας.* Or. 1. *τίνα.*

k. *μήτε τό* etc. Tres Colb. Or. 1. les. Bas. *μήτε τοῦτο.* Coisl. 3. Par. etc. *μήτε τοῦτῳ, ut ei integrum non servent, quod Filius sit.*

soleat vitam ageret, utpote qui verae vitae nulloque mortis fine circumscriptae particeps esset. Patrem igitur et Filium et Spiritum sanctum adoramus, proprietates quidem distinguentes, divinitatem autem copulantes; neque aut tria in unum contrahimus, ne Sabellii morbo laboremus, aut rursus in tria diversa et aliena separamus, ne in Arii furorem incidamus. Quid enim necesse est, ut velut plantam in alteram partem propendentem ad alteram partem per vim inflectamus, ac distortionem per distortionem corrigamus, non autem potius eam ad medium dirigentes intra pietatis fideique orthodoxae fines consistamus? T. I. p. 378. T. I. p. 379.

6. Porro cum medium dico, veritatem dico, quam recte solam prae oculis propositam habemus. Repudiamus itaque tum malam contractionem tum hac absurdiorem divisionem, ne vel ob multitudinis Deorum metum in unam Personam contracta oratio nuda nobis et inania nomina relinquat, unum videlicet et eundem Patrem ac Filium et Spiritum sanctum existimantibus ac non magis haec omnia unum, quam unumquodque nihil esse statuentibus (desierint enim id esse quod sunt, inter se mutuo transeuntia et migrantia), vel rursus in tres aut peregrinas et dispares atque distractas naturas separata, iuxta Arii recte nominatum furorem, aut principatus expertes et inordinatas divinitatique ut sic loquar contrarias, partim in Iudaicam quandam parcitatem concludatur, si ingenito solo divinitatem circumscribamus, partim in oppositum quidem, non minus tamen perniciosum malum provolvatur, si tria principia tresque Deos constituerimus, quod superiori etiam errore absurdius est. Nam profecto nec quosdam ita Patris amantes esse oportet, ut illi quod Pater sit adimant (cuius enim Pater fuerit, si Filius ab eo natura diversus dicatur atque una cum reliquis creaturis abalienetur?) nec rursus ita Christi amantes, ut ne Filii quidem nomen ei integrum servent (cuius enim quaeso Filius fuerit, nisi ad Patrem tanquam ad principium referatur?) nec denique Patri principii dignitatem imminuere, quam ut pater et genitor habet; parvorum etenim certe ipsoque indignorum principium fuerit, nisi deitatis eius, quae in Filio et Spiritu sancto consideratur, causa sit. Quandoquidem et unus Deus retinendus est, et tres Hypostases sive tres Personae confitendae, et quidem unaquaeque cum sua proprietate.

1. *πρὸς αἴτιον, tanquam ad Principium.* Gregorius, inquit Billius in Scholiis, *vocat Patrem* Principium, *ut qui sit causa naturalis. Ob idque cum dixisset:* immiuunt Patri principii decus, *statim subiecit:* eius, *inquam,* Principii, quod Pater sit et genitor; *ne quis scilicet suspicaretur, ipsum Patri principii appellationem tribuere, tanquam ei, qui maiestate ac dignitate praestet.* m. *αἴτιος.* *Causa*, id est *origo.* Sic enim Patres Graecos, cum de divinis relationibus agunt, interpretantur Theologi. Vide Estium [in IV. libros sententiarum Comment.] in 1. d. 29. §. 2.

T. I. p. 379. T. I. p. 380. *Τηροῖτο δ' ἄν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, εἷς μὲν Θεός, εἷς ἓν αἴτιον καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος ἀναφερομένων, [a]οὐ συντιθεμένων οὐδὲ συναλειφομένων, καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ ταὐτὸ τῆς Θεότητος, ἵνα οὕτως ὀνομάσω, κίνημά τε καὶ βούλημα καὶ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα· αἱ δὲ τρεῖς ὑποστάσεις μηδεμιᾶς ἐπινοουμένης [b]συναλοιφῆς ἢ ἀναλύσεως ἢ συγχύσεως, ἵνα μὴ τὸ πᾶν καταλυθῇ δι' ὧν τὸ ἓν σεμνύνεται πλέον ἢ καλῶς ἔχει· αἱ δὲ ἰδιότητες πατρὸς μὲν καὶ [c]ἀνάρχου καὶ ἀρχῆς ἐπινοουμένου καὶ λεγομένου, ἀρχῆς δὲ ὡς αἰτίου καὶ ὡς πηγῆς, καὶ ὡς [d]ἀϊδίου φωτός, υἱοῦ δὲ ἀνάρχου μὲν οὐδαμῶς, ἀρχῆς δὲ τῶν ὅλων. ἀρχὴν δὲ ὅταν εἴπω, μὴ χρόνον παρενθῇς, μηδὲ μέσον τι τάξῃς τοῦ γεγεννηκότος καὶ τοῦ γεννήματος, μηδὲ διέλῃς τὴν φύσιν τῷ κακῶς παρεντεθέντι τοῖς συναϊδίοις καὶ συνημμένοις. εἰ γὰρ χρόνος υἱοῦ [e]πρεσβύτερος, ἐκείνου δηλαδὴ [f]πρώτως ἂν εἴη αἴτιος ὁ πατήρ. καὶ πῶς ποιητὴς χρόνων ὁ ὑπὸ χρόνον; πῶς δὲ καὶ κύριος πάντων[1]), εἰ ὑπὸ χρόνου προείληπταί τε καὶ κυριεύεται; ἄναρχος οὖν ὁ πατήρ, οὐ γὰρ ἑτέρωθεν αὐτῷ [g]οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι. ὁ δὲ υἱός, ἐὰν μὲν ὡς αἴτιον τὸν πατέρα λαμβάνῃς, οὐκ ἄναρχος, ἀρχὴ γὰρ υἱοῦ πατὴρ ὡς [h]αἴτιος, ἐὰν δὲ τὴν ἀπὸ χρόνου νοῆς ἀρχήν, καὶ ἄναρχος· οὐκ ἄρχεται γὰρ ὑπὸ χρόνου ὁ χρόνων δεσπότης.*

Εἰ δὲ ὅτι τὰ σώματα ὑπὸ χρόνον, διὰ τοῦτο ἀξιώσεις κεῖσθαι καὶ τὸν υἱὸν ὑπὸ χρόνον, περιθήσεις καὶ σῶμα τῷ ἀσωμάτῳ· καὶ εἰ ὅτι τὰ παρ' ἡμῖν γεννώμενα οὐκ ὄντα ποτὲ εἶτα γινόμενα, διὰ τοῦτο καὶ τὸν υἱὸν ἀναγκάσεις ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρεληλυθέναι, [i]συγκρίνεις τὰ ἀσύγκριτα, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, σῶμα καὶ τὸ ἀσώματον· οὐκοῦν καὶ πείσεται καὶ λυθήσεται, ὅτι καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα. σὺ μὲν οὖν ἀξιοῖς διὰ τοῦτο οὕτω T. I. p. 381. *γεννᾶσθαι Θεόν, διότι τὰ σώματα, ἐγὼ δὲ διὰ τοῦτο οὐχ οὕτως, ὅτι οὕτω τὰ σώματα· ὧν γὰρ τὸ εἶναι οὐχ ὅμοιον, τούτων οὐδὲ*

1) Rom. 10, 12.

a. *οὐ συντιθεμένων οὐδὲ συναλειφομένων.* Haec desunt in Or. 1.

b. *συναλοιφῆς.* Duo Reg. et duo Colb. *συναλειφῆς.*

c. *ἀνάρχου, principii expertem.* Theologi Graeci duas proprietates Patri tribuunt, *τὸ ἄναρχον* et *τὸ ἀγέννητον*, quibus eum a Filio et Spiritu sancto distinguunt. Hic autem *ἄναρχον* non de tempore accipiunt, alioqui enim Filius et Spiritus sanctus non minus *ἄναρχοι* id est *principii expertes* sunt, quam Pater, sed de causa. Atque in hac significatione hoc vocabulum soli Patri convenit, qui a nullo est, cum Filius et Spiritus ex Patre sint atque ad eum tanquam ad causam referantur. Per causam autem Graeci nihil aliud quam *originem* ac velut essentiae fontem intelligunt. Ita exponit Bill.

d. *ἀϊδίου φωτός.* Reg. Cypr. *ἀγεννήτου φωτός.* Haec lectio apta videtur Combefisio et proprie Patri convenit. Nam

7. Sic enim mea quidem sententia Deus unus retinebitur, si Filium et Spiritum sanctum ad unam causam referamus, non autem componamus nec commisceamus, et si unam atque eandem Divinitatis, ut ita loquar, motionem et voluntatem essentiaeque identitatem intelligamus. Tres autem Personas ita tenebimus, si nulla commixtio aut resolutio aut confusio excogitetur, ne alioqui universum per eos evertatur, qui impensius quam par sit unitatem extollunt. Postremo ita nobis proprietatum ratio constabit, si Patrem quidem et principii expertem et principium cogitemus ac praedicemus (principium inquam ut causam et ut fontem lumenque sempiternum), Filium vero minime quidem principii expertem, omnium autem rerum principium asseramus. Principium porro cum dico, ne tempus interiicias, nec inter genitorem et genitum medium aliquid constituas, nec per id, quod inter ea, quae eandem aeternitatem habent et coniuncta sunt, male interponis, naturam dividas. Nam si tempus Filio est antiquius, illius procul dubio primum Pater causa fuerit necesse est. Quod si ita est, quo tandem modo temporum factor erit qui sub tempus cadit? Quo item modo *Dominus omnium*, si eum tempus praecesserit eique dominetur? Principii igitur expers est Pater, nec enim aliunde nec a se ipso esse habet. Filius autem, siquidem Patrem ut causam accipias, nequaquam principio caret; principium enim Filii Pater est ut causa; sin de tempore principium intellexeris, principii quoque omnis est expers. Neque enim temporum Dominus tempori subiectus est. T. I. p. 379. T. I. p. 380.

8. Quod si quia corpora tempori subiacent, idcirco Filium quoque tempori subesse statuas, tunc rei incorporeae corpus attribues; et si quoniam ea, quae apud nos gignuntur, cum ante non essent, postea orta sunt, ideo Filium quoque necessario ex nihilo in rerum naturam prodiisse contendis, comparas ea, quae comparationem omnem respuunt, Deum nempe et hominem, corpus et id, quod corpore vacat. Ergo et patietur et dissolvetur atque interibit, quemadmodum et nostra corpora. Tu quidem idcirco Deum ita generari censes, quod corpora ita generentur; ego vero ob id non ita gigni affirmo, quod ea sit corporum gignendorum ratio (quorum enim natura diversa est, T. I. p. 381.

Filius et Spiritus sanctus *ἀΐδιον, ἄναρχον φῶς* sunt, perinde ac Pater, id est *sempiternum lumen*. Unus autem Pater est *ingenitus*.

e. *πρεσβύτερος*. Reg. bm. Bas. *πρεσβύτερον*.

f. *πρώτως ἂν εἴη*. Sic Reg. bm. Or. 1. Par. Comb. etc. *primum*. Mendose in ed. *πρῶτος ἂν ᾖ*. Billius *primus*.

g. *οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ*. *Nec a se ipso* etc.

Si enim a se ipso, inquit Elias, *ortus esset, a se ipso quoque separari posset; atque ita unus esset duo, quorum alter praeextitisset, alter postea ortus esset; aut ita divideretur, ut dimidia parte esset, dimidia rursus ex parte non esset*. Coisl. 1. pro *οὐδὲ παρ' ἑαυτοῦ* habet *ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ, sed a se ipso* etc.

h. *αἴτιος*. Reg. bm. duo Colb. Or. 1. *αἴτιον*.

i. *συγκρίνεις*. Reg. Cypr. *συγκρωτεῖς*.

T. I. p. 881. τὸ γεννᾷν ὅμοιον, εἰ μὴ καὶ [a]τἆλλα βουλεύσῃ ταῖς ὕλαις, οἷον πάσχων καὶ λυπούμενος καὶ πεινῶν καὶ διψῶν καὶ ὅσα ἢ σώματος ἢ τοῦ συναμφοτέρου πάθη. ἀλλὰ ταῦτα οὐ παραδέχεταί σου ὁ νοῦς, περὶ θεοῦ γὰρ ὁ λόγος· μὴ τοίνυν μηδὲ τὴν γέννησιν ἄλλως ἢ ὡς θείκὴν παραδέχου.

Ἀλλ' εἰ γεγέννηται, πῶς γεγέννηται; φησίν. ἀπόκριναί μοι, ὦ διαλεκτικὲ σὺ καὶ ἄφυκτε, εἰ ἔκτισται, πῶς ἔκτισται; κἀμὲ ἀπαίτει τὸ πῶς γεγέννηται; [b]πάθος περὶ τὴν γέννησιν; πάθος καὶ περὶ τὴν κτίσιν· ἢ γὰρ οὐ πάθος ἡ ἀνατύπωσις καὶ ἡ φρονὶς καὶ ἡ τοῦ νοηθέντος ἀθρόως εἰς τὸ κατὰ μέρος ἐξάπλωσις; χρόνος περὶ τὴν γέννησιν; ἐν χρόνῳ καὶ τὰ κτιζόμενα. τόπος ἐνταῦθα; τόπος ἐκεῖ. ἀποτυχία περὶ τὴν γέννησιν; ἀποτυχία καὶ περὶ τὴν κτίσιν. ταῦτα ἤκουσα φιλοσοφούντων ὑμῶν· ἃ γὰρ ὁ νοῦς ὑπέγραψε, πολλάκις ταῦτα ἡ χεὶρ οὐκ ἐτέλεσεν. ἀλλὰ λόγῳ, φησί, τὸ πᾶν ὑπέστησε καὶ βουλήματι· αὐτὸς γὰρ εἶπε καὶ [c]ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο καὶ ἐκτίσθησαν[1]). ὅταν εἴπῃς τῷ λόγῳ τοῦ θεοῦ τὰ πάντα ἐκτίσθαι, οὐ τὴν ἀνθρωπίνην κτίσιν εἰσάγεις, οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν λόγῳ πράττει τὰ γινόμενα, οὐδὲν γὰρ ἂν ἦν ὑψηλότερον ἡμῶν οὐδὲ ἀπονώτερον, εἰ τὸ λέγειν ἔργου συμπλήρωσις ἦν· ὥστε εἰ καὶ λόγῳ κτίζει θεὸς τὰ κτιζόμενα, οὐκ ἀνθρώπινον [d]αὐτῷ τὸ κτίζειν. ἢ γὰρ δεῖξον καὶ ἄνθρωπον λόγῳ τι πράττοντα, ἢ δέξαι ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπος κτίζει θεός. ἐπεὶ διάγραψον βουλήματι πόλιν, καὶ [e]παραστήτω πόλις, θέλησον γενέσθαι [f]σοι υἱόν, καὶ παραστήτω παῖς, θέλησον ἄλλο τι τῶν πραττομένων, καὶ εἰς ἔργον ἡ βούλησις χωρησάτω. εἰ δὲ τούτων οὐδὲν ἕπεται τῷ βούλεσθαι, θεοῦ δὲ τὸ βούλεσθαι πρᾶξίς ἐστιν, ἄλλως μὲν ἄνθρωπος κτίζει, ἄλλως δὲ ὁ πάντων κτίστης θεός. πῶς οὖν κτίζει μὲν οὐκ ἀνθρωπικῶς, γεννᾷ δὲ ἀναγκάζεται ἀνθρωπικῶς; σὺ μὲν οὐκ ὢν ἔπειτα ἐγένου, εἶτα γεννᾷς· διὰ τοῦτο οὐκ ὄντα
T. I. p. 882. εἰς τὸ εἶναι παράγεις, ἢ ἵνα τι βαθύτερον εἴπω, [g]τάχα οὐδὲ αὐτὸς ἐξ οὐκ ὄντων παράγεις, ἐπεὶ καὶ ὁ Λευί, φησίν, ἔτι [h]ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς ἦν[2]), πρὶν εἰς τὸ εἶναι παρελθεῖν. καὶ μηδεὶς

1) Ps. 148, 5. 2) Hebr. 7, 10.

a. τἆλλα βουλεύσῃ. Reg. bm. tres Colb. Or. 1. τὰ ἄλλα βουλεύσει.

b. πάθος, passio. In sensu Scholasticorum hanc vocem intelligimus. Affectum quendam exprimit.

c. ἐγενήθησαν. Sic duo Regg. et Or. 1. Ita legendum, licet plerique codices et editi habeant ἐγεννήθησαν.

d. αὐτῷ τὸ κτίζειν. Haec desunt in Coisl. 3. et Or. 1.

e. παραστήτω. Comb. παραστήται. Praesto sit civitas.

f. σοι deest in duobus Regg. et Or. 1.

horum dispar quoque generandi modus); nisi eum in omnibus aliis quoque rebus corporeae materiae servire contendas, hoc est ut patiatur et in moerore versetur et fame ac siti laboret, omnes denique eas affectiones, quibus vel corporis vel coniunctim utriusque partis natura subiecta est, experiatur. Haec enim vero mens tua non admittit, de Deo quippe sermo est. Ne tu igitur generationem aliter quam ut divinam admitte. T. I. p. 381.

9. Verum si generatus est, inquis, quomodo generatus est? Responde tu quoque mihi, o acute et invicte sophista. Si creatus est, quomodo creatus est? Ac postea ex me sciscitare, quomodo generatus sit? Passio est, inquies, circa generationem? Est et passio etiam, inquam ego, circa creationem. An non enim passionis rationem habet informatio et cura et eius rei, quae tota simul ac repente cogitata est, in partes extensio? Tempus, addes, circa generationem? In tempore etiam sunt quae creantur. Locus illic? Hic quoque locus. Spei frustratio circa generationem? Creatio quoque interdum spem frustratur. Haec a vobis disserentibus audivi; etenim quae mens delineavit, ea plerumque manus perficere non potuit. At dices: verbo et voluntate omnia condidit: *Ipse* enim *dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt.* Atqui cum ais omnia Dei verbo creata fuisse, non humanam scilicet creationem inducis; nec enim quisquam nostrum ea, quae fiunt, verbo efficit. Nihil quippe nobis sublimius ac praestantius esset minusque laboriosum, si sermone solo aliquid conficere possemus. Quamobrem etsi Deus ea, quae creantur, verbo creat, non tamen humana est eius creandi ratio. Aut enim hominem quoque sermone aliquid efficientem ostende, aut mihi concede Deum non humano more creare. Quod si secus existimas, age voluntate civitatem describe, et statim civitas repraesentetur, opta tibi filium nasci, et protinus tibi puer existat, velis aliud quidpiam eorum, quae manibus efficiuntur, et confestim voluntas in opus prodeat. Quod si quidem nihil horum voluntatem nostram sequatur, Dei vero voluntas actio sit; perspicuum utique est, alio quidem modo hominem creare, alio autem rerum omnium creatorem Deum. Quae igitur est haec ratio, ut cum Deus alio quam humano more procreet, humano tamen more gignere cogatur? Tu quidem cum prius non esses, deinde factus es, postea gignis; ac proinde eum, qui non erat, in rerum naturam producis. Aut ut profundius aliquid dicam, fortasse ne ipse quidem ex nihilo producis, quandoquidem et *Levi*, ut ille ait, *adhuc in lumbis patris erat*, antequam in lucem prodiret. Nec vero quisquam huic orationi T. I. p. 382.

g. τάχα οὐδὲ. In quibusdam τάχα δὲ οὐδέ.

h. ἐν τῇ ὀσφύϊ. *In lumbis.* Potentia nimirum, non actu, inquit Billius in notis.

T. I. p. 382. ἐπηρεαζέτω τῷ λόγῳ· οὐ γὰρ οὕτως ἐκ τοῦ πατρὸς φημι τὸν υἱὸν ὑπάρχειν, ὡς ἐν τῷ πατρὶ πρότερον ὄντα, μετὰ δὲ τοῦτο εἰς τὸ εἶναι ὁδεύσαντα, οὐδὲ γὰρ ἀτελῆ πρότερον, εἶτα τέλειον, ὥσπερ νόμος τῆς ἡμετέρας [a]γεννήσεως.

Ταῦτα τῶν ἐπηρεαζόντων ἐστίν, ταῦτα τῶν ἐπιπηδώντων προχείρως πᾶσι τοῖς λεγομένοις. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω φρονοῦμεν, οὐχ οὕτω δοξάζομεν, ἀλλ' [b]ὁμοῦ τῷ τὸν πατέρα εἶναι ἀγεννήτως (ἀεὶ δὲ ἦν, οὐχ [c]ὑπερπίπτει γὰρ εἰς τὸ μὴ εἶναί ποτε ὁ νοῦς) καὶ ὁ υἱὸς ἦν γεννητῶς,· ὥστε συντρέχει τὸ εἶναι τοῦ πατρὸς τῷ γεγεννῆσθαι τοῦ μονογενοῦς, ἐξ αὐτοῦ τε ὑπάρχοντος, καὶ οὐ μετ' αὐτόν, [d]ἢ ἐπινοίᾳ μόνῃ τῇ τῆς ἀρχῆς, ἀρχῆς δὲ ὡς αἰτίου. πολλάκις γὰρ τὸν αὐτὸν ἀναστρέφω λόγον, τὸ παχύ σου καὶ ὑλικὸν τῆς [e]διανοίας φοβούμενος. εἰ δὲ οὐ πολυπραγμονεῖς τὴν τοῦ υἱοῦ εἴτε γέννησιν χρὴ λέγειν εἴτε ὑπόστασιν, εἴτε τι ἄλλο κυριώτερον τούτων ἐπινοεῖ τις, νικᾷ γὰρ τὴν ἐμὴν γλῶτταν τὸ νοούμενον καὶ λεγόμενον, μηδὲ τοῦ πνεύματος περιεργάζου τὴν πρόοδον. ἀρκοῦμαι ἀκούειν ὅτι υἱὸς καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πατρός, καὶ ὅτι ὁ μὲν πατήρ, ὁ δὲ υἱός, καὶ οὐδὲν παρὰ τοῦτο περιεργάζομαι, μὴ ταὐτὸ πάθω ταῖς φωναῖς, αἳ τῷ ὑπερφωνεῖσθαι παντελῶς διαπίπτουσιν, ἢ τῇ [f]ὄψει τεινούσῃ πρὸς ἡλιακὴν ἀκτῖνα· ὅσῳ γὰρ ἂν πλεῖον καὶ ἀκριβέστερον ἰδεῖν ἐθέλοι τις, τοσούτῳ τὴν αἴσθησιν παραβλάπτεται, καὶ τὸ ὁπωσοῦν ὁρᾶν ἀποστερεῖται, διὰ τοῦ πλείονος νικῶντος τὴν ὄψιν τοῦ ὁρωμένου, ἐὰν ὅλον ἰδεῖν ἐθελήσῃ καὶ μὴ ὅσον ὁρᾶν ἀσφαλές.

[g]Ἀκούεις γέννησιν; τὸ πῶς μὴ περιεργάζου. ἀκούεις ὅτι τὸ πνεῦμα προϊὸν ἐκ τοῦ πατρός; τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμόνει· εἰ
T. I. p. 383. δὲ πολυπραγμονεῖς υἱοῦ γέννησιν καὶ πνεύματος πρόοδον, κἀγώ σου πολυπραγμονῶ τὸ κρᾶμα ψυχῆς καὶ σώματος. πῶς εἶ χοῦς καὶ εἰκὼν Θεοῦ; τί τὸ κινοῦν σε ἢ τί τὸ κινούμενον; πῶς τὸ αὐτὸ καὶ κινεῖ καὶ κινεῖται; πῶς ἡ αἴσθησις ἐν τῷ αὐτῷ μένει καὶ τὸ ἐκτὸς ἐπισπᾶται; πῶς ὁ νοῦς ἐν σοὶ μένει καὶ γεννᾷ λόγον ἐν ἄλλῳ [h]νοΐ; πῶς λόγῳ νόημα [i]διαδίδοται; καὶ οὔπω τὰ μείζονα λέγω· τίς οὐρανοῦ περιφορά; τίς ἀστέρων κίνησις ἢ τά-

a. *γεννήσεως.* Reg, a. Coisl. 3. tres Colb. Par. *κυήσεως, conceptus.*

b. *ὁμοῦ τῷ τὸν πατέρα εἶναι.* Duo Regg. Coisl. 1. Par. *ὁμοῦ τὸ εἶναι τὸν πατέρα.* Tres Colb. *τῷ εἶναι τὸν ἄναρχον* (*πατέρα*) *ἀγεννήτως, absque generatione.*

c. *ὑπερπίπτει.* Par. *ὑποπίπτει.*

d. *ἢ ἐπινοίᾳ* etc. Huic phrasi consonat explicatio, qua Filius dicitur Patri posterior, non *natura*, neque *tempore*, sed *originis* duntaxat *ratione.* Vide Estium [in IV.

calumniam conflet. Non enim Filium ita ex Patre existere dico, quasi T.I. p. 382. in Patre prius quidem fuerit, postea autem in esse prodierit. Neque enim imperfectum prius ac postea perfectum dico, quemadmodum fert lex nostrae generationis.

10. Haec sunt eorum, qui obtrectatione et calumniis gaudent, haec eorum, qui adversus omnia, quae dicuntur, prompte insiliunt. Nos autem non ita sentimus, non ita censemus; verum hoc docemus et profitemur, quod simul atque Pater ingenito modo erat (semper autem erat, nec enim eum aliquando non fuisse concipit mens nostra, quantumvis se altissime efferat), et Filius quoque per generationem erat, ita ut Patris essentia concurrat cum Unigeniti generatione, qui ex ipso quidem est, non autem post ipsum, aut saltem sola Principii cogitatione. Principium vero hic pro causa accipio. Identidem enim eadem verba repeto, ut animi tui hebetudini et crassitiei occurram. Quod si curiosius non scruteris Filii sive generationem dicere convenit sive substantiam, sive quod aliud vocabulum magis proprium atque appositum cuipiam in mentem venit (linguam enim meam superat id, quod cogito ac dico), ne quoque Spiritus sancti processionem anxie inquire. Mihi audire satis est, quod Filius est et quod ex Patre, tum quod ille Pater est, hic Filius; nihil praeter ea investigo ac perscrutor, ne mihi idem quod vocibus accidat, quae immodica contentione franguntur ac prorsus concidunt, aut idem quod oculis adversum solem intuentibus. Nam quo quis amplius et accuratius eum cernere cupit, eo magis sensum laedit, ac ideo etiam quoquo modo cernendi facultate privatur, quia nimirum id, quod cernitur, oculorum aciem superat, cum quispiam totum conspicere voluerit ac non quantum tuto cernere licet.

11. Audis generationem? Modum curiosius ne inquiras. Audis Spiritum ex Patre procedere? Id quomodo fiat ne anxio studio perscruteris. Quod si in Filii generatione et Spiritus processione pervestiganda curiosum te praebes, ego quoque pari curiositate tuam T.I. p. 383. animae corporisque coniunctionem et temperamentum inquiram. Quo modo pulvis es et Dei imago? Quid est quod te moveat, aut quid quod moveatur? Quo modo idem movet et movetur? Quo modo sensus in eodem manet et externa attrahit? Quo modo mens in te manet et in alia mente sermonem gignit? Quo modo cogitatio per ser-

libros sentent. comment.] in 1. dist. 9. §. 3. et dist. 16. §. 2.

e. *διανοίας φοβούμενος*. Sic Reg. bm. plures Colb. Par. Combef. *crassitiem ac stupiditatem ingenii tui metuens*. In ed. deest *φοβούμενος*.

f. *ὄψει τειωούσῃ*, Sic tres Regg. Bas. Par. Tillem. etc. Mendose in ed. *ὄψῃ πειωούσῃ*.

g. *νοΐ*. In nonnullis *νῷ*.

h. *διαδίδοται*. Tres Regg. Coisl. 1. Or. 1. *δίδοται*.

T. I. p. 382. ἐπηρεαζέτω τῷ λόγῳ· οὐ γὰρ οὕτως ἐκ τοῦ πατρός φημι τὸν υἱὸν ὑπάρχειν, ὡς ἐν τῷ πατρὶ πρότερον ὄντα, μετὰ δὲ τοῦτο εἰς τὸ εἶναι ὁδεύσαντα, οὐδὲ γὰρ ἀτελῆ πρότερον, εἶτα τέλειον, ὥσπερ νόμος τῆς ἡμετέρας [a]γεννήσεως.

Ταῦτα τῶν ἐπηρεαζόντων ἐστίν, ταῦτα τῶν ἐπιπηδώντων προχείρως πᾶσι τοῖς λεγομένοις. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω φρονοῦμεν, οὐχ οὕτω δοξάζομεν, ἀλλ' [b]ὁμοῦ τῷ τὸν πατέρα εἶναι ἀγεννήτως (ἀεὶ δὲ ἦν, οὐχ [c]ὑπερπίπτει γὰρ εἰς τὸ μὴ εἶναί ποτε ὁ νοῦς) καὶ ὁ υἱὸς ἦν γεννητῶς, ὥστε συντρέχει τὸ εἶναι τοῦ πατρὸς τῷ γεγεννῆσθαι τοῦ μονογενοῦς, ἐξ αὐτοῦ τε ὑπάρχοντος, καὶ οὐ μετ' αὐτόν, [d]ἢ ἐπινοίᾳ μόνῃ τῇ τῆς ἀρχῆς, ἀρχῆς δὲ ὡς αἰτίου. πολλάκις γὰρ τὸν αὐτὸν ἀναστρέφω λόγον, τὸ παχύ σου καὶ ὑλικὸν τῆς [e]διανοίας φοβούμενος. εἰ δὲ οὐ πολυπραγμονεῖς τὴν τοῦ υἱοῦ εἴτε γέννησιν χρὴ λέγειν εἴτε ὑπόστασιν, εἴτε τι ἄλλο κυριώτερον τούτων ἐπινοεῖ τις, νικᾷ γὰρ τὴν ἐμὴν γλῶτταν τὸ νοούμενον καὶ λεγόμενον, μηδὲ τοῦ πνεύματος περιεργάζου τὴν πρόοδον. ἀρκοῦμαι ἀκούειν ὅτι υἱὸς καὶ ὅτι ἐκ τοῦ πατρός, καὶ ὅτι ὁ μὲν πατήρ, ὁ δὲ υἱός, καὶ οὐδὲν παρὰ τοῦτο περιεργάζομαι, μὴ ταὐτὸ πάθω ταῖς φωναῖς, αἳ τῷ ὑπερφωνεῖσθαι παντελῶς διαπίπτουσιν, ἢ τῇ [f]ὄψει τεινούσῃ πρὸς ἡλιακὴν ἀκτῖνα· ὅσῳ γὰρ ἂν πλεῖον καὶ ἀκριβέστερον ἰδεῖν ἐθέλοι τις, τοσούτῳ τὴν αἴσθησιν παραβλάπτεται, καὶ τὸ ὁπωσοῦν ὁρᾷν ἀποστερεῖται, διὰ τοῦ πλείονος νικῶντος τὴν ὄψιν τοῦ ὁρωμένου, ἐὰν ὅλον ἰδεῖν ἐθελήσῃ καὶ μὴ ὅσον ὁρᾷν ἀσφαλές.

[illegible] ...ον λείπῃ, [illegible] ...οῦ. ἔχομεν ἐπαγγελίαν [illegible] ...γνώσμεθα[2]). εἰ μὴ δυνατὸν ἐνταῦθα ἔχειν [illegible] ...όντων γνῶσιν, [a]τί μοι τὸ λειπόμενον; τί τὸ [illegible] ...ν; βασιλείαν οὐρανῶν [c]πάντως ἐρεῖς. ἡγοῦμαι δὲ μὴ ἄλλο τι τοῦτο εἶναι ἢ τὸ τυχεῖν τοῦ καθαρωτάτου τε καὶ τελεωτάτου, τελεώτατον δὲ τῶν ὄντων γνῶσις θεοῦ. ἀλλὰ τὸ μὲν κα-

1) Ps. 8, 4. 2) 1. Cor. 13, 12.

a. ἔγνως. In quibusdam ἐπέγνως.

b. καταλαμβάνειν. Tres Colb. et Or. 1. καταλαβεῖν.

c. τοῖς ἄνω. Sic plures Regg. et Colb. Coisl. 1. et Or. 1. In ed. deest ἄνω.

d. διὰ καθάρσεως etc. His verbis docet Gregorius, ad divinae Sapientiae studium puritatem requiri, nec nisi qui purus est ad Deum posse pertingere. Hinc Casaubonus in Praefatione Epist. VII. sancti Gregorii Nysseni ad Eustathiam, Ambrosiam et Basilissam haec habet: *Non alia sententia fuit tum aliorum veteris Ecclesiae Patrum tum Gregorii Nazianzeni, viri sine controversia maximi, et qui ob exquisitam rerum divinarum notitiam cum pari facundia et eruditione iunctam gloriosissimum Theologi nomen tulit. Hic igitur vir tantus gravissimum et vere gemmeum libellum, quo de divinae Sapientiae studio disputat, ita concludit ut oportere dicat:* διὰ καθάρσεως κτῆσαι τὸ καθαρόν, per purgationem eum, qui purus est, adipiscere. *Deinde autem iter affectantibus ad Dei divinarumque rerum notitiam, doctor fidelissimus hanc compendiariam viam ostendit,*

calumniam conflet. Non enim Filium ita ex Patre existere dico, quasi in Patre prius quidem fuerit, postea autem in esse prodierit. Neque enim imperfectum prius ac postea perfectum dico, quemadmodum fert lex nostrae generationis. T. I. p. 382.

T. I. p. 495. μοι τὸ κενόν, τὸ πλῆρες τῶν ληρημάτων, ὅσα περὶ θεῶν [a]ἢ θυσιῶν, περὶ εἰδώλων, περὶ δαιμόνων [b]ἀγαθοποιῶν τε καὶ κακοποιῶν, ὅσα περὶ μαντείας, θεαγωγίας, ψυχαγωγίας, ἄστρων δυνάμεως τερατεύονται. εἰ δὲ σὺ ταῦτα μὲν ἀπαξιοῖς λόγου ὡς μικρά τε καὶ πολλάκις ἐλήλεγμένα, περὶ δὲ τὰ σὰ στρέφῃ καὶ ζητεῖς τὸ [c]ἐν τούτοις φιλότιμον· ἐγώ σοι [d]κἀνταῦθα παρέξομαι πλατείας ὁδούς. φιλοσόφει μοι περὶ κόσμου ἢ κόσμων, περὶ ὕλης, περὶ ψυχῆς, περὶ λογικῶν φύσεων [e]βελτιόνων τε καὶ χειρόνων, περὶ ἀναστάσεως, κρίσεως, ἀνταποδόσεως, Χριστοῦ παθημάτων. ἐν τούτοις γὰρ καὶ τὸ ἐπιτυγχάνειν οὐκ ἄχρηστον καὶ [f]τὸ διαμαρτάνειν ἀκίνδυνον. θεῷ δὲ ἐντευξόμεθα, νῦν μὲν ὀλίγα, μικρὸν δὲ ὕστερον ἴσως τελεώτερον, ἐν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς [g]αἰῶνας· ἀμήν.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

[h]ΠΕΡΙ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΚΗ'.

---

[i]Ἐπειδὴ ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ τὸν θεολόγον, οἷόν τε εἶναι χρὴ διελθόντες καὶ οἷς τισι φιλοσοφητέον καὶ ἡνίκα καὶ ὅσον· ὅτι ὡς οἷόν τε [k]καθαρόν, ἵνα φωτὶ καταλαμβάνηται φῶς, καὶ τοῖς T. I. p. 496. ἐπιμελεστέροις, ἵνα μὴ ἄγονος ᾖ εἰς ἄγονον χώραν ἐμπίπτων ὁ λόγος, καὶ ὅταν γαλήνην ἔχωμεν ἔνδον ἀπὸ τῆς ἔξω περιφορᾶς, ὥστε μὴ καθάπερ [l]οἱ λυττῶντες τῷ πνεύματι διακόπτεσθαι, καὶ ὅσον ἐχωρήσαμεν ἢ χωρούμεθα· ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω, καὶ ἐνεώσαμεν ἑαυτοῖς [m]θεῖα νεώματα, ὥστε μὴ σπείρειν ἐπ' ἀκάνθαις[1]),

1) Ier. 4, 3.

a. ἢ θυσιῶν. Or. 1. καὶ θυσιῶν. Comb. περὶ θυσιῶν.

b. ἀγαθοποιῶν τε. Reg. bm. et duo Colb. ἀγαθῶν τε, bonis et malis.

c. ἐν τούτοις. Or. 1. ἐν λόγοις.

d. κἀνταῦθα. Reg. bm. καὶ ἐντεῦθεν.

e. βελτιόνων τε καὶ χειρόνων. Elias id de bonis et malis Angelis exponit.

f. τὸ διαμαρτάνειν etc. Scholium Regii codicis sic habet: ἄξιον ἀπορῆσαι, πῶς περὶ Χριστιανῶν ζητημάτων εἶπεν εἶναι ἀκίνδυνον περὶ ταῦτα διαμαρτεῖν· τὰ γὰρ πολλὰ τῶν ζητημάτων πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς περὶ τούτων ἡμῖν. *Mirandum sane, cur dixerit Gregorius periculosum non esse, si quis in his quaestionibus, quae inter Christianos versantur, a scopo aberret. Illae enim controversiae sunt ut plurimum inter Catholicos et Haereticos.* Coniicimus tamen difficultatis nodum solvi posse, si vox *διαμαρτάνειν* accipiatur non pro *a scopo, a recta via aberrare*, circa quaestiones, quae in controversiam vocantur, quod semper periculosum est, sed pro *spe frustrari*, circa eos, quibuscum disputationes aggredimur, qui in erroribus obstinate perseverant, licet tam verbo tam scriptis illorum error

de Diis, de sacrificiis, de simulacris, de Daemonibus tum beneficis tum maleficis, quaecunque de divinatione, de Deorum et animarum evocatione ac postremo de vi et facultate siderum vanissime disputant. Quod si tu quidem de his rebus ut parvis ac saepe confutatis disputationem instituere recusas, in tuis vero versari gestis, iisque gloriam ac nominis celebritatem affectas; hic ego quoque latissimum tibi campum aperiam. De mundo vel mundis philosophare, de materia, de anima, de naturis ratione praeditis tam bonis quam malis, de resurrectione, de iudicio, de praemiis ac poenis, de Christi cruciatibus. In his enim argumentis et scopum assequi utile est et aberrare minime periculosum. At vero cum Deo in hac quidem vita parcius, aliquanto post autem fortasse plenius commercium habebimus, in ipso Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in saecula. Amen. T. I. p. 495.

THEOLOGICA SECUNDA.

DE THEOLOGIA.

ORATIO VIGESIMA OCTAVA.

1. Quoniam sermone theologum repurgavimus, cum illud exposuimus, et qualem eum esse et apud quos et quando et quatenus philosophari oporteat, nam et eum quam maxime purum esse necesse est, ut luce lucem percipiat, et apud studiosos et diligentes auditores orationem habere, ne alioqui in sterilem terram sermo incidens sterilis quoque ipse sit, et tum demum, cum ab externarum rerum iactatione tranquillum animum habuerimus, ne (quod singultientibus accidere solet) spiritus nobis interrumpatur, ac denique hactenus disserendum, quatenus vel ipsi concepimus vel ab alienis concipimur; quoniam inquam haec ita se habent, ac, ne *super spinas seramus*, T. I. p. 496.

invicte confutetur. Sic enim recte dicitur *minime periculosum*. Leuvenklaius hunc contextum sic reddidit: *Nam ut in his est utile praestare quod cupias, sic expectationi voloque animi non satisfacere, periculo caret.*

g. αἰῶνας. Reg. bm. et Or. 1. addunt τῶν αἰώνων, *saeculorum*.

h. περὶ θεολογίας. Sic editi. Eadem inscriptione gaudet in plerisque codicibus.

i. ἐπειδή. Or. 1. ἐπειδέ.

k. καθαρόν. Coisl. 1. Or. 1. etc. καθαροῖς. Combef. utramque vocem simul admittendam putat, qua admissa sic reddit: *ut purus puris auribus sermonem infundat.* Utrique enim, oratori et auditori, puritas necessaria est, *ut lux luce* percipiatur, ab iis scilicet, *qui maiorem curam attulerint*, τοῖς ἐπιμελεστέροις.

l. οἱ λυττῶντες. Bas. οἱ λύζοντες.

m. θεῖα νεώματα. Alludit profecto ad haec Ierem. verba 4, 3. *Novate vobis novale, et nolite serere super spinas.* Alludit etiam ad haec Esaiae 28, 25. *Nonne cum adaequaverit faciem eius, seret* etc.

T. I. p. 496. καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ὠμαλίσαμεν[1]), τῇ γραφῇ τετυπωθέντες τε καὶ τυπώσαντες, φέρε τοῖς τῆς θεολογίας ἤδη προσβῶμεν λόγοις, προστησάμενοι τοῦ λόγου τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ ὧν ὁ λόγος, ὥστε τὰν μὲν εὐδοκεῖν, τὸν δὲ συνεργεῖν, τὸ δὲ ἐμπνεῖν, μᾶλλον δὲ μίαν ἐκ τῆς μιᾶς θεότητος γενέσθαι τὴν ἔλλαμψιν [a]ἑνικῶς διαιρουμένην καὶ συναπτομένην διαιρετῶς, ὃ καὶ παράδοξον.

[2]Ἀνιόντι δέ μοι προθύμως ἐπὶ τὸ ὄρος ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν προθυμουμένῳ τε ἅμα καὶ ἀγωνιῶντι, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐλπίδα, τὸ δὲ διὰ τὴν [b]ἀσθένειαν, ἵνα τῆς νεφέλης εἴσω [c]γένωμαι καὶ θεῷ συγγένωμαι, τοῦτο γὰρ κελεύει θεός, εἰ μέν τις [2]Ἀαρών[2]), συνανίτω καὶ στηκέτω πλησίον, κἂν ἔξω μένειν τῆς νεφέλης δέῃ, τοῦτο δεχόμενος, εἰ δέ τις Ναδὰβ ἢ [2]Ἀβιοὺδ ἢ τῆς γερουσίας[3]), ἀνίτω μέν, ἀλλὰ στηκέτω πόρρωθεν, κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς καθάρσεως, εἰ δέ τις τῶν πολλῶν καὶ ἀναξίων ὕψους τοιούτου καὶ θεωρίας, εἰ μὲν ἄναγνος πάντη, μηδὲ [d]προσίτω, οὐ γὰρ ἀσφαλές, εἰ δὲ [c]πρόσκαιρα γοῦν ἡγνισμένος, κάτω μενέτω καὶ μόνης ἀκουέτω τῆς φωνῆς καὶ τῆς σάλπιγγος, τῶν ψιλῶν τῆς εὐσεβείας ῥημάτων, καπνιζόμενόν τε τὸ ὄρος [f]βλεπέτω καὶ καταστραπτόμενον, ἀπειλήν τε ὁμοῦ καὶ θαῦμα τοῖς ἀνιέναι μὴ δυναμένοις, εἰ δέ τις θηρίον ἐστὶ πονηρὸν καὶ ἀνήμερον καὶ ἀνεπίδεκτον πάντη [g]λόγων θεωρίας καὶ θεολογίας, μὴ ἐμφωλευέτω ταῖς ὕλαις κακούργως καὶ κακοήθως, ἵνα τινὸς λάβηται δόγματος ἢ ῥήματος, [h]ἀθρόως προσπηδῆσαν, καὶ σπαράξῃ τοὺς ὑγιαίνοντας λόγους ταῖς ἐπηρείαις, ἀλλ' ἔτι πόρρωθεν στηκέτω, καὶ ἀποχωρείτω τοῦ ὄρους,
T. I. p. 497. ἢ λεθοβοληθήσεται καὶ συντριβήσεται, καὶ ἀπολεῖται κακῶς κακός[4]) (λίθοι γὰρ τοῖς θηριώδεσιν οἱ ἀληθεῖς λόγοι καὶ στερρόι), εἴτε πάρδαλις εἴη, συναποθνησκέτω τοῖς ποικίλμασιν[5]), εἴτε λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος καὶ ζητῶν[6]) ἥν τινα βρῶσιν ποιήσεται τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἢ λέξεων, εἴτε σῦς καταπατῶν τοὺς καλούς τε καὶ διαυγεῖς μαργαρίτας τῆς ἀληθείας[7]), εἴτε [i]λύκος [2]Ἀραβικὸς[8]) καὶ ἀλλόφυλος, ἢ καὶ τούτων ὀξύτερος τοῖς σοφίσμασιν, εἴτε ἀλώ-

1) Es. 28, 25. 2) Exod. 19, 24. 3) Exod. 24, 1. 4) Matth. 21, 41. 5) Ier. 13, 23. 6) 1. Petr. 5, 8. 7) Matth. 7, 6. 8) Habac. 1, 8.

a. ἑνικῶς διαιρουμένην etc. *Coniunctim distinctus, ac distinctim coniunctus*, id est *sicut unus permanet, etiamsi distinguatur, ita quodammodo distinguitur, etsi cohaereat.*

b. ἀσθένειαν. Or. 1. ἀλήθειαν, *veritatem*, et ad marg. ἀσθένειαν.

c. γένωμαι. Reg. a. γενώμενος.

d. προσίτω, οὐ γάρ. Or. 1. προσιτέτω, οὐδὲ γάρ.

nobis divina nävalia novavimus, terraeque superficiem complanavimus, scriptura videlicet sacra tum ipsi informati tum alios informantes, age iam ad theologiae sermones accedamus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, de quibus dicere instituimus, orationi nostrae praeficientes, ut et Pater propensa erga nos voluntate sit, et Filius adiutricem manum porrigat, et Spiritus vim suam afflet, vel ut rectius loquar unus ab una eademque divinitate ortus fulgor nos illustret, coniunctim distinctus ac distinctim coniunctus, id quod valde mirandum est. T. I. p. 496.

2. Mihi porro *in montem alacriter adscendenti* aut ut verius dicam adscendere proponenti simul ac trepidanti, illud propter spem, hoc propter imbecillitatem, ut nubem penetrem ac cum Deo commercium habeam, Deus enim ita iubet, si quis Aaron est, comitem se adscensus praebeat atque in propinquo stet, etiam si extra nubem sibi manendum sit, aequi bonique consulens. Si autem Nadab quispiam aut Abiud aut ex Seniorum ordine, adscendat ille quidem, verum procul insistat pro purgationis suae merito ac dignitate. Si vero quispiam e vulgo atque huiusmodi sublimitate ac speculatione indignus, si quidem omnino impurus ac profanus sit, nullo modo accedat, neque enim ea res periculi expers est, si autem saltem ad horae tempus purgatus, infra subsistat ac solam vocem et buccinam hoc est nuda pietatis verba audiat. Montem etiam fumo circumfusum ac coruscantem cernat, terrore simul eos et admiratione afficientem, quibus adscendere minime licet. Quod si quis mala et saeva bestia est nec speculationis et theologiae ullo modo capax, ne velut in sylvis versute ac malitiose latitet, ut impetu repente facto verbum aliquod vel dogma rapiat atque obtrectationibus et calumniis saluberrimam doctrinam discerpat, verum longius adhuc consistat atque a monte recedat; alioqui lapidibus opprimetur et obteretur, *malusque male perdètur*. Lapides enim sunt belluinis hominibus veri ac solidi sermones. Sive pardus sit, simul cum variis suis notis et maculis moriatur; sive leo rapiens et rugiens, ac quaerens quamnam animarum aut dictionum nostrarum devoret, sive porcus egregias et pellucidas veritatis margaritas conculcans, sive lupus Arabicus et peregrinus, aut etiam his quoad sophismata et captiosas disputationes acutior, sive vulpes, hoc est ver- T. I. p. 497.

e. *πρόσκαιρα γοῦν*. *Saltem ad horae tempus*. Hac voce significat Gregorius tempus et horam, quibus lex a certis immunditiis abstinere iubebat. Bill. *leviter saltem*.

f. *βλεπέτω*. In nonnullis *βλέπων*.

g. *λόγων*. Comb. *λόγου*.

h. *ἀθρόως*. Comb. *καὶ ἀθρόως*.

i. *λύκος Ἀραβικός*. Alludit ad haec verba Habacuc 1, 8.: *velociores lupis vespertinis*. In Septuaginta legitur *lupis Arabiae*, qui caeteris robore et proceritate sunt crudeliores.

T. I. p. 497. πηξ[1]), δολερά τις ψυχὴ καὶ ἄπιστος καὶ ἄλλοτε ἄλλη τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς χρείαις συμμορφουμένη, ἣν νεκρὰ τρέφει καὶ ὀδωδότα σώματα, ἢ ἀμπελῶνες μικροί, τῶν μεγάλων διαπεφευγότων, εἴτε τι ἄλλο τῶν ὠμοβόρων καὶ ἀποβλήτων τῷ νόμῳ καὶ οὐ καθαρῶν εἰς βρῶσίν τε καὶ ἀπόλαυσιν. βούλεται γὰρ τούτων ἀποχωρήσας ὁ λόγος οὕτω πλαξὶ στερρᾶις καὶ λιθίναις ἐγγράφεσθαι, καὶ ταύταις ἀμφοτέρωθεν διά τε τὸ φαινόμενον τοῦ νόμου καὶ τὸ κρυπτόμενον, [a]τὸ μὲν τοῖς πολλοῖς καὶ κάτω μένουσι, τὸ δὲ τοῖς ὀλίγοις καὶ ἄνω φθάνουσιν.

Τί τοῦτο ἔπαθον, ὦ φίλοι καὶ μύσται καὶ τῆς ἀληθείας συνερασταί; [b]ἔτρεχον μὲν ὡς θεὸν καταληψόμενος, καὶ οὕτως ἀνῆλθον ἐπὶ τὸ ὄρος καὶ τὴν νεφέλην διέσχον, εἴσω γενόμενος ἀπὸ τῆς ὕλης καὶ τῶν ὑλικῶν καὶ εἰς ἐμαυτὸν ὡς οἷόν τε συστραφείς· ἐπεὶ δὲ προσέβλεψα, μόλις εἶδον θεοῦ [c]τὰ ὀπίσθια, καὶ τοῦτο τῇ πέτρᾳ σκεπασθείς[2]), τῷ σαρκωθέντι δι' ἡμᾶς [d]λόγῳ, καὶ μικρὸν διακύψας οὐ τὴν πρώτην τε καὶ ἀκήρατον φύσιν καὶ ἑαυτῇ (λέγω δὴ τῇ τριάδι) γινωσκομένην καὶ ὅση τοῦ πρώτου καταπετάσματος εἴσω μένει καὶ ὑπὸ τῶν Χερυβὶμ [e]συγκαλύπτεται, ἀλλ' ὅση τελευταία καὶ εἰς ἡμᾶς φθάνουσα. ἡ δέ ἐστιν, [f]ὅσα ἐμὲ γινώσκειν, ἢ ἐν τοῖς κτίσμασι καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προβεβλημένοις καὶ διοικουμένοις μεγαλειότης ἢ (ὡς ὁ θεῖος Δαβὶδ ὀνομάζει) μεγαλοπρέπεια[3]). ταῦτα γὰρ θεοῦ [c]τὰ ὀπίσθια, ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνωρίσματα, ὥσπερ αἱ καθ' ὑδάτων ἡλίου σκιαὶ καὶ εἰκόνες ταῖς
T. I. p. 498. σαθραῖς ὄψεσι παραδεικνῦσαι τὸν ἥλιον, ἐπεὶ μὴ αὐτὸν [h]προσβλέπειν οἷόν τε τῷ ἀκραιφνεῖ τοῦ φωτὸς νικῶντα τὴν αἴσθησιν. οὕτως οὖν θεολογήσεις, κἂν ᾖς Μωσῆς καὶ Φαραὼ θεός[4]), κἂν μέχρι [i]τρίτου κατὰ τὸν Παῦλον οὐρανοῦ φθάσῃς καὶ ἀκούσῃς ἄῤῥητα ῥήματα[5]), κἂν ὑπὲρ [k]ἐκείνους γένῃ, ἀγγελικῆς τινος ἢ ἀρχαγγελικῆς στάσεώς τε καὶ τάξεως ἀξιωμένος. [l]κἂν γὰρ οὐράνιον ἅπαν κἂν ὑπερουράνιόν τι καὶ πολὺ τὴν φύσιν ὑψηλότερον ἡμῶν ᾖ καὶ ἐγγυτέρω θεοῦ, πλέον ἀπέχει θεοῦ καὶ τῆς τελείας καταλήψεως, ἢ ὅσον ἡμῶν ὑπεραίρει τοῦ συνθέτου καὶ ταπεινοῦ καὶ κάτω βρίθοντος κράματος.

1) Cant. 2, 15. 2) Exod. 33, 21—23. 3) Ps. 8, 2. 4) Exod. 7, 1. 5) 2. Cor. 12, 2.

a. τὸ μὲν τοῖς πολλοῖς etc. Bill. *Illud plerisque et humi manentibus, hoc paucis sursumque tendentibus.*

b. ἔτρεχον. Reg. a. tres Colb. et Or. 1. εἶχον. Sic etiam videtur legisse Leuv. qui vertit *Animus erat Deum comprehendere* etc.

c. τὰ ὀπίσθια. Schol. οἰκονομίαν, *Incarnationem.*

d. λόγῳ. Reg. a. θεῷ λόγῳ.

e. συγκαλύπτεται. Hoc Propitiatorii velamen, de quo Exod. 26, 31., significat

anta quaedam anima fideque ancipiti praedita et pro temporum varie- T.I. p. 497.
tate alia atque alia, novamque subinde ut id rebus suis conducere arbitratur formam assumens, quam mortua et foetida corpora nutriunt, aut humiles vineae, cum ad altas adspirare nequeat, sive denique aliud quoddam crudivorum animal legisque edicto reiectaneum nec purum, ut iis et vesci et frui liceat. Vult enim nostra doctrina ab iis abscedere atque ita solidis et lapideis tabulis inscribi, idque utrimque, quod nimirum lex partim perspicua sit, partim abdita et abstrusa, illud quidem plerisque ad radices montis subsistentibus, hoc autem paucis in montem adscendentibus.

3. Verum quid mihi accidit, o amici ac iisdem sacris initiati eiusdemque veritatis studiosi? Currebam hoc animo, quasi Deum percepturus, sicque in montem adscendi ac nubem penetravi, a materia rebusque materia constantibus reductus atque in me ipsum quoad eius fieri poterat collectus. Ut autem oculorum aciem adieci, vix hoc etiam sum consecutus, ut Dei posteriora cernerem, idque petra hoc est Verbo nostrae salutis causa incarnato contextus. Atque aliquantum prospiciens non primam illam et purissimam naturam sibique ipsi id est Trinitati notam, quaeque primo velo obtecta manet et a Cherubim obtegitur, conspicatus sum, verum postremam atque ad nos pertingentem. Ea autem est, ut quidem ipse cognitione assequor, maiestas illa vel (ut David appellat) *magnificentia*, quae in rebus ab eo creatis productisque et gubernatis elucet. Dei quippe posteriora sunt ea, quae post eum exstiterunt nobisque ipsius numen declarant, non secus videlicet ac solis in aquis umbrae atque simulacra infirmis oculis solem repraesentant, quandoquidem eum obtueri non possumus, utpote qui lucis puritate sensum omnem superat. Ad hunc itaque modum T.I. p. 498.
theologi munus obibis, quamvis etiam Moses sis Deusque Pharaonis, quamvis ad tertium usque caelum instar Pauli abreptus fueris atque arcana verba audiveris, quamvis etiam supra illos evectus angelicam quandam aut archangelicam sedem et ordinem sis consecutus. Creatum enim omne sive caeleste sive supercaeleste, licet sublimiori quam nos natura praeditum Deoque vicinius, longiori tamen intervallo a Deo ac plena illa et absoluta cognitione distat, quam quo compositam hanc nostram et abiectam atque humi vergentem massam superat.

in sensu Gregorii prohibitionem contemplationis summae illius naturae.

f. ὅσα. Reg. a. ὡς.

g. τὰ ὀπίσθια. Quemadmodum *facies Dei* substantiam et deitatem mundi creatione priorem, sic *posteriora* creationem et providentiam indicant.

h. προσβλέπειν. Reg. a. βλέπειν.

i. τρίτον. Comb. τοῦ τρίτου.

k. ἐκείνους. Reg. bm. duo Colb. et Or. 1. ἐκεῖνον.

l. κἂν γὰρ οὐράνιον etc. Id intelligit Elias de *Caelo* et de *Angelis*, qui super caelos sunt.

T. I. p. 498. Ἀρκτέον οὖν οὕτω πάλιν. Θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπόν, φράσαι δὲ ἀδύνατον, [a]ὡς τις τῶν παρ' Ἕλλησι θεολόγων ἐφιλοσόφησεν, οὐκ ἀτέχνως ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα καὶ κατειληφέναι δόξῃ τὸ χαλεπὸν εἰπεῖν, καὶ διαφύγῃ τῷ ἀνεκφράστῳ τὸν ἔλεγχον· ἀλλὰ φράσαι μὲν ἀδύνατον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, νοῆσαι δὲ ἀδυνατώτερον. τὸ μὲν γὰρ νοηθὲν τάχα ἂν λόγος δηλώσειεν, εἰ καὶ μὴ μετρίως, ἀλλ' ἀμυδρῶς γε τῷ μὴ πάντη τὰ ὦτα διεφθαρμένῳ καὶ νωθρῷ τὴν διάνοιαν, τὸ δὲ [b]τοσοῦτο πρᾶγμα τῇ διανοίᾳ περιλαβεῖν πάντως ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον, μὴ ὅτι τοῖς [c]καταβεβλακευμένοις καὶ κάτω νεύουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς λίαν ὑψηλοῖς τε καὶ φιλοθέοις, καὶ ὁμοίως πάσῃ [d]γεννητῇ φύσει καὶ οἷς ὁ ζόφος οὗτος ἐπιστροσθεῖ καὶ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν. οὐκ [e]οἶδα δὲ εἰ μὴ καὶ ταῖς ἀνωτέρω καὶ νοεραῖς φύσεσιν, αἳ διὰ τὸ πλησίον εἶναι θεοῦ καὶ ὅλῳ τῷ φωτὶ καταλάμπεσθαι τυχὸν ἂν καὶ τρανοῖντο, εἰ καὶ μὴ πάντη, ἀλλ' ἡμῶν γε τελειώτερόν τε καὶ ἐκτυπώτερον, καὶ ἄλλων ἄλλαι πλεῖον ἢ ἔλαττον κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς τάξεως.

Τοῦτο μὲν οὖν ἐνταῦθα κείσθω· τὸ δὲ ἡμέτερον οὐχ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ μόνον ὑπερέχει πάντα νοῦν[1]) καὶ κατάληψιν, οὐδὲ ὅσα T. I. p. 499. τοῖς δικαίοις ἔστιν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκείμενα, [f]τὰ μήτε ὀφθαλμοῖς ὁρατὰ μήτε ὠσὶν ἀκουστὰ[2]) μήτε διανοίᾳ θεωρητά, κατὰ μικρὸν γοῦν, οὐδὲ ἡ τῆς κτίσεως ἀκριβὴς κατανόησις (καὶ γὰρ καὶ ταύτης πείσθητι τὰς σκιὰς ἔχειν μόνον, ὅταν ἀκούσῃς· ὄψομαι τοὺς οὐρανούς ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας[3]), καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς πάγιον λόγον, ὡς οὐχὶ νῦν ὁρῶν, ὀψόμενος δὲ ἔστιν ὅτε), ἀλλὰ πολὺ πρὸ τούτων ἡ ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἐξ ἧς ταῦτα φύσις ἄληπτός τε καὶ ἀπερίληπτος, λέγω δὲ οὐχ ὅτι ἐστίν, ἀλλ' ἥ τις ἐστίν. οὐ γὰρ [g]κενὸν τὸ κήρυγμα ἡμῶν οὐδὲ ματαία ἡ πίστις ἡμῶν[4]), οὐδὲ τοῦτό ἐστιν ὃ δογματίζομεν, μὴ πάλιν τὴν εὐ-

1) Phil. 4, 7. 2) 1. Cor. 2, 9. 3) Ps. 8, 4. 4) 1. Cor. 15, 14.

a. ὡς τις τῶν etc. Plato hic intelligitur, qui in Timaeo [p. 28 C. ed. Steph.] ita habet: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ παντὸς εὑρεῖν τὸ ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Quod Tullius lib. de Universitate [cap. 2.] sic reddit: *Illum quidem quasi parentem huius Universitatis invenire difficile est, et cum iam inveneris, indicare in vulgus nefas.*

b. τοσοῦτο. Regg. a. bm. et Or. 1. τοιοῦτο, talem.

c. καταβεβλακευμένοις. Duo Colb. Or. 1. et Bud. κατεβλακευμένοις.

d. γεννητῇ. Reg. a. et Or. 1. γενετῇ.

e. οἶδα δέ. Sic Regii et Colbertini plures. Deest δέ in ed. Nullum certe est

4. Esto igitur hoc alterum orationis exordium. Deum intellectu percipere difficile est, eloqui autem impossibile, ut profanorum theologorum quidam docuit, meo quidem iudicio non incallide, nempe ut ex eo quod intellectu difficilem affirmat opinionem hominibus afferat, se eum cognitione percepisse, ex eo autem quod nullis verbis eum explicari posse ait hoc agat, ne inscitia sua prodi atque convinci queat. Ego vero ita potius dicendum censeo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari posse, animo autem atque intellectu comprehendi multo minus posse. Nam quod quis animo et ratione complexus fuerit, id quoque fortasse sermone declarare queat, si ne mediocriter quidem, at saltem obscure, modo auditorem nactus sit non omnino surdum tardique et stupidi ingenii. At rem tantam animo comprehendere omnino impossibile est, non modo ignavis et languidis deorsumque vergentibus, sed magnis etiam et excelsis viris Deique amore praeditis, ac mortalibus peraeque omnibus, quibus ad veri cognitionem caligo haec et carnis crassities tenebras offundit. Atque haud scio, an hoc quoque sublimioribus illis et intelligentibus naturis negatum non sit, quae quia Deo propius iunctae sunt ac toto illo splendore collucent, cernere utique fortasse queant, si non prorsus, ac certe plenius quam nos et solidius, atque aliae aliis pro cuiusque ordine vel uberius vel parcius. T. I. p. 498.

5. Sed de hac re hic sit finis. Quod autem ad nos attinet, non *pax* tantummodo *Dei exsuperat omnem mentem* et cognitionem, nec quaecunque iis, qui iustitiam coluerint, in divinis pollicitationibus recondita sunt, quae nec oculis cerni nec auribus excipi nec animo cogitari ac perspici nisi tenuissime possunt nec exacta et absoluta rerum creatarum cognitio (nam harum quoque te solas umbras tenere haud dubites, cum Scripturam ad hunc modum loquentem audieris: *Videbo caelos opera digitorum tuorum, lunam et stellas,* eamque quae ipsis inest firmam et stabilem rationem, perinde scilicet atque in hac vita ea minime videns, sed aliquando perspecturus); sed multo magis natura illa his sublimior, et ex qua haec originem traxerunt, captum omnem et comprehensionem superat. Nec vero haec verba ita accipi velim, quasi percipi non posse dicam quod sit Deus, sed quid et quale sit. Neque enim *inanis est praedicatio nostra* nec *vana fides nostra;* nec id est, quod adstruimus, ne rursus id, quod probe can- T. I. p. 499.

dubium, quin Angeli Deum videant, eumque visuri sint homines, cum aeternam beatitudinem adipiscentur.

f. τὰ μήτε ὀφθαλμοῖς etc. Observat Elias Cretensis haec Apostoli verba mutuata fuisse ex apocrypho libro, qui ab Elia Propheta scriptus dicitur. Quidni potius desumpta ex Esaia 64, 4.: *oculus non vidit* etc.?

g. κενόν. Par. καινόν, *nova.*

T. I. p. 499. γνωμοσύνην ἡμῶν ἀθεΐας λάβῃς ἀρχὴν καὶ συκοφαντίας [a]καὶ κατεπαρθῇς ὡς ὁμολογούντων τὴν ἄγνοιαν. πλεῖστον γὰρ διαφέρει τοῦ εἶναί τι πεπεῖσθαι τὸ τί ποτέ ἐστι τοῦτο εἰδέναι.

Τοῦ μὲν γὰρ εἶναι θεὸν καὶ τὴν πάντων ποιητικήν τε καὶ συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ ὄψις διδάσκαλος καὶ ὁ φυσικὸς νόμος, ἡ μὲν τοῖς ὁρωμένοις προσβάλλουσα καὶ πεπηγόσι καλῶς καὶ ὁδεύουσι καὶ ἀκινήτως (ἵνα οὕτως εἴπω) κινουμένοις καὶ φερομένοις, ὁ δὲ διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ τεταγμένων τὸν ἀρχηγὸν τούτων συλλογιζόμενος. πῶς γὰρ ἂν καὶ ὑπέστη τόδε τὸ πᾶν ἢ συνέστη, μὴ θεοῦ τὰ πάντα καὶ οὐσιώσαντος καὶ συνέχοντος; οὐδὲ γὰρ κιθάραν τις ὁρῶν κάλλιστα ἠσκημένην καὶ τὴν ταύτην εὐαρμοστίαν καὶ εὐταξίαν ἢ τῆς κιθαρῳδίας αὐτῆς ἀκούων ἄλλο τι ἢ τὸν τῆς κιθάρας δημιουργὸν καὶ τὸν κιθαρῳδὸν ἐννοήσει, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναδραμεῖται τῇ διανοίᾳ, κἂν ἀγνοῶν τύχῃ ταῖς ὄψεσιν. οὕτω καὶ ἡμῖν τὸ ποιητικὸν δῆλον καὶ τὸ κινοῦν καὶ τηροῦν τὰ πεποιημένα, κἂν μὴ διανοίᾳ περιλαμβάνηται, καὶ λίαν ἀγνώμων ὁ μὴ μέχρι τούτων προϊὼν ἑκουσίως καὶ ταῖς φυσικαῖς ἑπόμενος ἀποδείξεσιν, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο εἶναι θεόν, ὅπερ ἐφαντάσθημεν ἢ ἀνετυπωσάμεθα ἢ [b]λόγος ὑπέγραψεν. εἰ δέ τις ἐν περινοίᾳ
T. I. p. 500. τούτου [a]ποτὲ κἂν ἐπὶ ποσὸν ἐγένετο, τίς ἡ ἀπόδειξις; τίς οὕτως εἰς ἔσχατον σοφίας ἀφίκετο; τίς τοσούτου χαρίσματος ἠξιώθη ποτέ; τίς οὕτω τὸ στόμα τῆς διανοίας ἤνοιξε καὶ εἵλκυσε πνεῦμα[1]), ἵνα τῷ τὰ πάντα ἐρευνῶντι καὶ γινώσκοντι καὶ τὰ βάθη τοῦ θεοῦ πνεύματι[2]) θεὸν καταλάβῃ καὶ μηκέτι τοῦ πρόσω δέηται, τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ἔχων ἤδη καὶ εἰς ὃ πᾶσα σπεύδει καὶ πολιτεία τοῦ ὑψηλοῦ καὶ διάνοια;

Τί γάρ ποτε ὑπολήψῃ τὸ θεῖον, εἴπερ [d]ὅλαις ταῖς λογικαῖς πιστεύεις [e]ἐφόδοις; ἢ πρὸς τί σε ὁ λόγος ἀνάξει [f]βασανιζόμενος, ὦ φιλοσοφώτατε σὺ καὶ θεολογικώτατε καὶ καυχώμενε εἰς τὰ ἄμετρα; πότερον σῶμα; καὶ πῶς τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον καὶ ἀσχημάτιστον καὶ ἀναφὲς καὶ ἀόρατον; ἢ καὶ ταῦτα σώματα;

1) Ps. 119 [118. LXX.], 131. 2) 1. Cor. 2, 10.

a. καὶ κατεπαρθῇς ὡς etc. Id est et *adversum nos insurgas, quasi nos profiteamur ignorare, an sit Deus.*

b. λόγος. Hic Elias *rationem*, non *sermonem* intelligit.

dideque diximus, in impietatis et calumniae argumentum trahas, ac T.I. p. 409. nobis ut ignorantiam confitentibus arroganter insultes. Plurimum namque interest, certo tibi persuadeas aliquid esse, an quid tandem illud sit compertum habeas.

6. Etenim quod Deus sit ac princeps quaedam causa, quae res omnes procreaverit atque conservet, tum oculi ipsi tum lex naturalis docent, illi dum rebus in adspectum cadentibus aciem affigunt, easque et pulcre fixas et stabiles esse et progredi atque immote, ut ita dicam, moveri volvique perspiciunt, haec autem dum per res oculis subiectas ac recto ordine collocatas auctorem earum certo quidem ratiocinando assequitur. Quonam enim modo universa haec rerum moles vel producta unquam fuisset vel consisteret, nisi Deus omnia in rerum naturam protulisset atque conservaret? Quemadmodum enim quispiam citharam pulcerrime confectam et elaboratam conspiciens eiusque concinnitatem et constitutionem aut etiam ipsius citharae cantum audiens nihil aliud quam ipsum citharae conditorem et citharoedum mente reputat, atque ad eum cogitatione fertur etiamsi de facie ignotum; eodem quoque modo nobis is, qui res effecit effectasque movet atque conservat, manifestus est, etiamsi mente minime comprehendatur. Ac nimis profecto hebes et stolidus est, quisquis non huc usque sponte sua progreditur, naturaliumque demonstrationum vestigiis insistit, atque adeo hoc sibi persuadet, ne id quidem Deum esse, quod vel imagine quadam animi concepimus vel informavimus vel orationis penicillo utcunque descripsimus. Quod si quis unquam T.I. p. 500. cogitatione Deum quoquo modo comprehendit, quonam obsecro argumento id probabit? Ecquis enim eo sapientiae pervenit? Ecquis unquam tantam gratiam divinitus consecutus est? Ecquis *os* mentis ita *aperuit ac Spiritum attraxit*, ut *Spiritus omnia perscrutantis atque etiam Dei profunda cognoscentis* ope atque adiumento Dei naturam comprehenderit, nec iam ulterius progredi necesse habeat, utpote qui extremum illud appetendum iam habeat, ad quod omnis sublimium virorum et vita et cogitatio contendit?

7. Quid enim tandem Deum esse censebis, si argumentis a ratione petitis fidem omnino habes? Aut quo tandem te subvehet haec disputatio, si accuratius examinetur? Te inquam appello, qui philosophiae ac theologiae principatum tibi vindicas atque in immensum gloriaris. An corpus eum esse dices? Quonam ergo modo immensus, infinitus, figurae expers est, ac denique eiusmodi, ut nec tangi nec

c. ποτέ deest in Or. 1.
d. ὅλαις. Coisl. 3. et Or. 1. ἅλως, omnino.
e. ἐφόδοις. Coisl. 1. ὁρμαῖς.
f. βασανιζόμενος. Coisl. 2. βιαζόμενος.

T.I. p. 500. [a]ὦ τῆς ἐξουσίας· οὐ γὰρ αὕτη φύσις σωμάτων. ἢ σῶμα μέν, οὐχὶ ταῦτα δέ; ὦ τῆς παχύτητος· ἵνα μηδὲν πλέον ἡμῶν ἔχῃ τὸ θεῖον. [b]πῶς γὰρ σεπτόν, εἰ περίγραπτον; ἢ πῶς φεύξεται τὸ ἐκ στοιχείων συγκεῖσθαι καὶ εἰς αὐτὰ πάλιν ἀναλύεσθαι, ἢ καὶ ὅλως λύεσθαι; σύνθεσις γὰρ ἀρχὴ μάχης, μάχη δὲ διαστάσεως, ἡ δὲ λύσεως, λύσις δὲ ἀλλότριον πάντη θεοῦ καὶ τῆς πρώτης φύσεως. οὐκ οὖν διάστασις, ἵνα μὴ λύσις, οὐδὲ μάχη, ἵνα μὴ διάστασις, οὐδὲ σύνθεσις, ἵνα μὴ μάχῃ· διὰ τοῦτο οὐδὲ σῶμα, ἵνα μὴ σύνθεσις. ἐκ τῶν τελευταίων ἐπὶ τὰ πρῶτα ὁ λόγος ἀνιὼν οὕτως ἵσταται.

Πῶς δὲ καὶ σωθήσεται τὸ διὰ πάντων διήκειν καὶ πληροῦν τὰ πάντα θεὸν κατὰ τὸ οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει κύριος[1]), καὶ πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην[2]), εἰ τὸ μὲν [c]περιγράφοι, τὸ δὲ περιγράφοιτο; ἢ γὰρ διὰ κενοῦ χωρήσει τοῦ παντός, καὶ τὰ πάντα οἰχήσεται ἡμῖν, ἵν' ὑβρισθῇ θεὸς καὶ σῶμα γενόμενος καὶ οὐκ ἔχων ὅσα πεποίηκεν, ἢ σῶμα T.I. p. 501. ἐν σώμασιν ἔσται, ὅπερ ἀδύνατον, ἢ πλακήσεται καὶ ἀντιπαρατεθήσεται, [d]ὥσπερ ὅσα τῶν ὑγρῶν μίγνυται, καὶ τὸ μὲν τέμνει, ὑπὸ δὲ τοῦ τμηθήσεται, ὃ καὶ τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἀτοπώτερόν τε καὶ [e]γραωδέστερον· καὶ οὕτω διαπεσεῖται ἡμῖν καὶ σῶμα οὐχ ἕξει οὐδὲ πῆξίν τινα [f]ὁ περὶ τοῦ σώματος λόγος. εἰ δὲ ἄϋλον φήσομεν, εἰ μὲν τὸ πέμπτον, [g]ὡς τισιν ἔδοξε, καὶ τὴν κύκλῳ φορὰν φερόμενον; ἔστω μὲν ἄϋλόν τι καὶ πέμπτον σῶμα, εἰ βούλονται δὲ καὶ ἀσώματον, κατὰ τὴν αὐτόνομον αὐτῶν τοῦ λόγου φοραν καὶ ἀνάπλασιν, οὐδέν γὰρ νῦν περὶ τούτου [h]διοίσομαι· κατὰ τί δὲ τῶν κινουμένων ἔσται καὶ φερομένων, ἵνα μὴ λέγω τὴν ὕβριν, εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς πεποιημένοις ὁ πεποιηκὼς κινηθήσεται καὶ τοῖς φερομένοις ὁ φέρων, εἴ γε καὶ τοῦτο δώσουσι; [i]τί δαὶ τὸ τοῦτο πάλιν κινοῦν; τί δὲ τὸ πᾶν κινοῦν; κἀκεῖνο

1) Ier. 23, 24. 2) Sap. 1, 7.

a. ὦ τῆς ἐξουσίας .... ὦ τῆς παχύτητος. Sic Coisl. 1. Deest ὦ in ed.

b. πῶς γὰρ σεπτόν etc. *Quomodo enim eum colamus, si circumscribi potest? Aut quomodo concedere detrectabimus, eum ex elementis conflatum esse, atque in eadem denuo redigendum, denique prorsus interiturum.*

c. περιγράφοι. Reg. a. περιγράφει.

d. ὥσπερ. Sic duo Regg. tres Colb. Coisl. 1. Or. 1. etc. In ed. ἢ ὥσπερ.

e. γραωδέστερον. Coisl. 1. addit ὡς οἱ περὶ ταῦτα ἐσχολακότες ἐλήρησαν. *Anilius etiam iis deliramentis, quae homines in hac disciplina versati finxerunt.* Haec tamen desunt in plerisque codd. et ed. Elias autem agnoscit.

f. ὁ περὶ τοῦ σώματος λόγος. Haec iungit Leuv. cum superioribus verbis καὶ οὕτω διαπεσεῖται ἡμῖν, sicque reddit: *Atque hoc modo ratio, quae Deo corpus attribuit, subsistere nobis nequit; adeoque*

oculis cerni queat? An haec quoque in corpora cadunt? O licentiam! T. I. p. 500. Non enim haec corporum natura est. An corpus quidem esse statues, immensum vero atque infinitum caeteraque huius generis esse negabis? O crassitiem! ut nulla re Deus nobis praestet. Quid enim afferri potest, cur colatur atque adoretur, si circumscriptus est? Aut quid causae esse dicemus, quin ex elementis conflatus sit atque in eadem denuo redigatur aut etiam prorsus intereat? Compositio quippe pugnae initium est, pugna autem dissidii, dissidium solutionis, solutio porro nullo modo in Deum ac primam illam naturam cadit. Quocirca nullum dissidium admittendum est, ne solutio consequatur, nec pugna, ne dissidium oriatur, nec compositio, ne pugna existat. Ac proinde ne corpus quidem est, ne alióqui compositum quidem eum esse necesse sit. Sic ab extremis ad prima recurrens oratio insistit.

8. Iam vero quomodo illud tueri poterimus, quod ait Scriptura, Deum omnia pervadere atque implere, iuxta illud: *Nonne caelum et terram ego impleo? dicit Dominus*, et *Spiritus Domini replevit orbem terrarum*; si Deus partim circumscribat, partim circumscribatur? Aut enim per vacuam universitatem grassabitur, et res omnes nobis peribunt, ut sic Deus contumelia afficiatur, nimirum et qui corpus sit, et iis, quae procreavit, careat, aut corpus in corporibus erit, id quod fieri non potest, aut implicabitur et opponetur, quemadmodum ea, quae liquiditate praedita sunt, inter se miscentur, atque alia secabit et T. I. p. 501. ab aliis rursus secabitur, quod ipsis etiam Epicuri atomis absurdius et anilius est, sicque nobis collabetur nec corpus nec solidi quidquam habebit haec disputatio, qua corpus Deo tribuere conamur. Quod si eum corpus materiae expers esse contenderint, si quidem quintum illud, ut nonnulli censuerunt, et in orbem volubile? Sit sane corpus quoddam quintum et a materia semotum atque etiam (si ipsis ita collibuerit) incorporeum; quandoquidem ita sermone comparati sunt, ut pro arbitrio in omnem partem sese versent ac quidvis effingant; nihil enim hac de re in praesentia cum illis altercabor. Caeterum quo tandem in genere erit earum rerum, quae motu cientur et agitantur, ut interim taceam, quam gravis sit contumeliae asserere Creatorem eodem quo res ab eo creatas motu incitari, atque eum, cuius vi ac numine res conditae volvuntur, si tamen hoc etiam daturi sunt, eodem modo cum iis volvi ac circumferri? Quaero etiam, quidnam sit, quod universum hoc moveat, quidnam vero, quod vicissim illud mo-

nec corpus nec compagem ullam habebit.

g. *ὡς τισιν ἔδοξε.* Ex his fuit Aristoteles, qui praeter quatuor rerum principia seu elementa, quae sunt *aqua, terra, ignis et aer*, quintum, nempe *caelum* e materia quadam efformatum, admittebat.

h. *διοίσομαι.* Reg. a. *διοίσομεν.*

i. *τί δαὶ τό* etc. Reg. bm. et Or. 1. *τί δὲ τό.* Totum hunc locum sic vertit Leuv. *At enim, obsecro, quodnam erit a*

T. I. p. 501. τί; καὶ τί πάλιν ἐκεῖνο; καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον. πῶς δαὶ οὐκ ἐν τόπῳ πάντως, εἴ γε φερόμενον; εἰ δὲ ἄλλο τι παρὰ τὸ πέμπτον φήσουσιν, εἰ μὲν ἀγγελικόν, πόθεν ὅτι [a]ἄγγελοι σώματα, καὶ τίνα ταῦτα; καὶ [b]πόσον ὑπὲρ ἄγγελον εἴη Θεός, οὗ λειτουργὸς ἄγγελος; εἰ δὲ ὑπὲρ ταῦτα, πάλιν εἰσήχθη σωμάτων ἐσμὸς ἀλόγιστος καὶ φλυαρίας βυθὸς οὐδαμοῦ στῆναι δυνάμενος.

Οὕτω μὲν [c]οὖν οὐ σῶμα ἡμῖν ὁ Θεός, οὐδὲ γὰρ ἤδη τις τοῦτο τῶν Θεοπνεύστων ἢ εἶπεν ἢ παρεδέξατο, [d]οὐδὲ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ὁ λόγος. λείπεται δὴ ἀσώματον ὑπολαμβάνειν. ἀλλ' εἰ ἀσώματον, οὕπω μὲν οὐδὲ τοῦτο τῆς οὐσίας παραστατικόν τε καὶ [e]περιεπτικόν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ ἄναρχον καὶ τὸ ἀναλλοίωτον καὶ τὸ ἄφθαρτον καὶ ὅσα περὶ Θεοῦ ἢ περὶ Θεὸν
T. I. p. 502. εἶναι λέγεται. [f]τί γὰρ ὄντι αὐτῷ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν ὑπάρχει τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχειν μηδὲ ἐξίστασθαι μηδὲ περατοῦσθαι; ἀλλ' ὅλον τὸ εἶναι περιλαμβάνειν λείπεται προσφιλοσοφεῖν τε καὶ προσεξετάζειν τῷ γε νοῦν [g]Θεοῦ ἀληθῶς ἔχοντι καὶ τελεωτέρῳ τὴν Θεωρίαν. ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὸ σῶμα εἰπεῖν ἢ τὸ γεγεννῆσθαι πρὸς τὸ καὶ τό, περὶ ὃ ταῦτα, παραστῆσαί τε καὶ δηλῶσαι, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ ὑποκείμενον τούτοις εἰπεῖν, εἰ [h]μέλλοι τελείως καὶ ἀποχρώντως τὸ νοούμενον παραστήσεσθαι (ἢ γὰρ ἄνθρωπος ἢ βοῦς ἢ ἵππος τοῦτο τὸ ἐνσώματον καὶ γεννώμενον καὶ φθειρόμενον)· οὕτως οὐδὲ ἐκεῖ στήσεται μέχρι τοῦ εἰπεῖν ἃ μή ἐστιν ὁ τὴν τοῦ ὄντος πολυπραγμονῶν φύσιν, ἀλλὰ δεῖ πρὸς [i]τῷ εἰπεῖν ἃ μή ἐστι καὶ ὅ ἐστιν εἰπεῖν, ὅσῳ καὶ ῥᾷον ἦν τι περιλαβεῖν ἢ τὰ πάντα καθ' ἕκαστον ἀπειπεῖν, ἵνα [k]ἔκ τε τῆς ἀναιρέσεως ὧν οὐκ ἔστι καὶ τῆς οὗ ἐστι θέσεως περιληφθῇ τὸ νοούμενον. ὁ δὲ ἃ μὲν οὐκ ἔστι λέγων, σιωπῶν δὲ ὅ ἐστι, ποιεῖ παραπλήσιον, [l]ὥσπερ ἂν εἰ τὰ πέντε δὶς ὅσα ἐστὶν ἐρωτώμενος ὅτι μὲν [m]οὐ δύο λέγοι οὐδὲ τρία οὐδὲ τέσσαρα οὐδὲ πέντε οὐδὲ εἴκοσιν οὐδὲ τριάκοντα οὐδέ τινα, ἵνα συνελὼν εἴπω, τῶν

quo Universum hoc movebitur? Quidnam illud vicissim movebit? Quid item illud? Idque adeo in infinitum. Sic Graeca videtur legisse: τί δὲ πᾶν κινοῦν; τί δὲ τοῦτο πάλιν κινοῦν; καὶ τί πάλιν ἐκεῖνο; καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον.

a. ἄγγελοι. Reg. a. οἱ ἄγγελοι.

b. πόσον. Duo Colb. et Or. 1. addunt ἄν.

c. οὖν deest in Reg. bm. et Or. 1.

d. οὐδὲ τῆς ἡμετέρας etc. Bill. *Atque ab huiusmodi sermone fides Ecclesiae abhorret.*

e. περιεπτικόν deest in nonnullis codd.

f. τί γὰρ ὄντι etc. Bill. *Primum enim huic quidem certe, qui Dei mentem vere habeat atque in contemplatione perfectior sit, considerandum et expendendum occurrit, quid Deus natura sua et substantia sit; ac postea hoc adiiciendum superest,*

veat, ac rursum a quo illud moveatur, eodemque modo in infinitum progrediar. Qui etiam fieri potest ut omnino non sit in loco, si quidem fertur ac motu incitatur? Iam si aliud quoddam corpus praeter quintum illud Deum esse statuant, siquidem angelicum, unde probabunt Angelos corpore constare et quo tandem corpore? Quantum autem, si res ita se habeat, Deus Angelum, quo ministro utitur, antecellet? Si corpus quoddam his sublimius esse dixerint, rursus corporum examen rationis expers inducetur ac nugarum gurges adeo profundus, ut nusquam pes figi possit. T. I. p. 501.

9. Atque hinc constat Deum corpus non esse. Neque enim adhuc quisquam eorum, qui divinitus afflati sunt, hoc vel dixit vel ab aliis dictum comprobavit, nec nostri ovilis est haec doctrina. Superest igitur ut incorporeum esse Deum existimemus. Verum utcunque incorporeum dicamus, nondum tamen hoc naturam illius essentiamque complectitur et declarat, quemadmodum nec ingenitum nec anarchum id est *principii expers* nec immutabile nec incorruptibile caeteraque omnia, quae de Deo vel circa Deum praedicantur. Quid enim prodest ad indicandam ipsius naturam et subsistentiam, qua existit, si dicas eum initium non habere nec a se unquam discisсere nec ullis terminis includi? Verum totam eius essentiam edisserendam et inquirendam huic relinquimus, qui vere Dei notitiam habet atque in contemplando perfectior est. Ut enim non satis est, corpus dicere aut procreatum esse, ad hoc vel illud, cui haec adiacent, exprimendum et indicandum, sed quid ipsa quoque res subiecta sit dicendum est, si modo volumus id, quod cogitamus, plene atque abunde repraesentare (potest enim vel homo vel bos vel equus esse hoc, quod corporeum ac procreatum et corruptibile esse pronuntiamus); ad eundem modum qui Dei naturam curiosius inquirendam duxerit, non hic conquiescet, ut dicat quid non sit Deus, sed hoc quoque ipsi adiiciendum erit, ut quid sit exponat, idque eo magis, quod minus difficile est unum quidpiam animo complecti, quam omnia sigillatim inficiando removere, ut reiectis iis, quae non est, et constituto eo, quod sit, comprehendatur id, quod cogitamus. Qui vero ita quid res aliqua non sit pronuntiat, ut interim quid sit taceat, non absimilis est ei, qui rogatus, bis quinque quot sint, respondeat quidem ea nec duo esse nec tria nec quatuor nec quinque nec viginti nec triginta nec (ut brevi complectar) T. I. p. 502.

eum nec initium habere, nec a se unquam desciscere, nec fine ullo circumscribi ac definiri, sed, quidquid in rerum natura est, ambitu suo complecti atque coercere.

g. Θεοῦ deest in Or. 1.

h. μέλλοι. Reg. a. μέλλει.

i. τῷ. Coisl. 1. τό.

k. ἔκ τε. Deest τε in Reg. bm.

l. ὥσπερ ἄν. Deest ἄν in Or. 1.

m. οὐ δύο λέγοι etc. Regg. a. bm. tres Colb. et Or. 1. οὐ δύο λέγει, οὐδὲ τρεῖς, οὐδὲ τέσσαρες.

T. I. p. 502. ἐντὸς δεκάδος ἢ δεκαδικῶν ἀριθμῶν, ὅτι δὲ εἴη δέκα μὴ λέγοι μηδὲ ἐρείδοι τὸν νοῦν τοῦ ἐρωτῶντος εἰς τὸ ζητούμενον. πολλῷ γὰρ ῥᾷον καὶ συντομώτερον ἐκ τοῦ ὅ ἐστιν ὅσα οὐκ ἔστι δηλῶσαι, ἢ ἐκ τοῦ ἀνελεῖν ἃ μή ἐστιν ὅ ἐστιν ἐνδείξασθαι· ἢ τοῦτο μὲν παντὶ δῆλον.

Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἀσώματον ἡμῖν τὸ θεῖον, μικρόν τι προσεξετάσωμεν. πότερον οὐδαμοῦ τοῦτο ἤ ἐστιν ὅπου; εἰ μὲν γὰρ οὐδαμοῦ, ζητήσαι τις ἂν [a]τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν πῶς ἂν καὶ εἴη, εἰ γὰρ τὸ μὴ ὂν οὐδαμοῦ, τὸ μηδαμοῦ τυχὸν οὐδὲ ὄν· εἰ δέ ἐστι πού, πάντως ἐπείπερ ἔστιν, ἢ ἐν τῷ παντὶ ἢ ὑπὲρ τὸ πᾶν. ἀλλ' εἰ μὲν ἐν τῷ παντί, ἢ τινὶ ἢ πανταχοῦ. καὶ εἰ μὲν ἐν τινί, ὑπ' ἐλάττονος περιγραφήσεται τοῦ τινός, [b]εἰ δὲ πανταχοῦ, ὑπὸ πλει-
T. I. p. 503. ονος καὶ ἄλλου πολλοῦ; λέγω δὲ τὸ περιεχόμενον τοῦ περιέχοντος, εἰ τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ παντὸς [c]μέλλει περισχεθήσεσθαι, καὶ μηδένα τόπον εἶναι περιγραφῆς ἐλεύθερον. [d]ταῦτα μὲν εἰ ἐν τῷ παντί· καὶ ποῦ πρὶν γενέσθαι τὸ πᾶν; οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν εἰς ἀπορίαν· εἰ δὲ ὑπὲρ τὸ πᾶν, ἆρ' οὐδὲν ἦν τὸ διορίζον αὐτὸ τοῦ παντός; ποῦ δὲ τὸ ὑπὲρ τοῦτο; καὶ πῶς ἐνοήθη τὸ ὑπεραῖρον καὶ ὑπεραιρόμενον, οὐκ ὄντος ὅρου τινὸς τοῦ τέμνοντος ταῦτα καὶ διορίζοντος; ἢ χρὴ πάντως εἶναι τὸ μέσον καὶ ᾧ περατοῦται τὸ πᾶν καὶ τὸ ὑπὲρ τὸ πᾶν; καὶ τί ἄλλο τοῦτο ἢ τόπος ἐστίν, ὅνπερ ἐφύγομεν; καὶ οὕπω λέγω τὸ περιγραπτὸν πάντως εἶναι τὸ θεῖον, [c]καὶ εἰ διανοίᾳ καταληπτόν· ἓν γὰρ περιγραφῆς εἶδος καὶ ἡ κατάληψις.

Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα διῆλθον; καὶ περιεργότερον ἴσως ἢ κατὰ τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς καὶ κατὰ [f]τὸν νῦν κεκρατηκότα τύπον τῶν λόγων, ὃς τὸ γενναῖον καὶ ἁπλοῦν ἀτιμάσας τὸ σκολιὸν καὶ [g]γριφοειδὲς ἐπεισήγαγεν, ὡς ἐκ τῶν καρπῶν τὸ δένδρον γινώσκεσθαι[1]), λέγω δὲ τὸ ἐνεργοῦν τὰ τοιαῦτα δόγματα σκότος ἐκ

1) Matth. 12, 33.

a. τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν. *Qui scire ac investigare omnia cupiunt.*

b. εἰ δὲ πανταχοῦ etc. Bill. *Sin ubique, ergo ab alio multo maiore continebitur: si quidem futurum est, ut Deus totus universi complexu teneatur, nec ulla ex parte circumscriptionis expers sit.*

c. μέλλει. Reg. bm. tres Colb. et Comb. μέλλοι.

ullum numerum citra vel ultra denarium, caeterum quod decem sint non dicat, nec mentem eius, a quo interrogatur, ad id, quod quaesitum est, affigat. Multo enim facilius et compendiosius est, ex eo, quod quid sit dixeris, quidquid non sit declarare, quam ex eorum, quae non est, ablatione atque infitiatione quid sit demonstrare, quemadmodum cuivis perspicuum esse arbitror. T. I. p. 502.

10. Quoniam igitur Deum corpore vacare nobis est exploratum, aliquanto ulterius in inquirendo progrediamur. Nusquamne ille est an alicubi? Si enim nusquam, quaeret fortasse aliquis ex iis, qui inquirendi ac disputandi subtilitate impensius gaudent, quomodo esse quoque possit. Nam si id, quod non est, nusquam est, id quoque, quod nusquam est, ne quidem fortasse est. Quod si alicubi esse dixeris, procul dubio quandoquidem est, vel in universo est vel supra universum. Si in universo, vel in quadam eius parte est vel ubique. T. I. p. 503. Si quadam in parte, ergo a minori hac parte circumscribetur. Sin ubique, ab ampliore alioque multo maiore id est a continente continebitur. Haec si dederimus, futurum est ut universum universi complexu teneatur, nec ullus a circumscriptione liber exstet locus. In has absurditates incidant necesse est, qui eum in universo esse dixerint. Ac praeterea ubinam erat, antequam universa haec rerum machina exstitisset? Nam hoc quoque non levem difficultatem affert. Quod si eum supra universum esse dixerint, quid? Nihilne erat, quod eum ab universo dirimeret? Ubinam porro erat quod supra universum erat? Aut quomodo internosci poterat id, quod sublimius erat, ab eo, quod inferius, cum nullus limes esset, qui haec secerneret ac distingueret? Annon omnino necesse est medium quoddam esse, quo velut termino dirimatur universum ab eo, quod supra universum est? Quid autem aliud hoc fuerit, quam locus, quem iam ante exclusimus? Nondum enim commemoro, fieri omnino non posse quin circumscriptus sit Deus, si animo et cogitatione comprehendi potest. Unum quippe circumscriptionis genus comprehensio quoque ipsa est.

11. Quorsum autem haec disserui, curiosiusque fortasse, quam vulgi aures ferant, ac pro ea quae hac tempestate viget disputandi ratione, quae simplici atque ingenua rerum divinarum pertractatione contempta et pro nihilo habita subdolum atque involutum dicendi genus invexit; ut nimirum *ex fructibus arbor*, hoc est ater ille ac tenebrosus spiritus, huiusmodi dogmatum afflator ex hac disputatio-

d. *ταῦτα μέν* etc. *Haec quidem consequentur, si in hac universitate Deus constituatur.*

e. *καὶ εἰ.* Deest *εἰ* in Reg. Cypr.

f. *τὸν νῦν.* Sic codd. In ed. *τὸν νοῦν.*

g. *γριφοειδές.* Sic Reg. bm. et Coisl. 1. In quibusdam *γριφῶδες.* In ed. *τρυφοειδές.* Schol. *αἰνιγματωδές, aenigmatice, obscure.* Notat hic Gregorius Eunomianos ac praecipue Aetium Eunomii magistrum.

T.I. p. 503. τοῦ ζόφου τῶν λεγομένων. οὐ γὰρ ἵνα καὶ αὐτὸς παράδοξα λέγειν δόξω καὶ περιττὸς φαίνωμαι τὴν σοφίαν, πλέκων [a]συνδέσμους καὶ διαλύων κρατούμενα[1]), τοῦτο δὴ τὸ μέγα θαῦμα τοῦ Δανιήλ· ἀλλ' ἵν' ἐκεῖνο θηλώσαιμι, ὅ μοι λέγειν ὁ λόγος ἀπ' ἀρχῆς [b]ὥρμησεν. [c]τοῦτο δὲ τί ἦν; τὸ μὴ ληπτὸν εἶναι ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ τὸ θεῖον μηδὲ ὅλον ὅσον ἐστὶ φαντάζεσθαι· καὶ τοῦτο οὔτε διὰ φθόνον (μακρὰν γὰρ τῆς θείας φύσεως φθόνος, τῆς γε ἀπαθοῦς καὶ μόνης ἀγαθῆς καὶ κυρίας, καὶ μάλιστα τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων περὶ τὸ [d]τιμιώτατον· τί γὰρ λόγῳ πρὸ τῶν λογικῶν;
T.I. p. 504. ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ ὑποστῆναι τῆς ἄκρας ἀγαθότητος), οὔτε εἰς τιμὴν ἑαυτοῦ καὶ δόξαν [e]τοῦ πλήρους, ἵνα τῷ ἀνεῳγότι τὸ τίμιον ἔχῃ καὶ τὸ σεβάσμιον. τοῦτο γὰρ [f]πάντως σοφιστικὸν καὶ ἀλλότριον, μὴ ὅτι θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπου μετρίως ἐπιεικοῦς καί τι δεξιὸν ἑαυτῷ συνειδότος, ἐκ τοῦ κωλύειν ἑτέρους τὸ πρωτεῖον πορίζεσθαι.

Ἀλλ' εἰ μὲν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, εἰδεῖεν ἂν οἱ ἐγγυτέρω θεοῦ καὶ τῶν ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων[2]) ἐπόπται καὶ θεωροί, εἴπερ εἰσί τινες τοσοῦτοι τὴν ἀρετὴν καὶ ἐν ἴχνεσιν ἀβύσσου περιπατοῦντες, τὸ δὴ λεγόμενον[3])· ὅσον δ' οὖν ἡμεῖς κατειλήφαμεν, μικροῖς μέτροις μετροῦντες τὰ δυσθεώρητα, τάχα μὲν ἵνα μὴ τῷ ῥᾳδίῳ τῆς κτήσεως ῥᾷστη γένηται καὶ ἡ τοῦ κτηθέντος ἀποβολή (φιλεῖ γὰρ τὸ μὲν πόνῳ κτηθὲν μᾶλλον κρατεῖσθαι, τὸ δὲ ῥᾳδίως κτηθὲν καὶ [g]ἀποπτύεσθαι τάχιστα, ὡς πάλιν ληφθῆναι δυνάμενον, [h]καὶ οὕτως εὐεργεσία καθίσταται τὸ μὴ πρόχειρον τῆς εὐεργεσίας, τοῖς γε νοῦν ἔχουσι), τάχα δὲ ὡς μὴ ταὐτὸν ἡμᾶς τῷ πεσόντι ἐωσφόρῳ[4]) [i]πάσχειν ἐκ τοῦ τὸ φῶς ὅλον χωρῆσαι κατέναντι κυρίου παντοκράτορος τραχηλιᾷν καὶ πίπτειν ἐκ τῆς ἐπάρσεως, πτῶμα πάντων ἐλεεινότατον, τυχὸν δὲ ἵν' ᾖ τι πλέον ἐκεῖθεν [j]ἆθλον φιλοπονίας καὶ λαμπροῦ βίου τοῖς ἐνταῦθα κεκα-

1) Dan. 5, 12. 2) Rom. 11, 33. 3) Iob. 38, 16. 4) Es. 14, 12.

a. *συνδέσμους*. Vulgata versio Dan. 5, 12. habet *obscura interpretari et ligata dissolvere.*

b. *ὥρμησεν*. In nonnullis *ὥρμητο*.

c. *τοῦτο δὲ τί ἦν*. Deest *τί* in Or. 1.

d. *τιμιώτατον*. Comb. praefert *οἰκειότατον*. *Maxima sibi necessitudine coniunctum, familiarissimum.*

e. *τοῦ πλήρους*. Alludit ad haec Esaiae verba 1, 11.: *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus: plenus sum* etc.

nis caligine *agnoscatur*? Non enim hoc eo a me factum est, ut ipse T. I. p. 503. quoque nova et ab hominum sensibus aliena proferre atque *eximia quadam et excellenti sapientia ornatus esse* videar, nodos nectens atque adstricta dissolvens, quod quidem magnum Danielis miraculum fuit; verum ut illud ostendam, quod orationis principio dicere instituebam, nimirum Deum extra humani ingenii captum esse, nec totum quantus est cogitari atque animo informari posse; idque non ob invidiam (longe enim abest a divina natura invidiae livor, utpote quae omni perturbatione vacat solaque bona et domina est, ac praesertim erga id, quod ex omnibus rebus a se conditis maximo in pretio habet. Quid enim apud Verbum priore loco ac numero est, quam quae rationem ac sermonis facultatem acceperunt? Quandoquidem hoc quo- T. I. p. 504. que ipsum, quod procreata sunt, summae cuiusdam divinae bonitatis argumentum est); nec ut inde ipsius, qui plenus est, honori gloriaeque quidquam accederet, ut videlicet ex eo quod ad eius cognitionem mortales pervenire nequeunt, maior ad ipsum honor ac veneratio redeat. Sophisticum enim plane atque alienum est, non dicam a Deo, sed ab homine mediocri saltem probitate candoreque praedito atque ingenuae cuiusdam honestatis sibi conscio, prohibendis aliis principatum sibi arrogare.

12. Verum aliasne etiam quasdam ob causas, viderint ii, qui Deo propinquiores coniunctioresque sunt, atque impervestigabilium ipsius iudiciorum inspectores et contemplatores, si qui tamen sunt ad eam virtutis magnitudinem evecti, atque *in abyssi vestigiis deambulantes*, ut proverbio dici solet. Quantum tamen nos, qui exiguis modulis ea, quae ad contemplandum difficilia sunt, metimur, coniectura assequi possumus, tres huius rei causae afferri queant. Prima forsan, ne ob adipiscendi facilitatem facilis quoque rei quaesitae iactura sit. Fit enim fere, ut quod non sine labore atque industria partum est, arctius quoque teneatur, quod autem nullo negotio comparatum est, citissime vilescat et abiiciatur, utpote quod recuperari possit; atque ita in beneficium cedit non obvia illa beneficentia, apud eos saltem, qui prudentes sunt. Altera, ne idem nobis quod Lucifero illi prolapso accidat, hoc est ne toto illo fulgore perfusi cervicem adversus Dominum omnipotentem attollamus, atque ob elationem corruamus casu omnium miserrimo et calamitosissimo. Postrema, ut pro industriae suae illustrisque vitae praemio uberius aliquid habeant, qui hic sese a vitiorum labe perpurgarint ac rem adamatam et expetitam patienti-

f. πάντως. Comb. πάντῃ.
g. ἀποπτύεσθαι. Or. 1. ἀποπτύεται.
h. καὶ οὕτως etc. Id est *ac sic ipsam beneficii comparandi difficultatem pro beneficio habent cordati homines.*
i. πάσχειν. Comb. παθεῖν.

T. I. p. 504. θαρμένοις καὶ μακροθυμοῦσι πρὸς τὸ ποθούμενον. διὰ τοῦτο μέσος ἡμῶν τε καὶ θεοῦ ὁ σωματικὸς οὗτος· ἵσταται γνόφος, ὥσπερ ἡ [a]νεφέλη τοπάλαι τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἑβραίων[1]). καὶ τοῦτό ἐστιν ἴσως, ὃ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ[2]), τὴν ἡμετέραν παχύτητά, δι' ἣν ὀλίγοι καὶ μικρὸν διακύπτουσιν. τοῦτο μὲν οὖν φιλοσοφείτωσαν οἷς ἐπιμελές, καὶ ἀνίτωσαν ἐπὶ πλεῖστον τῆς διασκέψεως, ἡμῖν δ' οὖν ἐκεῖνο γνώριμον τοῖς δεσμίοις τῆς γῆς[3]), ὃ φησιν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, καὶ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον [b]προβεβλημένοις, ὅτι ὥσπερ [c]ἀδύνατον ὑπερβῆναι τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν καὶ τῷ λίαν ἐπειγομένῳ, φθάνει γὰρ ἀεὶ τοσοῦτον, ὅσον
T. I. p. 505. καταλαμβάνεται, ἢ τοῖς ὁρατοῖς πλησιάσαι τὴν ὄψιν δίχα τοῦ ἐν μέσῳ φωτὸς καὶ ἀέρος, ἢ τῶν ὑδάτων ἔξω τὴν νηκτὴν φύσιν διολισθαίνειν, οὕτως ἀμήχανον τοῖς ἐν [d]σώματι δίχα τῶν σωματικῶν πάντη γενέσθαι μετὰ τῶν νοουμένων. ἀεὶ γάρ τι παρεμπεσεῖται τῶν ἡμετέρων, κἂν ὅτι μάλιστα χωρίσας ἑαυτὸν τῶν ὁρωμένων ὁ νοῦς καὶ καθ' ἑαυτὸν γενόμενος προσβάλλειν ἐπιχειρῇ τοῖς συγγενέσι καὶ ἀοράτοις. γνώσῃ δὲ οὕτως.

Οὐ πνεῦμα καὶ πῦρ καὶ φῶς, ἀγάπη τε καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη καὶ νοῦς καὶ λόγος [e]καὶ τὰ τοιαῦτα αἱ προσηγορίαι τῆς πρώτης φύσεως; τί οὖν; ἢ πνεῦμα νοήσεις δίχα φορᾶς καὶ χύσεως; ἢ πῦρ ἔξω τῆς ὕλης καὶ τῆς ἄνω φορᾶς καὶ τοῦ ἰδίου χρώματός τε καὶ σχήματος; ἢ φῶς οὐκ ἀέρι σύγκρατόν τε καὶ ἄφετον τοῦ οἷον γεννῶντός τε καὶ φωτίζοντος; νοῦν δὲ τίνα; μὴ τὸν ἐν ἄλλῳ, καὶ οὗ κινήματα τὰ διανοήματα ἠρεμοῦντα ἢ προβαλλόμενα; λόγον δὲ τίνα παρὰ τὸν ἠσυχάζοντα ἐν ἡμῖν ἢ χεόμενον; ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν λυόμενον. εἰ δὲ καὶ σοφίαν, τίνα παρὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν [f]ἐν τοῖς θεωρήμασιν εἴτε θείοις εἴτε καὶ ἀνθρωπίνοις; δικαιοσύνην τε καὶ ἀγάπην; οὐ διαθέσεις ἐπαινουμένας, καὶ τὴν μὲν τῆς ἀδικίας, τὴν δὲ τοῦ μίσους ἀντίπαλον, ἐπιτεινομένας τε καὶ [g]ἀνιεμένας, προσγινομένας τε καὶ ἀπογινομένας, καὶ ὅλως ποιούσας ἡμᾶς καὶ ἀλλοιούσας ὥσπερ αἱ χρόαι τὰ σώματα; ἢ δεῖ τούτων ἀποστάντας ἡμᾶς αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ

1) Exod. 14, 20. 2) Ps. 18 [17. LXX.], 12. 3) Thren. 3, 33.

a. νεφέλη. Schol. νεφέλην λέγει τὸ ἐπίπροσθεν τῇ ψυχῇ σῶμα. ἡμεῖς μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ, ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα. *Nubem appellat corpus, quod animae obiectum est. Nos enim anima sumus, corpus vero nostrum est.*

b. προβεβλημένοις. Colb. 3. περιβεβλημένοις.

c. ἀδύνατον ὑπερβῆναι. Reg. Cypr. ἀδύνατόν ἐστιν ὑπερβαίνειν.

d. σώματι. Reg. bis. σώμασι.

e. καὶ τὰ τοιαῦτα etc. Bill. *Atque aliis*

bus animis expectarint. Idcirco media inter nos ac Deum corporea haec caligo interiecta est, non secus ac nubes illa olim inter Aegyptios et Hebraeos. Ac fortasse huc spectat illud Scripturae: *Posuit tenebras latibulum sibi*, hoc est crassitiem nostram, qua fit ut pauci omnino iique parum admodum transpiciant. Sed de hac re accuratius philosophentur altissimeque consideratione provehantur, quibus id studio et curae fuerit. Nobis utique, qui *terrae vinculis adstricti tenemur*, ut Ieremiae verbis utar, crassaque hac carne obtegimur, hoc perspicuum est, quod quemadmodum nulla ratione fieri potest, ut quispiam, quamlibet gressum urgeat, umbram suam praetereat (quantum enim eam assequeris, tantum etiam illa semper antevertit), aut oculus rebus in adspectum cadentibus citra intermediam lucem et aerem coniungatur, aut pisces extra aquas natent, ita etiam impossibile est iis, qui corporibus inclusi sunt, sine corporearum ac sensibilium rerum adminiculo rebus iis, quae animo ac ratione intelliguntur, omnino coniungi. Semper enim obiter sensibile aliquid rerum nostrarum incidit, quantumvis maxime nostra mens ab iis rebus, quae in adspectum cadunt, abstracta atque in se ipsam collecta res cognatas et oculorum aciem fugientes assequi ac percipere contenderit. Quod quidem ita tibi clarum ac dilucidum erit. T. I. p. 504. T. I. p. 505.

T.I. p. 515. ἐστιπλεκομένων ταῖς εὐθείαις τῶν γωνιῶν πραγματεύηται, καὶ ταῦτα ἐν ζοφεροῖς οὕτω τοῖς σίμβλοις καὶ ἀοράτοις τοῖς [a]πλάσμασιν, [b]αἱ δὲ διὰ λεπτῶν οὕτω καὶ ἀερίων σχεδὸν τῶν νημάτων πολυειδῶς διατεταμένων πολυπλόκους τοὺς ἱστοὺς [c]ἐξυφαίνουσι, καὶ ταῦτα ἐξ ἀφανῶν τῶν ἀρχῶν, οἰκησίν τε ὁμοῦ τιμίαν καὶ θήραν τῶν [d]ἀσθενῶν εἰς [e]τροφῆς ἀπόλαυσιν; ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα, [f]γραμμαῖς ἐμφιλοσοφῶν ταῖς οὐκ οὔσαις καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν; τίνος [g]Παλαμήδους τακτικὰ κινήματά τε καὶ σχήματα γεράνων, ὥς φασι, καὶ ταῦτα παιδεύματα πενομένων ἐν τέχνει καὶ μετὰ ποικίλης τῆς πτήσεως; ποῖοι [h]Φειδίαι καὶ Ζεύξιδες καὶ Πολύγνωτοι, Παῤῥάσιοί τε τινες καὶ Ἀγλα-
T.I. p. 516. οφῶντες, κάλλη μεθ' ὑπερβολῆς γράφειν καὶ πλάττειν εἰδότες; τίς [i]Κνώσσιος Δαιδάλου χορὸς ἐναρμόνιος, νύμφη πονηθεὶς εἰς κάλλους περιουσίαν; ἢ λαβύρινθος Κρητικὸς δυσδιέξοδος καὶ δυσέλικτος, ποιητικῶς εἰπεῖν, [k]καὶ πολλάκις ἁπάντων ἑαυτῷ τοῖς τῆς τέχνης σοφίσμασιν; καὶ σιωπῶ μυρμήκων [l]ταμεῖά τε καὶ ταμίας καὶ θησαυρισμὸν τροφῆς τῷ καιρῷ σύμμετρον, τἆλλά τε ὅσα περὶ ὁδῶν καὶ [m]περὶ ἡγουμένων καὶ τῆς ἐν τοῖς ἔργοις εὐταξίας ἔγνωμεν ἱστορούμενα.

Εἰ τούτων ἐφικτὸς ὁ λόγος σοι καὶ τὴν περὶ ταῦτα σύνεσιν ἔγνως, σκέψαι καὶ φυτῶν διαφορὰς μέχρι καὶ τῆς ἐν φύλλοις φιλοτεχνίας, πρὸς τὸ ἡδιστόν τε ἅμα ταῖς ὄψεσι καὶ τοῖς καρποῖς χρησιμώτατον. σκέψαι μοι καὶ καρπῶν ποικιλίαν καὶ ἀφθονίαν, καὶ μάλιστα τῶν ἀναγκαιοτάτων τὸ κάλλιστον. καὶ σκέψαι μοι καὶ δυνάμεις ῥιζῶν καὶ χυμῶν καὶ ἀνθέων καὶ ὀδμῶν, οὐχ ἡδίστων μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐπιτηδείων, καὶ χρωμάτων χάριτας καὶ ποιότητας, ἔτι δὲ λίθων πολυτελείας καὶ διαυγείας· ἐπειδή σοι πάντα προὔθηκεν ὥσπερ ἐν πανδαισίᾳ κοινῇ, ὅσα τε ἀναγκαῖα καὶ ὅσα πρὸς ἀπόλαυσιν, ἡ φύσις, ἵν' εἰ μή τι ἄλλο

a. *πλάσμασι*. Legendum videtur *πλέγμασι, textis calathis*. Alveariorum enim haec est descriptio.

b. *αἱ δέ*. Or. 1. *οἱ δέ*.

c. *ἐξυφαίνουσι*. Or. 1. *ἐξυφαίνωσι*.

d. *ἀσθενῶν*. Reg. bm. et Or. 1. *ἀσθενεστέρων*.

e. *τροφῆς*. In quibusdam *τρυφῆς, deliciarum*.

f. *γραμμαῖς... οὐκ οὔσαις. Lineis nusquam exstantibus*; *vel quod*, inquit Elias, *in animi consideratione non haereant, postquam earum quasi simulacra evanuerint; vel quod*, addit Billius, *oculis cerni nequeant*. Quidni potius, addemus, quod non exstent in rerum natura? quippe quae a Mathematicis sola longitudinis dimensione considerantur, nulla habita ratione latitudinis et profunditatis.

g. *Παλαμήδους*. Primus Palamedes fertur graum compositos motus observando figuras, secundum quas instruuntur acies, invenisse. Quid de gruibus scripsit Plinius, lege lib. 10. c. 24.

h. *Φειδίαι καὶ Ζεύξιδες* etc. *Phidias* Atheniensis nobilis statuarius, qui in ebore scalpendo citra aemulum claruit. *Zeuxis* Heracleotes pictor sua aetate maximus.

fulciant, idque in tam caliginosis alveariibus obscurisque figmentis, T. I. p. 515
istae autem rursus per usque adeo tenuia et subtilia stamina multipliciter intensa sinuosas telas contexant (et quidem ex tam exiguis initiis, ut vix ulla oculorum acie perviderí possint), quae ipsis et pro eximio quodam domicilio sint et venandis alimoniae causa imbecillioribus animantibus inserviant? Ecquis Euclides hoc artificium unquam imitando expressit, de lineis pertractans nusquam exstantibus atque in demonstrationibus anxio labore desudans? Ecquis Palamedes, qui etiam aciei instruendae artem ac motus et figuras nullis aliis praeceptoribus quam gruibus usus didicisse fertur, cum videlicet eas ordine ac multiplici volatus genere moveri perspexisset? Quinam Phidiae et Zeuxides et Polygnoti, Parrhasii etiam et Aglaophontes, qui incredibili quadam elegantium formarum pingendarum et sculpendarum peritia claruerunt? Quis Gnossius Daedali chorus ad musicos numeros T. I. p. 516.
sese movens, in puellae gratiam ad omnem artis pulcritudinem confectus et expolitus? Quis Cretensis labyrinthus, ut poetarum more loquar, difficiles exitus et ambages habens, identidemque in sese per artis industriam incurrens? Taceo formicarum penuaria eorumque custodes et alimenti aggestionem tempori respondentem, ac caetera ea, quae et de earum viis ac ducibus et eo ordine, quem in operibus servant, historiarum monumentis consignata sunt.

26. Quod si horum omnium rationes assequeris, ac prudentiam eam, qua gubernantur, cognitam et exploratam habes, confer iam animum ad varia stirpium genera, artificiumque etiam illud expende, quod foliis ipsis inest, simulque et maximam oculis voluptatem et fructibus utilitatem affert. Considera quaeso et fructuum varietatem et uberrimam copiam, ac praesertim eorum, quae ad vitam degendam maxime necessaria sunt, summam pulcritudinem. Cogita etiam stirpium et succorum et florum atque odorum, non modo suavissimorum, verum etiam ad corporis sanitatem aptissimorum, vires et facultates, colorum etiam elegantiam et qualitates, atque insuper gemmarum eximia pretia et splendores; quandoquidem omnia, tam quae ad necessarios vitae

Polygnotus patria Thasius et pictor nonagesima Olympiade floruit. *Parrhasius* pictor insignis, qui primus symmetriam picturae dedit. *Aglaophon* pictor nobilissimus, cuius meminit Plinius l. 35. c. 9.

i. *Κνώσσιος* etc. *Gnossus* urbs Cretae clarissima, Minois regia, olim *Ceratus* appellata a vicino eiusdem nominis fluvio. Ea fuit apud veteres de Daedalo opinio, quod statuis immobilibus oculos induxerit, atque effecerit abditis quibusdam nervis, ut huc atque illuc moverentur, adeo scite, ut spectantibus vivere viderentur. Vide Diodorum Siculum lib. 5. [p. 192 md. ed. Steph.] Idem Daedalus labyrinthum in Creta construxit, multiplici intricata viarum perplexitate irremeabilem. Vide Virgil. Aen. VI, 14 sqq. et Ovid. Metam. VIII, 159 sqq.

k. *καὶ πολλάκις* etc. *Atque artificiosa fraude multoties reciprocatus?*

l. *ταμεῖα*. Comb. *ταμιεῖα*.

m. *περί* deest in tribus Colb. et Or. 1.

T. I. p. 516. ἐξ ὧν εὐεργετῇ γνωρίσῃς Θεόν, καὶ τῷ δεῖσθαι γένῃ σεαυτοῦ συνετώτερος. ἐντεῦθεν ἔπελθέ μοι γῆς πλάτη καὶ μήκη, τῆς κοινῆς πάντων μητρός, καὶ κόλπους θαλαττίους, ἀλλήλοις τε καὶ τῇ γῇ [a]συνδεδεμένους, καὶ ἁλσῶν κάλλη, καὶ ποταμοὺς καὶ πηγὰς θαψιλεῖς τε καὶ ἀεννάους, οὐ μόνον ψυχρῶν καὶ ποτίμων ὑδάτων [b]καὶ τῶν ὑπὲρ γῆς, ἀλλὰ καὶ ὅσαι ὑπὸ γῆν ῥέουσαι καὶ [c]σήραγγάς τινας ὑποτρέχουσαι, εἶτ' ἐξωθούμεναι βιαίῳ τῷ πνεύματι καὶ ἀντιτυπούμεναι, εἶτ' ἐκπυρούμεναι τῷ σφοδρῷ τῆς πάλης καὶ τῆς ἀντιθέσεως, ὅπη παρείκοι κατὰ μικρὸν ἀναῤῥήγνυνται, καὶ τὴν τῶν θερμῶν λουτρῶν χρείαν ἐντεῦθεν ἡμῖν χαρίζονται, πολλαχοῦ τῆς γῆς καὶ [d]μετὰ τῆς ἐναντίας δυνάμεως, ἰατρείαν ἄμισθον καὶ
T. I. p. 517. αὐτόματον. εἰπὲ πῶς καὶ πόθεν ταῦτα; τί τὸ μέγα τοῦτο καὶ [e]ἄτεχνον ὕφασμα; οὐχ ἧττον ἐπαινετὰ [f]τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως, ἢ καθ' ἕκαστον θεωρούμενα. πῶς γῆ μὲν ἕστηκε παγία καὶ ἀκλινής; ἐπὶ τίνος ὀχουμένη; καὶ τίνος ὄντος τοῦ ὑπερείδοντος; καὶ τίνος ἐκεῖνο πάλιν; οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος ἔχει ἐφ' ὃ ἐρεισθῇ πλὴν τοῦ θείου θελήματος. καὶ πῶς ἡ μὲν εἰς ὀρῶν κορυφὰς ἀνηγμένη, ἡ δὲ εἰς πεδία καθεζομένη, καὶ τοῦτο πολυειδῶς καὶ ποικίλως, καὶ ταῖς κατ' ὀλίγον ἐναλλαγαῖς μεθισταμένη πρός τε τὴν χρείαν ἐστὶν ἀφθονωτέρα καὶ τῷ ποικίλῳ χαριεστέρα; καὶ ἡ μὲν εἰς οἰκήσεις νενεμημένη, ἡ δὲ ἀοίκητος, ὅσην αἱ ὑπερβολαὶ τῶν ὀρῶν ἀποτέμνονται, καὶ ἄλλη πρὸς ἄλλο τι πέρας σχιζομένη καὶ ἀποβαίνουσα τῆς τοῦ θεοῦ μεγαλουργίας ἐναργέστατόν ἐστι γνώρισμα;

Θαλάττης δὲ εἰ μὲν μὴ τὸ μέγεθος εἶχον θαυμάζειν, ἐθαύμασα ἂν τὸ ἥμερον, καὶ πῶς ἵσταται λελυμένη τῶν ἰδίων ὅρων ἐντός, εἰ δὲ μὴ τὸ ἥμερον, πάντως τὸ μέγεθος· ἐπεὶ δὲ ἀμφότερα, τὴν ἐν ἀμφοτέροις δύναμιν ἐπαινέσομαι. τί τὸ συναγαγόν; τί τὸ δῆσαν; πῶς ἐπαίρεταί τε καὶ ἵσταται ὥσπερ αἰδουμένη τὴν γείτονα γῆν; πῶς καὶ δέχεται ποταμοὺς [g]πάντας, καὶ ἡ αὐτὴ διαμένει διὰ πλήθους περιουσίαν [h]ἣ οὐκ οἶδ' ὅτι χρὴ λέγειν;

a. *συνδεδεμένους.* Sic Reg. a. In ed. *συνδεομένους.*

b. *καὶ τῶν ὑπὲρ γῆς* etc. *Quaeque super terram, et quae sublus terram.* Forte significat Gregorius aquas calidas et eas, quae ex metallis medicaminum vim hauriunt.

c. *σήραγγας.* In quibusdam *σύριγγας.*

d. *μετὰ τῆς ἐναντίας. Cum aquis frigidis.* Plerumque enim scaturiunt e propinquo aquae calidae cum frigidis.

e. *ἄτεχνον.* Hoc universum dicitur *artis expers,* quod nullis sit fabricatum manibus, sed divinitus contextum. Scholium vero sic exponit: *ὕφασμα* vel *ὑφασμὸν τὴν σύμπηξιν τῶν στοιχείων κα-*

usus quam quae ad delicias spectant, velut in communi convivio natura proposuit, ut, si nihil aliud, ex ipsis saltem beneficiis Deum cognoscas, atque ob penuriam, qua laboras, te ipso prudentior efficiaris. Hinc mihi facito, ut terrae communis omnium parentis latitudinem longitudinemque percurras, et maris sinus tum mutuo nexu tum etiam cum terra velut vinculis quibusdam constrictos, et nemorum pulcritudines, et fluvios, et fontes uberes ac perennes non modo gelidarum et potabilium aquarum, quaeque in terra sunt, sed earum etiam, quae infra terram fluentes et specus quosdam subeuntes ac deinde violento aliquo flatu impulsae atque repercussae postea per conflictus huiusce atque obluctationis vehementiam inflammatae, quaqua fors tulerit, paulatim erumpunt, hincque calidorum balneorum usum nobis plerisque terrae locis et cum contraria facultate suppeditant, gratuitam scilicet medicinam ac sponte promanantem. Dic obsecro quomodo et unde haec? Quaenam magna haec atque artis expers textura? Nec enim ob mutuam eam affectionem, quam inter se habent, minus laudis merentur, quam si seorsim unumquodque consideretur. Quo pacto terra firma et immota constitit? Quidnam pro vehiculo habet? Cuius rei adminiculo fulcitur? Quidque rursus fulturam illam sustinet? Neque enim rationi quidquam, cui innitatur, occurrit, si divinam voluntatem exceperis. Quo pacto ea partim in montium vertices assurgens, partim in campos subsidens, idque varie et multipliciter, ac denique paulatim alternando commutata, tum ad hominum usus uberior, tum varietate ipsa iucundior? Qui fit ut partim in domicilia divisa sit, partim inculta et inhabitabilis relinquatur, quantum nimirum excelsissimi quique montes ab ea abscindunt, atque alia ad alium quendam orbis finem dissecta porrectaque divini opificii magnificentiam luculentissimo argumento declarat? T. I. p. 516. T. I. p. 517.

27. Iam vero mare si non magnitudine sua mirabile mihi occurreret, lenitatem utique et placiditatem admirarer, simulque quo pacto fiat ut quamvis liberum ac solutum finibus tamen suis consistat; quod si non lenitatem, magnitudinem certe suspicerem. Quoniam autem utraque laude excellit, utramque vim et facultatem praedicabo. Quis tantam aquarum molem coniunxit? Quis quasi vinculis quibusdam astrinxit? Qui fit ut attollatur, et tamen loco suo se contineat, perinde ac vicinam terram reverita? Qui fit ut cum fluvios omnes excipiat, ob exuberantes tamen opes et copias, aut quo verbo id ap-

λεῖ, καὶ πρὸς ἄλληλα νεῦσιν. *Texturam appellat elementorum compagem et mutuam in se propensionem.*

f. τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως. Lenv. *Non minus laudis merentur collata inter se.*

g. πάντας. Reg. a. bm. et Or. 1. ἅπαντας.

h. ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι etc. Lenv. *Equidem aut nihil habeo quod dicam, aut summam ob vastitatem maris hoc fieri statuo.*

T. I. p. 517. πῶς ψάμμος ὅριον αὐτῇ [1]), τηλικοῦτῳ στοιχείῳ; ἔχουσί τι λέγειν οἱ φυσικοὶ καὶ σοφοὶ τὰ μάταια καὶ κυάθῳ [a]μετροῦντες ὄντως τὴν θάλασσαν, τὰ τηλικαῦτα ταῖς ἑαυτῶν ἐπινοίαις; ἢ συντόμως ἐγὼ παρὰ τῆς γραφῆς τοῦτο φιλοσοφήσω, καὶ τῶν μακρῶν λόγων πιθανώτερόν τε καὶ ἀληθέστερον; πρόσταγμα ἐγύρωσεν ἐπὶ πρόσωπον ὕδατος [2]). τοῦτο τῆς ὑγρᾶς φύσεως ὁ δεσμός. πῶς δὲ τὸν [b]χερσαῖον ναυτίλον ἄγει ξύλῳ μικρῷ καὶ πνεύματι; τοῦτο οὐ θαυμάζεις ὁρῶν, οὐδ' ἐξίσταταί σου ἡ διάνοια; ἵνα γῆ καὶ θάλασσα δεθῶσι ταῖς χρείαις καὶ ταῖς ἐπιμιξίαις, καὶ εἰς ἓν T. I. p. 518. [c]ἔλθῃ τῷ ἀνθρώπῳ τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων διεστηκότα κατὰ τὴν φύσιν; τίνες δὲ πηγῶν αἱ πρῶται πηγαὶ ζήτησον, ἄνθρωπε, εἴ τί σοι τούτων ἐξεχνεῦσαι ἢ εὑρεῖν δυνατόν, καὶ τίς ὁ [d]ποταμοῖς σχίσας καὶ πεδία καὶ ὄρη καὶ δοὺς τὸν δρόμον ἀκώλυτον, καὶ πῶς ἐκ τῶν ἐναντίων τὸ θαῦμα, μήτε θαλάσσης ἐπεξιούσης, μήτε ποταμῶν ἱσταμένων, τίς δὲ ἡ τῶν ὑδάτων τροφή, καὶ τί τὸ ταύτης διάφορον, τῶν μὲν ἄνωθεν ἀρδομένων, τῶν δὲ ταῖς ῥίζαις ποτιζομένων, ἵνα τι καὶ αὐτὸς κατατρυφήσω τοῦ λόγου, θεοῦ τὴν τρυφὴν ἐξηγούμενος.

Ἄγε δὴ γῆν ἀφεὶς καὶ τὰ περὶ γῆν πρὸς τὸν ἀέρα κουφίσθητι τοῖς τῆς διανοίας πτεροῖς, ἵνα σοι καθ' ὁδὸν ὁ λόγος προΐῃ, κἀκεῖθεν ἀνάξω σε πρὸς τὰ οὐράνια καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανόν. καὶ τοῖς ἑξῆς ὀκνεῖ μὲν προσβῆναι ὁ λόγος, προσβήσεται δὲ ὅμως ὁπόσον ἔξεστιν. τίς ὁ χέας ἀέρα, τὸν πολὺν τοῦτον πλοῦτον καὶ ἄφθονον, οὐκ ἀξίαις, οὐ τύχαις μετρούμενον, οὐχ ὅροις κρατούμενον, οὐχ ἡλικίαις μεριζόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ μάννα διανομὴν [3]) αὐταρκείᾳ περιλαμβανόμενον καὶ ἰσομοιρίᾳ τιμώμενον; τὸ τῆς πτηνῆς φύσεως ὄχημα, τὴν ἀνέμων ἕδραν, τὴν ὡρῶν εὐκαιρίαν, τὴν ζώων ψύχωσιν, μᾶλλον δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα συντήρησιν, ἐν ᾧ σώματα καὶ μεθ' οὗ λόγος, ἐν ᾧ φῶς καὶ τὸ φωτιζόμενον καὶ ἡ ὄψις ἡ δι' αὐτοῦ βέουσα; σκόπει δέ μοι καὶ τὰ ἑξῆς· οὐ γὰρ συγχωροῦμαι τῷ ἀέρι δοῦναι τὴν πᾶσαν δυναστείαν τῶν τοῦ ἀέρος εἶναι νομιζομένων. τίνα μὲν ἀνέμων ταμεῖα; τίνες θησαυροὶ χιόνος; τίς δὲ ὁ τετοκὼς [f]βώλους δρόσου κατὰ τὸ γεγραμμένον; ἐκ γαστρὸς δὲ τίνος

1) Ier. 5, 22. 2) Iob. 26, 10. 3) Exod. 16, 18.

a. *μετροῦντες*. Comb. *συμμετροῦντες*.
b. *χερσαῖον ναυτίλον*. *Terrestrem nautilem*. Sic hominem eleganter appellat Gregorius. *Nautilus* piscis est sic dictus, quod navis speciem praeferat.
c. *ἔλθῃ*. Comb. *συνέλθῃ*.
d. *ποταμοῖς*. Sic codd. In ed. *ποταμούς*.

pellandum sit nescio, nullam amplitudinis accessionem faciat, sed ea- T. I. p. 517.
dem semper suique similis maneat? Qui fit ut tantum elementum arenam pro termino habeat? Possuntne hoc expedire physici atque inanis eruditionis laude celebres ac vere cyatho mare hoc est res tantas ingenio suo metientes? An faciam ipse, ut paucissimis verbis hoc ex Scriptura sacra explicem, idque probabilius ac verius, quam ipsi cum prolixis suis disputationibus? *Praeceptum circumdedit super faciem aquae.* Hoc humidae naturae vinculum est. Iam quomodo terrestrem nautilum exiguo ligno ac vento ducit? (Hoc tu cum cernis, non admiratione defigeris? Non mens extra se rapitur?) Idque ut mare ac terra commoditatibus et commerciis inter se vinciantur, ac T. I. p. 518.
ea, quae natura adeo inter se dissident, ad hominis usum coniungantur? Qui porro fontium primi fontes quaeras velim, o homo, si quid horum investigare aut invenire potes: tum quis fluviis campos et montes dissecuit, ac liberum cursum eis concessit. Quo etiam pacto ex contrariis rebus miraculum existat, dum nec mare unquam regurgitat nec fluvii subsistunt. Ad haec quae aquarum alimonia, quodque huius discrimen, quippe res quaedam sunt, quae desuper rigantur, quaedam rursus, quibus potus per radices suas suppeditatur, ut ipse quoque delicioso dicendi genere utar, dum Dei delicias oratione complector.

28. Sed iam missa facta terra rebusque terrenis indutis animi pennis in aerem convolā, ut recto ordine progrediatur oratio, ac deinde te illinc ad caelestia caelumque adeo ipsum et quae caelo superiora sunt eveham. Quanquam ad ea, quae deinceps sequuntur, accedere refugit quidem ac reformidat oratio, sed tamen quantum licebit accedet. Quis aerem fudit, uberem inquam hunc et copiosum thesaurum, non pro cuiusque dignitate atque fortunis varie dimensum, non finibus ullis inclusum ac circumscriptum, non pro aetatum ratione distributum, verum, quod olim in manna contigit, quantum cuique sat sit, impertitum atque aequabilitatis honore decoratum? Quis inquam hoc avium vehiculum, hanc ventorum sedem, hoc elementum, quo et anni partes temperantur et animantur animantia vel anima potius cum corpore conservatur, in quo corpora, et cuius ope atque adiumento loquimur, in quo lumen et res lumine perfusae atque ipse etiam adspectus per eum fluens? Volve iam animo ea, quae sequuntur; nec enim mihi fas est aeri universum earum rerum imperium largiri, quae aeris esse censentur. Quae ventorum promptuaria? Qui nivis thesauri? *Quis roris stillas*, ut cum Scriptura loquar, *peperit? E cuius utero*

e. τροφή. *Alimonia*, non qua alantur aquae, sed qua res alias ipsae aquae alunt.

f. βώλους. Sic LXX. et Or. 1. In ed. βόλους.

T.I. p. 518. ἐκπορεύεται κρύσταλλος[1]); τίς ὁ δεσμεύων ὕδωρ ἐν νεφέλαις[2]), καὶ τὸ μὲν ἱστὰς ἐπὶ τῶν νεφελῶν, ὦ τοῦ θαύματος, λόγῳ κρατουμένην [a]φύσιν τὴν ῥέουσαν, τὸ δὲ [b]ἐχχέων ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ σπείρων καιρίως καὶ ὁμοτίμως, καὶ οὐδὲ ἀφιεὶς [c]ἅπασαν τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἐλευθέραν καὶ ἄσχετον (ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἐπὶ Νῶε κάθαρσις, καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαθήκης[3]) οὐκ ἐπιλήσμων ὁ
T.I. p. 519. ἀψευδέστατος), οὔτε ἀνέχων παντάπασιν, ἵνα μὴ πάλιν Ἡλίου τινὸς δεηθῶμεν τὴν ξηρότητα λύοντος[4]); ἐὰν κλείσῃ, φησί, τὸν οὐρανόν, τίς ἀνοίξει[5]); ἐὰν δὲ ἀνοίξῃ τοὺς καταῤῥάκτας[6]), τίς συνέξει; τίς οἴσει τὴν ἐπ' ἀμφότερα τοῦ ὑετίζοντος ἀμετρίαν, ἐὰν μὴ τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις καὶ σταθμοῖς [d]διεξαγάγῃ τὰ σύμπαντα; τί μοι φιλοσοφήσεις περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὦ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ καὶ οὐδὲ μικροῖς σπινθῆρσι τῆς ἀληθείας λαμπόμενε; τίνας ἀτμοὺς [e]ἀπὸ γῆς αἰτιάσῃ νέφους δημιουργούς, ἢ ἀέρος πύκνωσίν τινα, ἢ νεφῶν τῶν μανωτάτων θλῖψιν ἢ σύῤῥηξιν, ἵνα ἡ μὲν θλῖψίς σοι τὴν ἀστραπήν, ἡ δὲ ῥῆξις τὴν βροντὴν ἀπεργάσηται; ποῖον δὲ πνεῦμα στενοχωρούμενον, εἶτα οὐκ ἔχον διέξοδον, ἵνα ἀστράψῃ θλιβόμενον καὶ βροντήσῃ ῥηγνύμενον; εἰ τὸν ἀέρα διῆλθες τῷ λογισμῷ καὶ ὅσα περὶ ἀέρα, ψαῦσον ἤδη σὺν ἐμοὶ καὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν οὐρανίων. πίστις δὲ ἀγέτω πλέον ἡμᾶς ἢ λόγος, εἴπερ ἔμαθες τὸ ἀσθενὲς ἐν τοῖς ἐγγυτέρω, καὶ λόγον ἔγνως τῷ γνῶναι τὰ ὑπὲρ λόγον, ἵνα μὴ παντελῶς ἐπίγειος ᾖς ἢ περίγειος, ἀγνοῶν καὶ αὐτὸ τοῦτο, τὴν ἄγνοιαν.

Τίς περιήγαγεν οὐρανόν, ἔταξεν ἀστέρας; [f]μᾶλλον δὲ τί πρὸ τούτων οὐρανὸς καὶ ἀστέρες, ἔχοις ἂν εἰπεῖν, ὁ μετέωρος, ὁ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν, καὶ οὐδὲ σεαυτὸν μετρῆσαι δυνάμενος, τὰ δὲ ὑπὲρ τὴν σὴν φύσιν πολυπραγμονῶν καὶ κεχηνὼς εἰς τὰ ἄμετρα; ἔστω γάρ σε κύκλους καὶ περιόδους καὶ πλησιασμοὺς καὶ [g]ἀποχωρήσεις καταλαμβάνειν, ἐπιτολὰς καὶ ἀνατολὰς καὶ μοίρας τινὰς καὶ λεπτότητας καὶ ὅσοις σὺ τὴν θαυμασίαν σου ταύτην ἐπιστήμην ἀποσεμνύνεις· οὕτω τοῦτο κατάληψις τῶν ὄντων ἐστίν, ἀλλὰ

1) Iob. 38, 28. 29. 2) Iob. 26, 8. 3) Gen. 9, 12. 4) 1 Reg. [3 Reg. LXX.] 18, 1 sqq. 5) Iob. 12, 14. 6) Gen. 7, 11.

a. *φύσιν*. Reg. Cypr. *τὴν φύσιν*.
b. *ἐχχέων*. Sic duo Regg. Or. 1. et Comb. In ed. *ἐχχέον*.
c. *ἅπασαν*. Reg. Cypr. *ἅπασι*, quasi *παντάπασι, omnino, prorsus*.
d. *διεξαγάγῃ*. Reg. a. et Or. 1. *διεξάγῃ*.
e. *ἀπὸ γῆς*. Or. 1. *ἐπὶ γῆς*.

glacies egressa est? *Quis aquam in nubibus alligat*, eamque (o rem admirandam!) partim in nubibus figit verbo compressam, tametsi natura sua fluxam et labilem, partim in totius terrae faciem effundit ac tempestive et aequali modo spargit, ac neque humidam omnem substantiam liberam et solutam relinquit (sufficit enim purgatio illa, quae tempore Noë contigit, pactique sui memoriam haudquaquam is abiecit, qui ab omni mendacio est alienissimus), nec rursus omnino inhibet, ne iterum Elia quodam opus habeamus, qui siccitatem depellat? Si *clauserit* caelum, inquit Scriptura, *quis aperiet*? Si autem cataractas aperuerit, quis continebit? Quis enim immodicam vel pluviam vel pluviae retentionem ferret, nisi ille pluviae parens mensuris suis ac bilancibus omnia regeret ac gubernaret? Quam vero rationem afferes de fulgetris ac tonitruis, tu inquam, qui e terra tonas ac ne tenuissimis quidem veritatis igniculis fulges? In quos vapores a terra excitatos huius rei causam conferes, eosque nebularum parentes et velut architectos esse contendes, aut etiam aeris condensationem quandam vel rarissimarum nubium compressionem et fragorem, ut compressio quidem illa fulgur, fragor autem tonitruum tibi pariat? Quemnam etiam flatum adstrictum atque compressum, ac postea exitu carentem, ut et compressione ipsa fulgur et perruptione tonitruum edat? Quod si aerem aereaque omnia cogitatione peragrasti, mecum iam caelum quoque ac caelestia continge. Caeterum ducem potius fidem, quam rationem sequamur, si modo ingenii tui imbecillitatem in propinquioribus didicisti, rationisque id esse cognovisti, ut quaenam sunt ea, quae rationis humanae captum excedant, cognoscas, ne alioqui prorsus terrenus sis rebusque terrenis immersus, ipsam quoque ignorantiam tuam ignorans. T. I. p. 518. T. I. p. 519.

29. Quis caelum circumegit ac tornavit? Quis stellas ordine collocavit? Imo vero, ut quae priora sunt dicam, quid caelum ipsum est? Quid stellae? An dicere hoc potes, o sublimis disputator, qui cum ea, quae ante pedes tuos sunt, ignores, ac ne te ipsum quidem metiri queas, ea tamen, quae naturam tuam superant, curiose perscrutaris, hiantique ore in ea, quae mensuram omnem excedunt, incumbis? Ut enim tibi concedam, te orbes ac conversiones, accessiones etiam et recessiones perceptas habere, solis etiam et siderum exortus gradusque quosdam et minutias caeteraque omnia, quibus tu eximiam tuam scientiam magnifice effers; nondum tamen hoc certa rerum comprehensio est, sed motus cuiusdam observatio, quae diu-

f. μᾶλλον δέ. Schol. τὸ ὑπέρβατον οὕτως, μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων ἔχοις ἂν εἰπεῖν, τί οὐρανὸς καὶ ἀστέρες; *Imo vero dicere habeas, quid caelum, quid stellae* etc.

g. ἀποχωρήσεις. Bas. ὑποχωρήσεις.

T. I. p. 519. κινήσεώς τινος ἐπιτήρησις, ἢ πλείονι γυμνασίᾳ βεβαιωθεῖσα καὶ εἰς ἓν ἀγαγοῦσα τὰ τηρηθέντα πλείοσιν, εἶτα λόγον ἐπινοήσασα ἐπιστήμη προσηγορεύθη· ὥσπερ [a]τὰ περὶ σελήνην παθήματα γνώριμα γέγονε τοῖς πολλοῖς, τὴν ὄψιν ἀρχὴν λαβόντα τῆς γνώσεως. σὺ δὲ, εἰ λίαν ἐπιστήμων εἶ τούτων καὶ δικαίως ζητεῖς
T. I. p. 520. θαυμάζεσθαι, εἰπὲ τίς ἡ τῆς τάξεως αἰτία καὶ τῆς κινήσεως; πόθεν ἥλιος φρυκτωρεῖ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καὶ πάσαις ὄψεσιν ὥσπερ χοροῦ τινος κορυφαῖος, πλέον τοὺς ἄλλους ἀστέρας ἀποκρύπτων φαιδρότητι, ἢ τινες ἐκείνων ἑτέρους; ἀπόδειξις δέ, οἱ μὲν ἀντιλάμπουσιν, ὁ δὲ ὑπερλάμπει καὶ οὐδὲ ὅτι συνανίσχουσιν ἐᾷ γνωρίζεσθαι, καλὸς ὡς νυμφίος, ταχὺς ὡς γίγας [1]) καὶ μέγας (οὐδὲ γὰρ ἀνέχομαι ἄλλοθεν ἢ τοῖς ἐμοῖς τοῦτον ἀποσεμνύνειν), τοσοῦτος τὴν δύναμιν ὥστε ἀπ' ἄλλων ἄκρων ἄλλα τῇ θερμότητι καταλαμβάνειν καὶ μηδὲν διαφεύγειν αὐτοῦ τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ πᾶσαν πληροῦσθαι καὶ ὄψιν φωτὸς καὶ σωματικὴν φύσιν θερμότητος, [b]θέροντος, ἀλλ' οὐ φλέγοντος, εὐκρασίας ἡμερότητι καὶ τάξει κινήσεως ὡς πᾶσι παρόντος, καὶ πάντα ἐπίσης [c]περιλαμβάνοντος.

[d]Ἐκεῖνο δέ σοι πηλίκον, εἰ κατενόησας; τοῦτο ἐν αἰσθητοῖς ἥλιος, ὅπερ ἐν νοητοῖς Θεός, ἔφη [e]τις τῶν ἀλλοτρίων, αὐτὸς γὰρ ὄψιν φωτίζων, ὥσπερ ἐκεῖνος νοῦν, αὐτὸς καὶ τῶν ὁρωμένων ἐστὶ τὸ κάλλιστον, ὥσπερ ἐκεῖνος τῶν νοουμένων. ἀλλὰ τί τὸ κινῆσαν αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς; [f]τί δαὶ τὸ ἀεὶ κινοῦν καὶ περιάγον ἑστῶτα λόγῳ καὶ μὴ κινούμενον, ὄντως ἀκάμαντα καὶ φερέσβιον καὶ φυσίζωον καὶ ὅσα ποιηταῖς ὕμνηται κατὰ λόγον, καὶ [g]μήτε τῆς ἑαυτοῦ φορᾶς ποτε μήτε τῶν εὐεργεσιῶν ἱστάμενον; πῶς ἡμέρας δημιουργὸς ὑπὲρ γῆς καὶ νυκτὸς ὑπὸ γῆν; ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι χρὴ λέγειν ἥλιῳ προσβλέψαντα. [h]τίς ἡ τούτων πρόσληψίς τε καὶ ἀνθυφαίρεσις; καὶ ἡ τῆς ἀνιστότητος ἰσότης, ἵν' εἴπω τι καὶ παράδοξον; πῶς δὲ ὡρῶν ποιητής τε καὶ μεριστὴς [i]εὐτάκτως ἐπιγινομένων τε καὶ ἀπογινομένων καὶ ὥσπερ ἐν χορῷ συμπλεκομένων ἀλλήλαις καὶ διισταμένων, τὸ μὲν φιλίας νόμῳ, τὸ δὲ εὐταξίας, καὶ κατὰ μικρὸν κιρναμένων καὶ ταῖς ἐγγύτησι κλεπτο-

Ps. 19 [18, LXX.], 6.

a. τὰ περὶ σελήνην παθήματα. *Lunae affectiones*, id est *accretiones, diminutiones et defectus.*

b. θέροντος. Elias θάλποντος, *calore foveatur*, quod sequitur Leuv.

c. περιλαμβάνοντος. Tres Colb. et Coisl. 1. περιλάμποντος, *collustrat.*

d. ἐκεῖνο δέ σοι etc. Billius *Illud ego nescio an abs te animadversum, quanti tandem aestimandum est, quod profanus quidam author scribit, idem in sensibilibus solem esse, quod Deum in intellectilibus.*

e. τις τῶν ἀλλοτρίων. *Profanus quispiam* id est *Plato.* Hinc Schol. Colb. ma-

turniori exercitatione confirmata, posteaquam ea, quae a pluribus ob- T. I. p. 519.
servata sunt, in unum collegit ac deinde rationem eorum excogitavit, ita demum scientiae nomen est consequuta; quemadmodum lunae affectiones in multorum notitiam venere, qui scientiae principium ab oculis acceperunt. At vero si insigni harum rerum cognitione instructus es, atque optimo iure in admiratione esse studes, dic quae T. I. p. 520.
ordinis huius motusque causa sit, unde hoc habeat sol, ut orbi universo ac omnium oculis tanquam chori cuiusdam coryphaeus praeluceat, sidera alia splendore suo magis obscurans atque occultans, quam quaedam illorum ab aliis obducantur. Cuius rei hoc argumentum est, quod cum ea velut certatim fulgeant, ipse tamen splendidius fulget, nec quod una cum eo oriantur cognosci sinat, pulcer ut sponsus, magnus ac celer ut gigas (neque enim facere possum, ut aliunde quam ex meis libris eum coornem ac celebrem), tantam vim et facultatem habens, ut ab aliis extremis alia extrema calore suo complectatur, nec res ulla eius sensum effugiat, quin potius et oculus omnis luce et corporea natura calore compleatur, ac leni quidem sua temperie motuque ordinato calefaciens omnia, non urens, omnibus praesto est et omnia aeque comprehendit.

30. Illud autem quantum tibi videtur, siquidem animadvertisti? *Idem in sensibilibus est sol, quod Deus in intellectilibus,* inquit profanus quispiam. Ut enim hic mentem, ita ille oculos illustrat, atque ut hic res eas omnes, quae animo et ratione intelliguntur, pulcritudine vincit, ita etiam ille eas, quae oculorum sensu percipiuntur. Sed quid tandem illi motum initio dedit? Quid eum perpetuo motu agitat ac circumducit, cum interim ratione stabilis sit et motus expers, vere infatigabilis, vitae dator, animantium pater, et quibuscunque laudum titulis eum non immerito poetae prosequuntur, ac neque motui unquam suo nec beneficiis finem constituens? Quomodo diem procreat, cum supra erram est, ac noctem, cum sub terra? Quibus verbis utendum sit nescio, cum solem intueor. Quodnam hoc dierum ac noctium incrementum et vicissim quae diminutio? Quae inaequalitatis aequalitas, ut novum aliquid et insolens dicam? Quomodo anni partes efficit et ita dividit, ut certis et constitutis vicibus accedant et recedant, ac veluti in chorea complexu quodam inter se haereant simulque distinguantur (illud amicitiae lege, hoc ordinis praescripto),

ximi: *Πλάτωνός φασι τοῦτο ὡς ἀνεγνωκότος τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, καὶ ἐκ τούτου λαβόντος τὴν περὶ τούτου θεολογίαν, καὶ ἕτερα πολλά. Hoc Platonis esse aiunt, ut qui legem Mosis legerit, atque inde suam ea de re Theologiam aliaque plurima hauserit.*

f. *τί δαί.* Duo Regg. et Or. 1. *τί δέ.*

g. *μήτε.* In quibusdam *μήποτε.*

h. *τίς ἡ τούτων* etc. Bill. *Quae dierum ac noctium assumptio? Quae detractio?*

i. *εὐτάκτως. Composite ac ordine.*

T.I. p. 520. μένων ταὐτὸν ἡμέραις τε καὶ νυξίν, ἵνα μὴ [a]τῇ ἀληθείᾳ λυπήσωσιν. ἀλλ' ἴτω μὲν ἥλιος· σὺ δὲ ἔγνως σελήνης [b]φύσιν καὶ πάθη
T.I. p. 521. καὶ μέτρα φωτὸς καὶ δρόμους; καὶ πῶς ὁ μὲν ἡμέρας ἔχει τὴν δυναστείαν, ἡ δὲ νυκτὸς προκαθέζεται; καὶ ἡ μὲν θηρίοις δίδωσι παῤῥησίαν, ὁ δὲ ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ ἔργον ἀνίστησιν, ἢ ὑψούμενος ἢ ταπεινούμενος πρὸς τὸ χρησιμώτατον; συνῆκας δὲ δεσμὸν Πλειάδος ἢ φραγμὸν Ὡρίωνος [1]), ὡς ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν [2]), καὶ δόξης ἑκάστου διαφορὰν καὶ τάξιν κινήσεως, ἵνα σοι πιστεύσω· διὰ τούτων πλέκοντι τὰ ἡμέτερα καὶ κατὰ τοῦ κτίστου τὴν κτίσιν ὁπλίζοντι;

Τί λέγεις; ἐνταῦθα στησόμεθα τοῦ λόγου μέχρι τῆς ὕλης καὶ τῶν ὁρωμένων, ἢ ἐπειδὴ τοῦ κόσμου παντὸς ἀντίτυπον τὴν Μωσέως σκηνὴν οἶδεν ὁ λόγος [3]), τοῦ ἐξ ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων λέγω συστήματος, τὸ πρῶτον καταπέτασμα διασχόντες καὶ ὑπερβάντες τὴν αἴσθησιν εἰς τὰ ἅγια [c]παρακύψωμεν, τὴν νοητὴν φύσιν καὶ [d]ἐπουράνιον; οὐκ ἔχομεν οὐδὲ ταύτην ἀσωμάτως ἰδεῖν, εἰ καὶ ἀσώματος, πῦρ καὶ πνεῦμα προσαγορευομένην ἢ γινομένην. ποιεῖν γὰρ λέγεται τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα [4]), εἰ μὴ ποιεῖν μέν ἐστι τὸ συντηρεῖν τῷ λόγῳ, καθ' ὃν ἐγένοντο. πνεῦμα δὲ ἀκούει καὶ πῦρ, τὸ μὲν ὡς νοητὴ φύσις, τὸ δὲ ὡς [e]καθάρσιος, [f]ἐπεὶ καὶ τῆς πρώτης οὐσίας τὰς αὐτὰς οἶδα κλήσεις. πλὴν ἡμῖν γε ἀσώματος ἔστω, ἢ ὅτι ἐγγύτατα. ὁρᾷς ὅπως ἰλιγγιῶμεν περὶ τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἔχομεν οἳ προέλθωμεν ἢ τοσοῦτον ὅσον εἰδέναι ἀγγέλους τινὰς καὶ ἀρχαγγέλους, θρόνους, κυριότητας, ἀρχάς, ἐξουσίας, λαμπρότητας, ἀναβάσεις, νοερὰς δυνάμεις ἢ νόας, καθαρὰς φύσεις καὶ ἀκιβδήλους, ἀκινήτους πρὸς τὸ χεῖρον [g]ἢ δυσκινήτους, περὶ τὸ πρῶτον αἴτιον ἀεὶ χορευούσας, ἢ πῶς ἄν τις αὐτὰς ἀνυμνήσειεν, ἐκεῖθεν ἐλλαμπομένας τὴν καθαρωτάτην ἔλλαμψιν, ἢ ἄλλως ἄλλην κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς φύσεως καὶ τῆς τάξεως, [h]τοσοῦτον τῷ καλῷ

1) Iob. 38, 31. 2) Ps. 147 [146. LXX.], 4. 3) Hebr. 9, 24. 4) Ps. 104 [103. LXX.], 4.

a. *τῇ ἀληθείᾳ.* Par. aliique non pauci *τῇ ἀληθείᾳ.* Hanc lectionem agnoscit Elias, quem sequitur Leuv. *Ne si palam ac vere haec fierent, nonnihil molestiae nobis crearetur.*

b. *φύσιν.* Reg. Cypr. *λύσιν, solutionem,* quod semper mutetur.

c. *παρακύψωμεν.* Combefisius censet legendum *παρακύψομεν.*

d. *ἐπουράνιον. Caelestem,* id est *quae in caelo versetur.*

e. *καθάρσιος.* In quibusdam *καθάρσις.*

f. *ἐπεί.* Reg. a. *ἐπειδή.*

g. *ἢ δυσκινήτους. Vel certe non facile mobiles.* Id refertur ad Luciferi lapsum. Nunc enim ad malum immobiles sunt An-

sensimque intermisceantur, ac vicinitate ipsa, perinde atque in diebus ac noctibus fieri videmus, furtim quodammodo irrepant ac se propripiant. Quod quidem idcirco fit, ne ob insuetudinem molestiam afferant. Sed cursum suum sane sol obeat. Quid? Num lunae naturam et affectiones et luminis mensuram ac cursus pernosti? Et quomodo, ut sol diei principatum tenet, sic luna quoque nocti praesideat, atque ut haec feris audaciam affert, ita vicissim ille hominem ad laborem excitet, dum appositissime ad hominum utilitatem vel sese attollit vel deprimit? An tu *Pleiadis vinculum* aut *Orionis maceriam* instar illius, *qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina vocat, intelligis*, ac cuiusque gloriae discrimen perspectum habes motusque ordinem, ut sit causa, cur tibi fidem habeam, qui per eas humana contexens creaturam adversus Creatorem armas? T. I. p. 520. T. I. p. 521.

31. Quid ais? Hic dicendi finem faciemus, nec ultra res eas, quae materia constant, oculisque corporis cernuntur, orationem diffundemus? An potius quoniam Mosaicum illud tabernaculum mundi totius figuram et imaginem exstitisse docet Scriptura (mundus porro ex visibilibus et invisibilibus constat), idcirco penetrato primo velo transcensisque rebus illis, quae sensum movent, in Sancta prospiciemus, hoc est in supercaelestem naturam, quaeque non nisi ratione atque intelligentia percipitur? Sed ne hanc quidem tametsi corporis expertem incorporeo modo cernere possumus, quippe quae ignis et spiritus appelletur aut efficiatur. Deus enim, ut litteris sacris proditum est, *Angelos suos Spiritus facit et ministros suos flammam ignis;* nisi forte hoc loco *facere* nihil aliud significet, quam eadem qua primum procreati sunt ratione tueri et conservare. Spiritus porro atque ignis Angelus appellatur: illud, quia intellectili natura est praeditus, hoc, quia purgandis animis nostris adhibetur; quandoquidem primaria quoque illa essentia iisdem nominibus in Scriptura nuncupatur. Sed sint sane nobis illi incorporei, aut quam proxime ad hoc accedentes. Vides enim quomodo circa huiusmodi sermonem aestuemus nec quo progrediamur habeamus, aut certe non ultra progredi possimus, quam quod Angelos quosdam et Archangelos scimus, Thronos, Potestates, Principatus, Dominationes, splendores, adscensus, intelligentes virtutes vel mentes potius, puras naturas minimeque adulterinas, ad malum immobiles vel certe non facile mobiles, perpetuos choros circa principem illam causam agitantes, aut si quid aptius

geli per concessam ipsis constantiae ac perseverantiae gratiam.

h. τοσοῦτον τῷ καλῷ etc. *Quibus tanta pulcritudinis copia sit impressa, ut secundaria quaedam lumina sint, ac per primi luminis rivos et scaturigines ad se manantes alios illustrare possint.*

T. I. p. 522. μορφουμένας καὶ τυπουμένας, ὥστε ἄλλα γίνεσθαι φῶτα, καὶ ἄλλους φωτίζειν δύνασθαι ταῖς τοῦ πρώτου φωτὸς ἐπιῤῥοαῖς τε καὶ διαδόσεσιν, λειτουργοὺς θείου θελήματος, δυνατὰς ἰσχύι φυσικῇ τε καὶ [a] ἐπικτήτῳ, πάντα ἐπιπορευομένας, πᾶσι πανταχοῦ παρούσας ἑτοίμως προθυμίᾳ τε λειτουργίας καὶ κουφότητι φύσεως, ἄλλας ἄλλο τι τῆς οἰκουμένης μέρος διειληφυίας [b] ἢ ἄλλῳ τινὶ τοῦ παντὸς ἐπιτεταγμένας, ὡς οἶδεν ὁ ταῦτα [c] τάξας καὶ διορίσας, πάντα εἰς ἓν ἀγούσας πρὸς μίαν σύννευσιν τοῦ τὰ πάντα δημιουργήσαντος, ὑμνῳδοὺς θείας μεγαλειότητος, θεωροὺς δόξης ἀϊδίου καὶ ἀϊδίως, οὐχ ἵνα δοξασθῇ θεός, οὐ γάρ ἐστιν ὃ προστεθήσεται τῷ πλήρει τῷ καὶ τοῖς ἄλλοις χορηγῷ τῶν καλῶν, ἀλλ' ἵνα μὴ λείπῃ τὸ εὐεργετεῖσθαι καὶ ταῖς πρώταις μετὰ θεὸν φύσεσι. ταῦτα εἰ μὲν πρὸς ἀξίαν ὕμνηται, τῆς τριάδος ἡ χάρις καὶ τῆς μιᾶς ἐν τοῖς τρισὶ θεότητος· εἰ δὲ τῆς [d] ἐπιθυμίας ἐνδεέστερον, ἔχει τὸ νικᾶν καὶ οὕτως ὁ λόγος. τοῦτο γὰρ ἠγωνίζετο παραστῆσαι, ὅτι νοῦ κρεῖττων καὶ ἡ τῶν δευτέρων φύσις, μὴ ὅτι τῆς πρώτης καὶ μόνης, [e] ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν ὑπὲρ [f] ἅπαντα.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

ΠΕΡΙ ΥΙΟΥ.

ΛΟΓΟΣ ΚΘ.

Ἃ μὲν οὖν εἴποι τις ἂν ἐπικόπτων τὴν περὶ [g] τὸν λόγον αὐτῶν ἑτοιμότητα καὶ ταχυτῆτα καὶ τὸ τοῦ τάχους ἐπισφαλές, ἐν

a. ἐπικτήτῳ. *Adventitio robore*, id est *Dei auxilio et gratia, quibus natura perficitur. Adventitium etiam dici potest*, inquit Combefisius, *quod Angeli superiores illuminant subiectos, quod illi ipsi a Deo illuminantur et fiunt robustiores ad cognoscendas certas veritates.*

b. ἢ ἄλλῳ τινί etc. *Sive alii cuipiam rerum Universi praepositas*; cuiusmodi sunt Angeli custodes, quod Billius non satis distinxit.

c. τάξας. Comb. ἐπιτάξας.

d. ἐπιθυμίας. *Meae* scilicet *cupiditati*, vel *aliorum*. Utroque modo Elias id intelligit.

e. ὀκνῶ γάρ. Elias hunc locum ex aliorum sententia sic exponit: *Vult quidem Gregorius dicere naturam divinam existere supra universa; sed, ne comparationem instituisse videri possit, veretur. Nam in comparationibus ea est lex, ut ea solum inter se conferantur, quae sunt eiusdem*

quisquam earum laudibus decantandis afferre queat, purissimo splendore illinc perfusas, aut pro naturae et ordinis cuiusque proportione alias alio modo collustratas, quae a summa illa pulcritudine adeo informantur et imprimuntur, ut ipsae alia quoque lumina efficiantur ac per primi luminis influxiones et communicationes alios illuminare possint, quae cum divinae voluntatis ministrae sint roboreque non modo naturali, sed etiam adventitio polleant, loca omnia peragrant, omnibus ubique impigre adsunt, tum ob ministerii promptitudinem tum ob naturae levitatem, aliae etiam aliam quandam orbis partem complectuntur, aut certe aliis quaedam pars commissa est, ut novit qui haec ordinavit ac distinxit, ad unum rerum omnium Conditoris nutum omnia in unum iungunt, divinae maiestatis laudes canunt, ac sempiternam illam gloriam sempiterne intuentur, non ut inde gloriae Dei aliquid accrescat (nihil enim est, quod ei, qui plenus est aliisque bonorum auctor, accrescere queat), sed ne etiam primae illae post Deum naturae beneficio affici desinant. Haec si pro rei dignitate a nobis praedicata sunt, Trinitati atque uni in tribus Personis divinitati gratia habenda est; sin autem cupiditati minus satisfactum est, sic quoque orationi palma parata est. In hoc enim omni dicendi contentione incubuimus, ut ostenderemus, ne ipsam quidem secundarum rerum naturam hominis mente atque ingenio comprehendi posse, nedum primam illam ac solam, vereor enim dicere omnibus rebus excelsiorem. T. I. p. 522.

THEOLOGICA TERTIA.

DE FILIO.

ORATIO VIGESIMA NONA.

1. Haec quidem sunt, quae quispiam ad compescendam eorum disputandi promptitudinem praecipitemque celeritatem, cum in omnibus rebus tum maxime in iis disputationibus, quae de Deo habentur, periculosam, afferre possit. Quoniam autem obiurgare haud magnum est, perfacile quippe et cuiuslibet hominis, sententiam vero suam subro-

generis. At increati ad creatum nulla institui potest comparatio, neque Creatoris ad creata. Quapropter ait, metu se impediri, quominus dicat naturam divinam supra Universa existere, quanquam alioqui hoc verum sit; ne videlicet eum comparare cum aliis videri possit, qui extra comparationem omnem est positus. Billius vero putat ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν idem hic esse, ac si dixisset ἵνα μὴ εἴπω, *ne dicam.*

f. ἅπαντα. Reg. Cypr. ἁπάντας.

g. τὸν λόγον. Coisl. 1. τῶν λόγων.

T. I. p. 522. πᾶσι μὲν πράγμασι, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς περὶ θεοῦ λόγοις, ταῦτά ἐστιν· ἐπεὶ δὲ τὸ μὲν ἐπιτιμᾷν οὐ μέγα, ῥᾷστον γὰρ καὶ τοῦ βουλομένου παντός, τὸ δὲ ἀντεισάγειν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἀνδρὸς
T. I. p. 523. εὐσεβοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος, φέρε τῷ ἁγίῳ θαῤῥήσαντες πνεύματι τῷ παρ' αὐτῶν μὲν ἀτιμαζομένῳ, παρ' [a]ἡμῶν δὲ προσκυνουμένῳ, τὰς ἡμετέρας περὶ τῆς θεότητος [b]ὑπολήψεις, αἵτινές ποτέ εἰσιν, ὥσπερ τινὰ τόκον εὐγενῆ τε καὶ ὥριμον εἰς φῶς προενέγκωμεν, οὐδὲ ἄλλοτε μὲν σιωπήσαντες, τοῦτο γὰρ μόνον ἡμεῖς νεανικοί τε καὶ μεγαλόφρονες, νῦν δὲ καὶ μᾶλλον παῤῥησιαζόμενοι τὴν ἀλήθειαν, ἵνα μὴ [c]τῇ ὑποστολῇ, καθὼς γέγραπται, τὸ μὴ [d]εὐδοκεῖσθαι κατακριθῶμεν[1]). [e]διττοῦ δὲ ὄντος λόγου παντός, τοῦ μὲν τὸ οἰκεῖον κατασκευάζοντος, τοῦ δὲ τὸ ἀντίπαλον [f]ἀνατρέποντος, καὶ ἡμεῖς τὸν οἰκεῖον ἐκθέμενοι πρότερον οὕτω τὰ τῶν ἐναντίων ἀνατρέψαι πειρασόμεθα, καὶ ἀμφότερα, ὡς οἷόν τε, διὰ βραχέων, ἵν' [g]εὐσύνοπτα γένηται τὰ λεγόμενα, ὥσπερ ὂν αὐτοὶ λόγον εἰσαγωγικὸν ἐπενόησαν πρὸς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων ἢ εὐηθεστέρων, καὶ μὴ τῷ μήκει τοῦ λόγου [h]διαχεθῇ τὰ νοούμενα, καθάπερ ὕδωρ οὐ σωλῆνι σφιγγόμενον, ἀλλὰ κατὰ πεδίου χεόμενον καὶ λυόμενον.

Τρεῖς αἱ ἀνωτάτω δόξαι περὶ θεοῦ, [i]ἀναρχία καὶ πολυαρχία καὶ μοναρχία. αἱ μὲν οὖν δύο παισὶν Ἑλλήνων [k]ἐπαίχθησαν καὶ παιζέσθωσαν, τό τε γὰρ ἄναρχον ἄτακτον, τό τε πολύαρχον στασιῶδες καὶ οὔτως ἄναρχον καὶ οὔτως ἄτακτον, εἰς ταὐτὸν γὰρ ἀμφότερα φέρει τὴν ἀταξίαν, ἡ δὲ εἰς λύσιν, ἀταξία γὰρ μελέτη λύσεως· ἡμῖν δὲ μοναρχία τὸ τιμώμενον, μοναρχία δὲ οὐχ ἣν ἓν περιγράφει πρόσωπον, ἔστι γὰρ καὶ τὸ ἓν στασιάζον πρὸς ἑαυτὸ πολλὰ καθίστασθαι, ἀλλ' ἣν φύσεως ὁμοτιμία συνίστησι καὶ

1) Hebr. 10, 38. 39.

a. ἡμῶν. Or. 1. ad marg. ἡμῖν.

b. ὑπολήψεις. Vocem hanc plerisque in locis pro *fide certa et persuasione* usurpat Gregorius. Quare non bene Leuvenkl. *coniecturas.*

c. τῇ ὑποστολῇ. Schol. τὸ ὑποστέλλεσθαι δέει καὶ φόβῳ. *Quod metu ac timore nos subducimus.* Ubi autem Vulgata habet Hebr. 10, 38.: *Quod si subtraxerit se, non placebit animae meae*, Graeci legunt ἐὰν ὑποστείληται, id est, ut exponit Gregorius: *Si in pietatis causa praevaricatorem egerit, nec in eius defensionem incubuerit* etc.

d. εὐδοκεῖσθαι. Coisl. 1. εὐδοκιμεῖσθαι.

e. διττοῦ δὲ ὄντος λόγου. Similia leguntur apud Athenagoram lib. de Resurrectione mortuorum, ad calcem operum S. Iustini novae ed. p. 315. n. 1.: ὅθεν οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ ταῦτα πονουμένοις λόγων διττῶν, τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας· καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας ἢ τοὺς ἀμφιβάλλοντας· τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας πρὸς τοὺς εὐγνωμονοῦντας καὶ μετ' εὐνοίας δεχομένους τὴν ἀλήθειαν. *Hinc iis, qui operam in res huiusmodi insumunt, duplici arbitror opus esse sermone, altero pro veritate, altero de veritate; pro veritate quidem adversus incredulos aut dubitantes; de veritate autem ad eos, qui aequo sunt animo et veritatem libenter suscipiunt.* Itaque Gregorius cum Athenagora duplicem secernit disputationem, quae duplicem po-

gare pii viri est ac mente praediti; age Spiritus sancti, quem nos T. I. p. 522. quidem adoramus, illi vero contemnunt ac pro nihilo habent, numine T. I. p. 523. atque auxilio freti subnixique nostram de divinitate fidem, quaecunque tandem illa est, perinde ac generosum quendam et maturum fetum in lucem producamus. Non quod alias unquam tacuerimus (hac enim una duntaxat in re fortes et magnanimi sumus), sed quod nunc maiori quoque libertate ac fiducia veritatem profiteamur, ne alioqui ob timiditatem, ut Scripturae verbo utar, hac poena mulctemur, ut Deo minime placeamus. Porro cum omnis sermo duplex sit, alter, quo dogmata nostra confirmamus, alter, quo adversaria subvertimus, nos quoque, posteaquam doctrinam nostram potius exposuerimus, ita demum adversariorum placita confutare ac profligare conabimur, et quidem utrumque quam fieri poterit brevissime, ut quae a nobis dicentur, quasi uno quodam obtutu perspici facile possint (quemadmodum quem illi isagogicum libellum ad simpliciorum vel stolidiorum potius fraudem excogitarunt), ac non ob sermonis prolixitatem sensa dilabantur, haud secus atque aqua, quae non canali coërcetur, sed per campos diffunditur ac solvitur.

2. Ut igitur ad rem accedamus, tres antiquissimae de Deo sententiae sunt, Anarchia, Polyarchia et Monarchia. Ac duae quidem priores ab ethnicis lusae sunt et sane ludantur. Nam et quod nullius imperio gubernatur, confusum est ac perturbatum, et quod a pluribus dominis et principibus administratur, factionibus dissidiisque obnoxium est, ac proinde nec a quoquam gubernatur nec ordine ullo et disciplina continetur. Ambo etiam ista eodem tendunt, nimirum ad ordinis perturbationem, haec autem ad solutionem, perturbatio quippe solutionis meditatio est. At nos unius principatum colimus; unius autem principatum dico non quem Persona una circumscribit (fieri enim potest ut quod unum est, si a se ipso dissideat secumque discordet, multa T. I. p. 524. fiat), sed quem aequalis naturae dignitas constituit et voluntatis con-

stulat sermonem. In primo disputationis genere dogmata credentibus explicantur, in altero vero veritatis defensio suscipitur, dogmata propugnantur, anticipatae evelluntur opiniones, et adversariorum tricis occurritur. Inter utramque disputationem istud est discrimen, ut cum eodem Athenagora loquar, quod in altera *mendacium refellitur*, in altera *veritas stabilitur*.

f. ἀνατρέποντος Gloss. ἀνασκευάζοντος, *confutamus*.

g. εὐσύνοπτα γένηται. Reg. Cypr. εὐσύνοπτα γένωνται. Gloss. εὔδηλα, καὶ γνώριμα, καὶ σαφῆ γένηται, *manifesta et nota et perspicua fiant*. Mox εἰσαγωγικόν, *introductorium*.

h. διαχεθῇ τὰ νοούμενα. Reg. Cypr. διαχυθῇ τὰ λεγόμενα.

i. ἀναρχία etc. *Nullius*, vel *plurium*, vel *unius imperium*.

k. ἐπαίχθησαν. *Lusae sunt. Hoc verbo utitur Gregorius*, inquit Elias, *quod a rebus ludicris nihil differrent ea, quae ipsi introducerent, atque in Deorum numerum referrent; vel quod omnino digna sint, quibus illudatur.*

T. I. p. 524. γνώμης σύμπνοια καὶ [a]ταυτότης κινήσεως καὶ πρὸς τὸ ἓν τῶν ἐξ αὐτοῦ σύννευσις, ὅπερ ἀμήχανον ἐπὶ τῆς [b]γεννητῆς φύσεως, ὥστε κἂν ἀριθμῷ διαφέρῃ, [c]τῇ γε οὐσίᾳ μὴ τέμνεσθαι. διὰ τοῦτο μονὰς ἀπ' ἀρχῆς εἰς δυάδα κινηθεῖσα μέχρι τριάδος ἔστη, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὁ μὲν γεννήτωρ καὶ προβολεύς, λέγω δὲ ἀπαθῶς καὶ ἀχρόνως καὶ ἀσωμάτως, τῶν δὲ τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ πρόβλημα, ἢ οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις ταῦτα καλέσειεν, ἀφελὼν πάντη τῶν ὁρωμένων. οὐ γὰρ δὴ [c]πέρχυσιν ἀγαθότητος εἰπεῖν θαρρήσομεν (ὃ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφησάντων εἰπεῖν τις ἐτόλμησεν, οἷον κρατήρ τις [d]ὑπερρύη, σαφῶς οὕτωσι λέγων ἐν οἷς [e]περὶ πρώτου αἰτίου καὶ δευτέρου φιλοσοφεῖ), μή ποτε ἀκούσιον τὴν γέννησιν [f]εἰσαγάγωμεν καὶ οἷον περίττωμά τι φυσικὸν καὶ δυσκάθεκτον, ἥκιστα ταῖς περὶ θεότητος [g]ὑπονοίαις πρέπον. διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ὅρων ἱστάμενοι τὸ ἀγέννητον εἰσάγομεν καὶ τὸ γεννητὸν καὶ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ὥς πού φησιν αὐτὸς ὁ θεὸς καὶ λόγος[1]).

[h]*Πότε οὖν ταῦτα; ὑπὲρ τὸ πότε ταῦτα. εἰ δὲ δεῖ τι καὶ* [i]*νεανικώτερον εἰπεῖν, ὅτε ὁ πατήρ. πότε δὲ ὁ πατήρ; οὐκ ἦν ὅτε οὐκ ἦν. τοῦτο οὖν καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πάλιν ἐρώτα με, καὶ πάλιν ἀποκρινοῦμαί σοι. πότε ὁ υἱὸς γεγέννηται; ὅτε ὁ πατὴρ οὐ γεγέννηται. πότε δὲ τὸ* [k]*πνεῦμα ἐκπεπόρευται; ὅτε ὁ υἱὸς οὐκ ἐκπεπόρευται, ἀλλὰ γεγέννηται, ἀχρόνως καὶ ὑπὲρ λόγον· εἰ καὶ μὴ δυνάμεθα τὸ ὑπὲρ χρόνον παραστῆσαι, θέλοντες χρονικὴν ἐκφυγεῖν ἔμφασιν (τὸ γὰρ ὅτε καὶ πρὸ τοῦδε καὶ μετὰ ταῦτα καὶ* [l]*ἀπαρχῆς οὐκ ἄχρονα, κἂν ὅτι μάλιστα βιαζώμεθα), πλὴν* [m]*εἰ τὸ* [n]*παρεκτεινόμενον τοῖς ἀϊδίοις διάστημα, τὸν αἰῶνα, λαμβάνοιμεν, τὸ μὴ κινήσει τινὶ μηδὲ ἡλίου φορᾷ μεριζόμενον*
T. I. p. 525. *καὶ μετρούμενον, ὅπερ ὁ χρόνος, πῶς οὖν οὐ συνάναρχα, εἰ συναΐδια; ὅπου ἐκεῖθεν, εἰ καὶ μὴ μετ' [o]ἐκεῖνον. τὸ μὲν γὰρ ἄναρχον*

1) Ioan. 15, 26.

a. *ταυτότης κινήσεως. Motum appellat potentiam et efficacitatem*, inquit Elias.

b. *γεννητῆς*. Reg. bm. et Or. 1. *γενητῆς*.

c. *τῇ γε οὐσίᾳ*. Sic Coisl. 1. et 3. aliique melioris notae codd. Quae lectio profecto melior est, quam *ἐξουσίᾳ, potentia*, quae in editis reperitur. Nam Nicaeni Patres *ὁμοούσιον, eiusdem naturae seu essentiae*, non *ὁμοεξούσιον, eiusdem potentiae*, Patri Filium esse definierunt.

d. *ὑπερρύη*. Duo Regg. quinque Colb. Coisl. 1. et Or. 1. *ὑπερεῤῥύη*.

e. *περὶ πρώτου* etc. Plato primam causam *τὸ ἕν, Unum*, statuit, alteram vero *τὸ ὄν, Ens*.

f. *εἰσαγάγωμεν*. Nicet. *εἰσάγομεν*.

g. *ὑπονοίαις. Cogitationibus* seu *ideis de divinitate minime congruentem*.

h. *πότε οὖν* etc. Interrogantibus Eunomianis, ut designaretur tempus, in quo *vel quando* genitus sit Filius ac processerit Spiritus sanctus, acute respondet Gregorius, genitum fuisse Filium et processisse Spiritum sanctum ante ipsorum *quando*,

sensio motusque identitas atque ad unum eorum, quae ex ipso sunt, T. I. p. 524. conspiratio (id quod in rebus procreatis fieri nequit), ita ut etiamsi numero differant, essentia tamen et natura minime distinguantur. Quocirca unitas principio in binarium mota in Trinitate constitit. Atque hoc nobis est Pater et Filius et Spiritus sanctus, Pater quidem genitor et productor, citra tamen ullam passionem ac tempus atque incorporeo modo, horum autem alter soboles, alter processio, aut quibus verbis haec quispiam vocare queat nescio, ab iis prorsus abstrahens, quae sub adspectum cadunt. Neque enim bonitatis superfusionem dicere audebimus (tametsi quispiam eorum, qui apud Ethnicos philosophiae laude floruerunt, hoc vocabulo uti non dubitarit, cum de prima et secunda causa dissereret, perspicuis verbis ita loquens: *Velut poculum quoddam superfluxit*), ne coactam quandam generationem ac velut naturalem quandam superfluitatem, quae retineri nequeat minimeque divinitati congruat, invehamus. Proinde finibus nostris nosmet continentes Ingenitum et Genitum inducimus et *ex Patre Procedentem*, ut quodam loco Deus ipse ac Verbum pronuntiavit.

3. Sed quando haec, inquient? Nimirum haec supra *quando* sunt. Quod si etiam audaciuscule aliquid dicendum est, tum haec erant, cum Pater erat. Quando autem Pater? Nunquam non fuit. Idem de Filio, idem de Spiritu sancto promptum est dicere. Quod si rursus me interroges, rursus tibi respondebo. Quando Filius genitus est? Cum Pater genitus non est. Quando Spiritus processit? Tum cum Filius non processit, sed citra tempus ullum ac supra omnem rationis humanae captum genitus est, etiam si id, quod supra tempus est, declarare cupientes temporalem speciem ac significationem fugere nequeamus (etenim hae voces *quando, antehac, posthac, a principio*, temporis neutiquam expertes sunt, quamcunque vim illis inferamus), nisi forte aevum accipiamus, hoc est intervallum illud, quod simul cum rebus aeternis extenditur nec ullo motu aut solis cursu (quod quidem tempus est) definitur. Quid ergo, inquies, si Filius et Spiritus T. I. p. 525. sanctus Patri coaeterni sunt, quid afferri potest, quin principii quoque quemadmodum et ille sint expertes? Quia ab ipso sunt, licet non post ipsum. Quod enim principio caret, aeternum quoque est; quod autem aeternum est, non protinus quoque principio vacat, quamdiu

sive ut in prima editione interpretatur Billius, *priusquam tempus ullum extitisset.*

i. *νεανικώτερον.* Tres Regg. sex Colb. et Or. 1. *νεανικῶς.*

k. *πνεῦμα.* Colb. 1. addit *τὸ ἅγιον, sanctus.*

l. *ἀπαρχῆς.* Or. 1. divisim *ἀπ' ἀρχῆς, a principio.*

m. *εἰ τό.* Coisl. 3. *εἰ μὴ τό.*

n. *παρεκτεινόμενον.* Reg. Cypr. *συμπαρεκτεινόμενον.*

o. *ἐκεῖνον.* Or. 1. aliique non pauci *ἐκεῖνο.*

T. I. p. 525. καὶ ἀΐδιον, τὸ δὲ ἀΐδιον οὐ πάντως ἄναρχον, ἕως ἂν εἰς ἀρχὴν ἀναφέρηται τὸν πατέρα. οὐκ ἄναρχα οὖν τῷ αἰτίῳ, δῆλον δὲ τὸ αἴτιον ὡς οὐ πάντως πρεσβύτερον τῶν ὧν [a] ἐστιν αἴτιον, οὐδὲ γὰρ τοῦ φωτὸς ἥλιος, καὶ ἄναρχά πως τῷ χρόνῳ, κἂν σὺ μορμολύττῃ τοὺς ἁπλουστέρους, οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον τὰ ἐξ ὧν ὁ χρόνος.

Πῶς οὖν οὐκ ἐμπαθὴς ἡ γέννησις; ὅτι ἀσώματος. εἰ γὰρ ἡ ἐνσώματος ἐμπαθής, ἀπαθὴς ἡ ἀσώματος. ἐγὼ δέ σε ἀντερήσομαι· πῶς θεός, εἰ κτίσμα; οὐ γὰρ θεὸς τὸ κτιζόμενον· ἵνα μὴ λέγω ὅτι κἀνταῦθα πάθος, ἂν σωματικῶς λαμβάνηται, οἷον χρόνος, ἔφεσις, ἀνατύπωσις, φροντίς, ἐλπίς, λύπη, κίνδυνος, ἀποτυχία, διόρθωσις, ἃ πάντα καὶ πλείω τούτων [b] περὶ τὴν κτίσιν, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. θαυμάζω δὲ ὅτι μὴ καὶ τοῦτο τολμᾷς, συνδυασμούς τινας [c] ἐννοεῖν καὶ χρόνους κυήσεως καὶ κινδύνους ἀμβλώσεως, ὡς οὐδὲ γεννᾷν ἐγχωροῦν, εἰ μὴ οὕτω γεγέννηκεν, ἢ πάλιν πτηνῶν τινας καὶ χερσαίων καὶ ἐνύδρων γεννήσεις ἀπαριθμούμενος [d] τούτων τινὶ τῶν γεννήσεων ὑπάγειν τὴν θείαν καὶ ἀνεκλάλητον, ἢ καὶ τὸν υἱὸν [e] ἀναίρειν ἐκ τῆς [f] καινῆς σου ὑποθέσεως. καὶ οὐδ' ἐκεῖνο δύνασαι συνιδεῖν, ὅτι ᾧ διάφορος [g] ἡ κατὰ σάρκα γέννησις (ποὺ γὰρ ἐν τοῖς σοῖς ἔγνως θεοτόκον παρθένον), τούτῳ καὶ ἡ πνευματικὴ γέννησις ἐξαλλάττουσα, μᾶλλον δὲ ᾧ τὸ εἶναι μὴ ταὐτόν, τούτῳ καὶ τὸ γεννᾷν διάφορον.

Τίς οὖν ἐστι πατὴρ οὐκ ἠργμένος; ὅστις οὐδὲ [h] τοῦ εἶναι ἤρξατο. ᾧ δὲ τὸ εἶναι [i] ἤρξατο, τούτῳ καὶ τὸ εἶναι [k] πατρί. οὐκοῦν T. I. p. 526. πατὴρ ὕστερον, οὐ γὰρ ἤρξατο, καὶ πατὴρ κυρίως, ὅτι μὴ καὶ υἱός, ὥσπερ καὶ υἱὸς κυρίως, ὅτι μὴ καὶ πατήρ. τὰ γὰρ ἡμέτερα οὐ κυρίως, ὅτι καὶ [l] ἄμφω, οὐ γὰρ τόδε μᾶλλον ἢ τόδε, καὶ ἐξ ἀμφοῖν ἡμεῖς, οὐχ ἑνός, ὥστε [m] μερίζεσθαι, καὶ κατ' ὀλίγον ἄνθρωποι, [n] καὶ ἴσως οὐδὲ ἄνθρωποι, καὶ οἷοι μὴ τεθελήμεθα, καὶ

a. ἐστίν deest in pluribus.

b. περὶ τὴν κτίσιν. Circa creaturam. Cum scilicet gignitur aut parturit. Billius circa creationem.

c. ἐννοεῖν. Reg. Cypr. aliique ἐπινοεῖν.

d. τούτων. Or. 1. addit δή.

e. ἀναίρειν. Reg. Cypr. ἐναιρεῖν.

f. καινῆς. Reg. Cypr. aliique plures κενῆς, vanam.

g. ἡ κατὰ σάρκα γέννησις. Elias ἡ κάτω γέννησις, terrena generatio.

h. τοῦ εἶναι. Sic Coisl. 2. sex Colb. Par. etc. In quibusdam τὸ εἶναι. In ed. τῶν εἶναι.

i. ἤρξατο. Coisl. 1. οὐκ ἤρξατο. Cui, ut esset, nulla fuit origo, huic nec ut Pater esset.

k. πατρί. Reg. a. et Coisl. 1. πατήρ. Sed in Reg. a. emendatum.

ad Patrem velut ad principium et originem refertur. Ergo illi quantum ad causam principio minime carent. Perspicuum autem est, causam non continuo antiquiorem esse iis, quorum causa est; neque enim sol lucem tempore antecedit. Quantum autem ad tempus expertes principii sunt, licet tu verborum larvis simpliciores animos territes. Nec enim tempori subsunt ea, ex quibus tempus originem sumpsit. T. I. p. 525.

4. Quomodo ergo a passione immunis est haec generatio? Quia incorporea. Si enim corporea generatio passionem coniunctam habet, expers utique passionis erit incorporea generandi ratio. Atque ego ex te vicissim quaeram: Quomodo Deus erit, si creatura est? Non enim Deus esse potest quod creatur, ne dicam, quod hic quoque passio sit, si corporeo modo id accipiatur, hoc est tempus, cupiditas, informatio, cura, spes, moeror, periculum, spei frustratio, correctio, quae omnia atque his plura circa creaturam accidere nemo est qui non facile perspiciat. Demiror autem quin tu eo quoque audaciae prorumpas, ut coitus quosdam et praegnationis tempora et abortus pericula cogites, perinde ac non aliter gignere potuerit Pater, si non ita genuerit, aut rursus avium quarundam aliorumque animalium, quae vel in terra vel in aquis degunt, generationes enumeres, ac cuipiam harum generationum divinam illam et ineffabilem subiicias, aut etiam Filium per hanc novam hypothesim de medio tollas. Ac ne illud quidem perspicere potes, cuius diversa sit carnalis generatio (alicubi enim apud homines Deiparam Virginem nosti), huius diversam quoque atque ab aliis discrepantem esse spiritualem generationem, vel ut rectius dicam, cuius esse ipsum minime idem sit, eius diversam quoque esse generandi rationem.

5. Quisnam ergo est Pater ille principii expers? Is nempe, cuius ne ulla quidem ipsius essentiae origo reperiri potest. Qui autem aliquando esse coepit, hic quoque paternitatis suae principium habuit. Non igitur Pater postea exstitit, quandoquidem nec esse aliquando coepit, et Pater proprie est, quia non etiam filius, quemadmodum vicissim Filius proprie filius, quia non etiam pater. Nam quod ad nos attinet, neutro nomine proprie appellari possumus, quoniam utrumque sumus, neque hoc potius quam illud, nec ex uno, sed ex utroque parente nascimur, ac proinde dividimur, paulatimque homines effici- T. I. p. 526.

l. ἄμφω. *Utrumque sumus*, id est *filii, quia ab aliis gignimur, et parentes, quia alios gignimus.*

m. μερίζεσθαι. Id est *ita ut dividamur in filiationem et paternitatem, in semen paternum et maternum.*

n. καὶ ἴσως οὐδὲ ἄνθρωποι. *Ne homines quidem* etc. *Quia nimirum*, inquit Elias, *abortus vel monstra quandoque fiunt.* Mox καὶ ἀφιέντες etc. idem Elias sic exponit: *Tum dimittentes tum dimissi, cum scilicet parentes filios deserunt aut ab eis deseruntur; vel etiam quando parentes aut filii moriuntur.*

T. I. p. 526. ἀφιέντες καὶ ἀφιέμενοι, ὡς μόνας τὰς σχέσεις λείπεσθαι ὀρφανὰς τῶν πραγμάτων. ἀλλὰ τὸ ἐγέννησε, φησίν, αὐτὸ καὶ τὸ γεγέννηται τί ἄλλο ἢ ἀρχὴν εἰσάγει γεννήσεως; τί οὖν ἂν μηδὲ τοῦτο λέγωμεν, ἀλλ' ἦν ἀπ' ἀρχῆς γεγεννημένος, ἵνα σου ῥᾳδίως φύγωμεν τὰς περιέργους ἐνστάσεις καὶ φιλοχρόνους; ἆρα γραφὴν ἀποίσεις καθ' ἡμῶν ὡς παραχαραττόντων τι τῆς γραφῆς καὶ τῆς ἀληθείας; ἢ πᾶσιν εὔδηλον ὅτι πολλὰ τῶν χρονικῶς λεγομένων ἐνηλλαγμένως τοῖς χρόνοις προφέρεται, καὶ μάλιστα παρὰ [a]τῇ συνηθείᾳ τῆς θείας γραφῆς, οὐχ ὅσα τοῦ παρεληλυθότος χρόνου μόνον ἐστὶν ἢ τοῦ παρόντος, ἀλλὰ καὶ ὅσα τοῦ μέλλοντος; ὡς τὸ ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη[1]); οὕτω γὰρ ἐφρυάξαντο, καὶ ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί[2]), ὅπερ ἐστὶ διαβεβήκασιν. καὶ μακρὸν ἂν εἴη πάσας ἀπαριθμεῖν τὰς τοιαύτας φωνάς, αἳ τοῖς φιλοπόνοις τετήρηνται.

Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον· οἷον δὲ αὐτῶν κἀκεῖνο ὡς λίαν δύσερι καὶ ἀναίσχυντον; βουληθείς, φασί, γεγέννηκε τὸν υἱὸν ἢ μὴ βουλόμενος. εἶτα δεσμοῦσιν [b]ὡς οἵονται ἀμφοτέρωθεν ἄμμασιν, οὐκ ἰσχυροῖς, ἀλλὰ καὶ λίαν σαθροῖς. εἰ μὲν γὰρ οὐ θέλων, φασί, τετυράννηται, καὶ τίς ὁ τυραννήσας; καὶ πῶς ὁ τυραννηθεὶς θεός; εἰ δὲ θέλων, θελήσεως υἱὸς ὁ υἱός· πῶς οὖν ἐκ τοῦ πατρός; καὶ [c]καινήν τινα μητέρα τὴν θέλησιν ἀντὶ τοῦ πατρὸς ἀναπλάττουσιν. ἓν μὲν οὖν τοῦτο χάριεν αὐτῶν ἂν τοῦτο λέγωσιν, ὅτι τοῦ πάθους ἀποστάντες ἐπὶ τὴν βούλησιν καταφεύγουσιν, οὐ γὰρ [d]πάθος ἡ βούλησις· δεύτερον δὲ ἴδωμεν τὸ ἰσχυρὸν αὐτῶν,
T. I. p. 527. ὅ τι λέγουσιν. ἄριστον δὲ αὐτοῖς συμπλακῆναι πρότερον ἐγγυτέρω. σὺ δὲ αὐτὸς ὁ λέγων εὐχερῶς ὅ τι ἂν [e]θέλῃς, ἐκ θέλοντος ὑπέστης τοῦ σοῦ πατρὸς ἢ μὴ θέλοντος; εἰ μὲν γὰρ ἐξ οὐ θέλοντος, τετυράννηται. τῆς βίας! καὶ τίς ὁ τυραννήσας αὐτόν; οὐ γὰρ δὴ τὴν φύσιν ἐρεῖς, ἐκείνη γὰρ ἔχει καὶ τὸ σωφρονεῖν. εἰ δὲ θέλοντος, ἀπόλωλέ σοι δι' ὀλίγας συλλαβὰς ὁ πατήρ. [f]θελήσεως γὰρ υἱός, ἀλλ' οὐ πατρὸς ἀναπέφηνας. ἀλλ' ἐπὶ τὸν θεὸν μέτειμι καὶ τὰ κτίσματα, καὶ τὸ σὸν ἐρώτημα προσάγω [g]τῇ σῇ σοφίᾳ. θέλων ὑπέστησεν [h]ὁ θεὸς τὰ πάντα ἢ βιασθείς; εἰ μὲν βιασθείς, κἀνταῦθα

1) Ps. 2, 1. 2) Ps. 66 [65. LXX.], 6.

a. τῇ συνηθείᾳ. Heinsius Exercitat. sacr. pag. 16. legit τῇ συνηχείᾳ, sicque locum hunc interpretatur: *An vero notum omnibus multa, quae de temporibus dicuntur, cum mutatione temporum efferri, in ipsa praesertim sacrarum Scripturarum serie, non ea, quae praeterili tantum sunt temporis, aut praesentis, sed et quae futuri? Ut cum dicitur: Quare fremuerunt gentes? Nondum enim tum fremuerant. Et, in flumine pertransibunt pede, id est, transierant.*

b. ὡς οἵονται. Duo Colb. et Bas. ὡς οἷόν τε. *Quantum possunt.*

c. καινήν. Reg. Cypr. κεχηνήν, *venam.*

mur, imo ne homines quidem fortasse, et quales noluimus, tum dimittentes tum dimissi, adeo ut solae relationes rebus ipsis orbae relinquantur. At, inquies, ipsum hoc *genuit* et *genitus est* quid aliud quam generationis principium inducit? Ego vero ita respondeo: Quid si ne hoc quidem dixerimus, sed *a principio genitus erat*, ut curiosas ipsas ac temporis amicas obiectiones nullo negotio fugiamus? An tu crimen nobis inferes, quasi Scripturae ac veritatis aliquid adulteremur? Nonne cuivis perspicuum est ac praesertim in Scripturae usu positum, ut pleraque ex his, quae temporaliter dicuntur, inversa temporum ratione proferantur, nec ea solum, quae praeteriti temporis sunt aut praesentis, sed etiam quae futuri significationem habent? Quo in genere illud est: *Quare fremuerunt gentes?* nondum enim *fremuerant*, et *in flumine pertransibunt pede*, id est *pertransierunt*. Nimis longum foret omnes huiusmodi voces recensere, quae a studiosis observatae sunt. T. I. p. 526.

6. Atque ad hunc modum se habet haec illorum obiectio. Iam quale illud eorum est cuiusque rixandi libidinis et impudentiae? Vel volens, inquiunt, Filium genuit, vel nolens. Ac deinde nexibus, ut quidem ipsi putant, utrimque adversarios illigant, non tamen firmis, sed perquam etiam imbecillis. Si enim nolens, inquiunt, vis ergo ei allata est. Et quisnam est, qui vim intulit? Et rursus quomodo cui vis allata est, Deus esse potest? Si autem volens, ergo Filius voluntatis est filius. Quo igitur modo ex Patre progenitus est? Ita novam quandam matrem, voluntatem, patris loco comminiscuntur. In hoc quidem argumento primum hoc scitum ac lepidum est, quod a passione illa, quam tantopere urgebant, abscedentes ad voluntatem confugiunt; non enim passio est voluntas. Deinde videamus, obsecro, quam vim habeat quod dicunt. Optimum autem fuerit, prius cum ipsis pedem propius conferre. Dic ergo ipse, quisquis es, qui temere quidquid libido tua tulerit effutis. Ex volente patre tuo procreatus es an nolente? Si ex nolente, vis ergo ei allata est. O indignum facinus! Et quis tandem ei vim attulit? Non enim profecto naturam dixeris. Nam ei quoque sua constat castitas. Si autem ex volente patre, pater tibi propter paucas syllabas periit. Voluntatis siquidem filius, ac non patris exstitisti. Sed ad Deum et creaturas transeo, ac tuammet quaestionem sapientiae tuae admoveo. Volensne Deus universam hanc rerum molem condidit an nolens et coactus? Si coactus, hic quoque T. I. p. 527.

d. *πάθος*. Sic tres Regg. sex Colb. Or. 1. Par. In ed. *πάθους, passionis*.
e. *θέλης*. Quinque Colb. *ἐθέλης*.
f. *θελήσεως*. Tres Regg. quatuor Colb. et Or. 1. *θελήματος*.
g. *τῇ σῇ σοφίᾳ*. Haec ironice dicta.
h. *ὁ θεός*. Deest *ὁ* in pluribus codd.

T. I. p. 527. ἡ τυραννὶς καὶ ὁ τυραννήσας· εἰ δὲ βουλόμενος, ἐστέρηται τοῦ Θεοῦ καὶ τὰ κτίσματα καὶ σὺ μὲν [a]πρὸ τῶν ἄλλων ὁ τοιούτους ἀνευρίσκων λογισμοὺς καὶ τοιαῦτα σοφιζόμενος. [b]Θελήσει γὰρ μέσῃ τοῦ κτίστου διατειχίζεται. ἀλλ' [c]ἕτερον οἶμαι Θέλων ἐστὶ καὶ Θέλησις, γεννῶν καὶ γέννησις, λέγων καὶ λόγος, εἰ μὴ μεθύομεν. τὰ μὲν [d]ὁ κινούμενος, τὰ δὲ οἷον ἡ κίνησις. οὐκοῦν Θελήσεως [e]τὸ ΘεληΘέν, οὐδὲ γὰρ ἕπεται πάντως, οὐδὲ τὸ γεννηΘὲν γεννήσεως, οὐδὲ τὸ ἀκουσΘὲν ἐκφωνήσεως, ἀλλὰ τοῦ Θέλοντος καὶ τοῦ [f]γεννῶντος καὶ τοῦ λέγοντος. τὰ τοῦ Θεοῦ δὲ καὶ ὑπὲρ ταῦτα πάντα, ᾧ γέννησίς ἐστιν ἴσως ἡ τοῦ γεννᾶν Θέλησις· ἀλλ' οὐδὲν μέσον, εἴ γε καὶ τοῦτο [g]δεξώμεΘα ὅλως, ἀλλὰ μὴ καὶ Θελήσεως κρείττων ἡ γέννησις.

Βούλει τι προσπαίξω καὶ τὸν πατέρα; παρὰ σοῦ γὰρ ἔχω τὰ τοιαῦτα τολμᾶν. Θέλων Θεὸς ὁ πατὴρ ἢ μὴ Θέλων. καὶ ὅπως ἀποφεύξῃ τὸ σὸν περιδέξιον. εἰ μὲν δὴ Θέλων, πότε τοῦ Θέλειν ἠργμένος; οὐ γὰρ πρὶν εἶναι, οὐδὲ γὰρ ἦν τι πρότερον. ἢ τὸ μὲν αὐτοῦ Θελῆσαν, τὸ δὲ ΘεληΘέν; μεριστὸς οὖν. πῶς δὲ οὐ Θελήσεως καὶ οὗτος κατὰ σὲ πρόβλημα; εἰ δὲ οὐ Θέλων, τί τὸ βιασάμενον εἰς τὸ εἶναι; καὶ πῶς Θεός, εἰ βεβίασται, καὶ ταῦτα οὐκ ἄλλο τι ἢ αὐτὸ τὸ εἶναι Θεός; πῶς οὖν, [h]φησί, γεγέννηται; πῶς
T. I. p. 528. ἔκτισται; εἴπερ ἔκτισται κατὰ σέ· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς ἀπορίας. τάχα ἂν εἴποις [i]ὅτι βουλήσει καὶ λόγῳ. ἀλλ' οὔπω λέγεις τὸ πᾶν. πῶς γὰρ ἔργου δύναμιν ἔσχεν ἡ βούλησις καὶ ὁ λόγος, [k]ἔτι λείπεται λέγειν. οὐ γὰρ οὕτως ἄνΘρωπος.

Πῶς οὖν γεγέννηται; οὐκ ἂν ἦν μεγάλη ἡ γέννησις, εἴ σοι κατελαμβάνετο, ὃς οὐδὲ τὴν ἰδίαν ἐπίστῃ γέννησιν, ἢ μικρόν τι ταύτης κατείληφας καὶ ὅσον αἰσχύνῃ λέγειν. ἔπειτα οἶει τὸ πᾶν γινώσκειν; πολλὰ ἂν κάμοις πρότερον ἢ εὕροις λόγους συμπήξεως, μορφώσεως, φανερώσεως, ψυχῆς πρὸς σῶμα δεσμόν, νοῦ πρὸς ψυχήν, λόγου πρὸς νοῦν, κίνησιν, αὔξησιν, τροφῆς ἐξομοιω-

a. *πρὸ τῶν ἄλλων.* Sic tres Regg. et sex Colb. Deest *πρό* in ed.

b. *Θελήσει.* Coisl. 1. *Θέλησις.*

c. *ἕτερον οἶμαι Θέλων ἐστί.* Sic tres Regg. et Or. 1. In ed. *ἕτερόν ἐστιν, οἶμαι, Θέλων.*

d. *ὁ κινούμενος.* Sic omnes codd. In ed. *οὐ κινούμενος.*

e. *τὸ ΘεληΘέν. Volitum.* Hac voce utuntur Scholastici ad significandum voluntatis obiectum. Bill. *Id quod in voluntatem cecidit.*

vis adhibita, et quidam, qui vim adhibuit. Si autem volens, orbantur T. I. p. 527. Deo tum aliae creaturae tum tu prae caeteris, qui tales ratiocinationes talesque verborum captiones excogitas. Intermedia quippe voluntate a Creatore disiungentur. Verum aliud, ni fallor, est volens, aliud voluntas, aliud gignens, aliud generatio, aliud qui loquitur, aliud sermo, nisi forte temulenti simus. Horum enim alterum est is, qui movet, alterum velut motus ipse. Non ergo voluntatis est volitum (neque enim hoc prorsus sequitur), nec generationis quod genitum est, nec locutionis quod auditum est, sed volentis et gignentis et loquentis. At quae in Deo considerantur, supra haec quoque omnia sunt, utpote cui generatio fortasse sit ipsa gignendi voluntas; verum nihil est intermedium, si modo hoc quoque omnino admittimus, ac non potius statuimus generationem hanc voluntate sublimiorem et praestantiorem esse.

7. Visne in Patrem quoque ipsum cavillis nonnihil ludam? Tu mihi ansam talia audendi praebes. Pater itaque vel volens Deus est vel nolens. Ac vide qua tandem ratione scitum illud tuum et acutum argumentum effugies. Si volens, quando velle coepit? Non enim priusquam esset. Neque enim prius quidquam erat. An partim in eo quiddam fuit, quod voluit, partim quiddam, quod in voluntatem cecidit? Divisibilis igitur erit. Quid autem afferri poterit, quin iuxta tuam argumentandi rationem ipse quoque voluntatis fetus sit? Quod si nolens, quis eum coëgit ut esset? Quo etiam modo Deus, si coactus est, et coactus quidem non ad aliud quidquam, quam ad hoc ut Deus T. I. p. 528. esset? Quomodo, inquis, Filius genitus est? Verum tu quoque responde, quomodo creatus est? Siquidem, ut ipse asseris, creatus est. Nam id quoque eadem difficultate laborat. Dices fortasse voluntate et sermone. At nondum rem totam expedis. Quomodo enim operis vim voluntas et sermo habuerint? Hoc explicandum adhuc tibi superest. Neque enim homo ita fabricatur.

8. Quomodo ergo, inquies, genitus est? Haud magna esset haec generatio, si a te percipi posset, quippe qui ne tuam quidem noris, aut certe exiguam quandam partem percepisti quantumque te dicere pudeat. Et postea eam plene tibi cognitam esse censes? Magnus tibi labor prius subeundus est, quam ut rationes eas invenias, quibus constitutus, formatus ac manifestatus fueris, quibus etiam anima cum corpore, mens cum anima, ratio cum mente quasi vinculis quibusdam

f. γεννῶντος. Sic Reg. a. aliique. In ed. γεννήσοντος.

g. δεξώμεθα. Or. 1. Bas. etc. δεξόμεθα.

h. φησί deest in pluribus Regg. et Or. 1.

i. ὅ τι deest in Or. 1. aliisque pluribus.

k. ἔτι. Sic tres Regg. quinque Colb. Or. 1. et Comb. In ed. ἔν τι.

T. I. p. 528. σιν, αἴσθησιν, μνήμην, ἀνάμνησιν, τἄλλα, ἐξ ὧν συνέστηκας, καὶ τίνα μὲν τοῦ συναμφοτέρου ψυχῆς καὶ σώματος, τίνα δὲ τὰ μεμερισμένα, τίνα δὲ ἃ παρ᾽ ἀλλήλων λαμβάνουσιν· ὧν γὰρ ὕστερον ἡ τελείωσις, τούτων οἱ λόγοι μετὰ τῆς γεννήσεως. εἰπὲ τίνες· καὶ μηδὲ τότε [a] φιλοσοφήσῃς Θεοῦ γέννησιν, οὐ γὰρ ἀσφαλές. εἰ μὲν γὰρ τὴν σὴν γινώσκεις, οὐ πάντως καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ, εἰ δὲ μηδὲ τὴν σήν, πῶς τὴν τοῦ Θεοῦ; ὅσῳ γὰρ Θεὸς ἀνθρώπου [b] δυστεκμαρτότερος, τοσούτῳ καὶ τῆς σῆς γεννήσεως ἀληπτοτέρα ἡ ἄνω γέννησις. εἰ δὲ ὅτι μή σοι κατείληπται, διὰ τοῦτο [c] οὐδὲ γεγέννηται, ὥρα σοι πολλὰ διαγράφειν τῶν ὄντων, ἃ μὴ κατείληφας, καὶ πρό γε [d] πάντων τὸν Θεὸν αὐτόν. [e] οὐ γὰρ ὅτι ποτέ ἐστιν εἰπεῖν ἔχεις, καὶ εἰ λίαν τολμηρὸς εἶ καὶ τὰ περιττὰ μεγαλόψυχος. κατάβαλέ σου τὰς ῥεύσεις καὶ τὰς διαιρέσεις καὶ τὰς τομὰς καὶ τὸ ὡς περὶ σώματος διανοεῖσθαι τῆς ἀσωμάτου φύσεως, καὶ τάχα ἂν ἄξιόν τι διανοηθείης [f] Θεοῦ γεννήσεως. πῶς γεγέννηται; πάλιν γὰρ τὸ αὐτὸ φθέγξομαι δυσχεραίνων. Θεοῦ γέννησις σιωπῇ τιμάσθω. μέγα σοι τὸ μαθεῖν ὅτι γεγέννηται. τὸ δὲ πῶς οὐδὲ ἀγγέλοις, μὴ ὅτι γε σοὶ ἐννοεῖν [g] συγχωρήσωμεν.

T. I. p. 529. βούλει παραστήσω τὸ πῶς; ὡς οἶδεν ὁ γεννήσας πατὴρ καὶ ὁ γεννηθεὶς υἱός. τὸ δὲ ὑπὲρ ταῦτα νέφει κρύπτεται, τὴν σὴν διαφεῦγον ἀμβλυωπίαν.

Ὄντα οὖν γεγέννηκεν ἢ οὐκ ὄντα. τῶν ληρημάτων! περὶ ἐμὲ καὶ σὲ ταῦτα, οἳ τὸ μέν τι ἦμεν ὥσπερ ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ Ἀβραὰμ ὁ Λευΐ [1]), τὸ δὲ γεγόναμεν, ὥστε ἐξ ὄντων τρόπον τινὰ τὸ ἡμέτερον καὶ οὐκ ὄντων, ἐναντίως περὶ τὴν ἀρχέγονον ὕλην ὑποστᾶσαν σαφῶς ἐξ οὐκ ὄντων, κἂν [h] τινες [i] ἀγέννητον ἀναπλάττωσιν. ἐνταῦθα δὲ σύνδρομον [k] τῷ εἶναι τὸ γεγεννῆσθαι καὶ ἀπ᾽ ἀρχῆς· ὥστε ποῦ [l] θήσεις τὸ ἀμφίκρημνον τοῦτο ἐρώτημα; τί γὰρ τοῦ

1) Hebr. 7, 9. 10.

a. *φιλοσοφήσῃς*. Reg. bm. *φιλοσοφήσεις*. Or. 1. *φιλοσοφήσοις*.

b. *δυστεκμαρτότερος*. *Quanto enim difficilius est Deum per quasdam coniecturas, quam hominem comprehendere* etc.

c. *οὐδὲ γεγέννηται*. Nempe *Filius*.

d. *πάντων*. Reg. a. et quinque Colb. *ἁπάντων*.

e. *οὐ γάρ*. Plures codd. *οὐδὲ γάρ*.

f. *Θεοῦ*. Comb. *περὶ Θεοῦ*.

g. *συγχωρήσωμεν*. Duo Regg. Or. 1. et Comb. *συγχωρήσομεν*. Locus iste in Or. 1. aliisque pluribus sic legitur: *οὐδὲ ἀγ-*

adstringatur, tum quomodo corpus moveatur et augeatur, atque ali- T. I. p. 528.
mentum ipsi assimiletur, ad haec quae sit sensuum ratio, quae memoriae, quae reminiscentiae rerumque caeterarum, ex quibus constas, ac praeterea quae coniunctim utriusque partis sint, quae divisa et separata, quae rursus a se invicem accipiant. Quae enim temporis progressu perfectionem suam consequuntur, eorum certe rationes ipsae simul cum generatione exstiterunt. Dicas, velim, quae sint hae rationes; sed ne tum quidem de Dei generatione pertracta. Nec enim id periculo vacat. Si enim tuam cognoscis, non protinus sequitur, Dei quoque generationem tibi cognitam et exploratam esse. Si autem tua tibi ignota est, quo tandem modo Dei generatio tibi nota erit? Quanto enim difficilius est Dei naturam quam hominis indagare, tanto quoque difficilius percipi potest superna illa et divina generatio quam tua. Quod si quia eam cognitione assequi nequis, idcirco ne genitum quidem esse contendis, tempus iam tibi fuerit, multa, quae tu minime percepisti, atque ante omnia Deum quoque ipsum, e rerum natura delere atque obliterare. Neque enim quid tandem sit explicare potes, quamlibet audax sis atque in supervacaneis rebus strenuus et magnanimus. Tuas illas fluxiones et divisiones et sectiones prius abiice, ac de incorporea illa natura quasi de corporea disputare desine, atque ita fortasse dignum aliquid generatione divina concipere animo queas. Quomodo genitus est? Idem enim indignabundus repeto. Dei genera- T. I. p. 529.
tio silentii honore decoretur. Abunde magnum tibi est scire eum genitum esse. Quo autem modo genitus sit, ne ipsis quidem Angelis, nedum tibi intelligere concesserim. Vis declarem quomodo? Ut scit Pater, qui genuit, et Filius, qui genitus est. Quod supra haec est, nube obtegitur animique tui hebetudinem fugit.

9. Sed argutari pergunt. Existentem vel non existentem genuit Pater. O futiles nugas! Haec enim mihi ac tibi conveniunt, qui partim eramus ut Levi ille in lumbis Abrahae, partim procreati sumus, ac proinde partim ex entibus, partim ex non entibus sumus, contra quam in primigena illa materia accidit, quae haud dubie ex non ente procreata est, utcunque eam nonnulli aeternam esse confingant. At hic generatio cum essentia ipsa concurrit atque a principio exstitit. Ubi ergo anceps illud tuum atque utrimque praeceps argumentum pones? Quid enim eo, quod a principio erat, antiquius esse potest, ut illic tempus collocemus, vel quo erat Filius vel quo non erat? Utro-

γέλοις ἐννοεῖν, μὴ ὅτι γέ σοι νοεῖν συγχωρήσομεν.

h. τινες. Plato in Timaeo et Aristoteles hic designantur.

i. ἀγέννητον. Or. 1. ἀγένητον.

k. τῷ εἶναι τὸ γεγεννῆσθαι. Reg. a. τὸ εἶναι τῷ γεγεννῆσθαι.

l. θήσεις. Or. 1. θέσεις.

T. I. p. 529. ἀπ᾽ ἀρχῆς πρεσβύτερον, ἵν᾽ ἐκεῖ θῶμεν τὸ εἶναί ποτε τοῦ υἱοῦ ἢ τὸ μὴ εἶναι; ἀμφοτέρως γὰρ τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς λυθήσεται, εἰ μή σοι καὶ ὁ πατήρ, πάλιν ἐρωτώντων ἡμῶν ἐξ ὄντων ἢ ἐξ οὐκ ὄντων, κινδυνεύσειεν ἢ ὃς εἶναι, ὃ μὲν προών, ὃ δὲ ὤν, ἢ ταὐτὸν τῷ υἱῷ παθεῖν, ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι, διὰ τὰ σὰ τῶν ἐρωτημάτων παίγνια καὶ τὰς ἐκ [a]ψάμμων οἰκοδομάς, αἳ μηδὲ αὔραις ἵστανται. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδέτερον τούτων δέχομαι, καὶ τὴν ἐρώτησίν φημι τὸ ἄτοπον ἔχειν, οὐχὶ τὸ ἄπορον τὴν ἀπάντησιν· [b]εἰ δέ σοι φαίνεται ἀναγκαῖον εἶναι τὸ ἕτερον ἀληθεύειν ἐπὶ παντὸς κατὰ τὰς σὰς διαλεκτικὰς ὑπολήψεις, δέξαι μού τι μικρὸν ἐρώτημα. ὁ χρόνος ἐν χρόνῳ ἢ οὐκ ἐν χρόνῳ; εἰ μὲν οὖν ἐν χρόνῳ, τίνι τούτῳ; καὶ τί παρὰ τοῦτον ὄντι; καὶ πῶς περιέχοντι; εἰ δὲ οὐκ ἐν χρόνῳ, τίς ἡ περιττὴ σοφία χρόνον εἰσάγειν ἄχρονον; τοῦ δὲ νῦν ἐγὼ ψεύδομαι δὸς τὸ ἕτερον, [c]ἢ ἀληθεύεσθαι μόνον, ἢ ψεύδεσθαι, οὐ γὰρ ἀμφότερα δώσομεν. ἀλλ᾽ οὐκ ἐνδέχεται, ἢ γὰρ ψευδόμενος ἀληθεύσει, ἢ ἀληθεύων ψεύσεται· πᾶσα ἀνάγκη. τί οὖν θαυμαστόν, ὥσπερ ἐνταῦθα συμβαίνει τὰ ἐναντία, οὕτως ἐκεῖσε ἀμφότερα ψεύδεσθαι, καὶ οὕτω σοι τὸ σοφὸν ἠλίθιον ἀναφανήσεται; ἔν ἔτι μοι λῦσον τῶν αἰνιγμάτων· σεαυτῷ δὲ γεννωμένῳ παρῆς; πάρει δὲ νῦν; ἢ οὐδέτερον; εἰ μὲν γὰρ καὶ παρῆς καὶ
T. I. p. 530. πάρει, ὡς τίς καὶ τίνι; καὶ πῶς ὁ εἷς ἄμφω γεγόνατε; εἰ δὲ μηδέτερον τῶν εἰρημένων, πῶς [d]σεαυτοῦ χωρίζῃ; καὶ τίς ἡ αἰτία [e]τῆς διαζεύξεως; ἀλλ᾽ ἀπαίδευτον [f]τὸ περὶ τοῦ ἑνὸς εἰ ἑαυτῷ πάρεστιν ἢ μὴ πολυπραγμονεῖν, ταῦτα γὰρ ἐπ᾽ ἄλλων, οὐχ ἑαυτοῦ λέγεται. ἀπαιδευτότερον, εὖ ἴσθι, τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς [g]γεγεννημένον εἰ ἦν πρὸ τῆς γεννήσεως ἢ οὐκ ἦν διευθύνεσθαι. οὗτος γὰρ περὶ τῶν χρόνῳ διαιρετῶν ὁ λόγος.

Ἀλλ᾽ οὐ ταὐτόν, φησί, τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητόν· [b]εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ ταὐτόν. ὅτι μὲν φανερῶς ὁ λόγος οὗτος ἐκβάλλει τὸν υἱὸν τῆς θεότητος ἢ τὸν πατέρα, τί χρὴ λέγειν; εἰ γὰρ τὸ ἀγέννητον οὐσία θεοῦ, τὸ γεννητὸν οὐκ οὐσία· εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐκεῖνο. τίς ἀντερεῖ λόγος; ἑλοῦ τοίνυν τῶν ἀσεβειῶν ὁποτέραν βούλει, ὦ [i]καινὲ θεολόγε, εἴπερ ἀσεβεῖν πάντως ἐσπούδακας. ἔπειτα πῶς [k]οὐ ταὐτὸν λέγεις τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ

a. ψάμμων. Comb. ψάμμου.

b. εἰ δέ σοι etc. *Si tibi necessarium esse videtur alterum ubique verum* etc.

c. ἢ ἀληθεύεσθαι. Deest ἤ in duobus Regg.

d. σεαυτοῦ. In nonnullis ἑαυτοῦ.

e. τῆς διαζεύξεως. Sic plures Regg. et Or. 1. Deest τῆς in ed.

f. τό deest in pluribus codd.

g. γεγεννημένον. *Quod genitum erat.*

que enim modo illud *a principio* dissolvetur et evertetur; nisi forte T.I. p. 529. tibi quoque Pater, percunctantibus rursus nobis ex entibusne an ex non entibus sit, bis esse periclitetur, alter nimirum praeexistens, alter existens, aut certe propter ludicras tuas interrogationes atque ex arena constructas domos, quae ne levibus quidem ventis resistere possunt, idem ei quod Filio accidat, hoc est ex non ente sit. Ego quidem neutrum horum admitto, quaestionemque hanc tuam absurditatis multum, difficultatis nihil habere aio. Quod si tu iuxta dialecticas sententias in omni argumento alterutram disiunctionum veram esse oportere existimas, parvam quandam interrogatiunculam a me accipe. Tempus estne in tempore annon? Si in tempore, quo tandem? Quidque supra hoc existente? Ac quomodo hoc continente? Si autem non in tempore, quae haec eximia sapientia tempus temporis expers inducere? Age huius sermonis *Nunc ego mentior* da alterum, aut duntaxat verum esse aut falsum; non enim utrumque dabimus. Atqui nullo modo hoc fieri potest. Vel enim mentiens verum dicet, vel mentietur verum dicens. Ita prorsus necesse est. Quid igitur mirum, si quemadmodum hic contraria concurrunt, ita etiam illic utraque pars a vero aberret, atque ita scitum illud et eruditum tuum argumentum stultum atque ineptum appareat? Ac velim mihi hoc etiam aenigma solvas. Aderasne tibi cum gignereris? Adesne etiam nunc tibi? An neutrum horum? T.I. p. 530. Si enim aderas et ades, quisnam tandem et cui? Et quomodo unus duo effectus es? Si autem neutrum horum, quae diximus, quomodo a te ipso disiungeris? Et quae disiunctionis huiusce causa? Sed ineptum est, inquies, cum de uno disputatur, adsitne sibi nec ne curiosius inquirere. Haec enim de aliis, non de se ipso dicuntur. Ineptius mihi crede est, id, quod a principio erat, utrum ante generationem erat nec ne in quaestionem vocare. Haec enim disputatio iis demum convenit, quae tempore dividi possunt.

10. At enim, inquiunt, non idem sunt genitum et ingenitum, ac proinde nec Filius cum Patre idem est. Quid opus est dicere hoc argumento vel Patrem vel Filium a Divinitate manifeste submoveri? Si enim ingenitum essentia Dei est, profecto genitum essentia non erit, aut si hoc, procul dubio non illud. Quis enim est qui contrarium disputando tueri queat? Quamobrem utram e duabus impietatibus malis elige, o nove theologe, siquidem impiam doctrinam omnino amplecti tibi propositum est. Deinde quomodo ingenitum et genitum non idem esse dicis? Si per haec verba nihil aliud intelligis quam id,

h. *εἰ δὲ τοῦτο. Quod si ita est.*
i. *καινέ.* Tres Colb. Coisl. 1. et Or. 1. *κένε, vane.*
k. *οὐ ταὐτὸν λέγεις.* Haec desunt in pluribus Regg. et Colb. ac in Or. 1.

T.I. p. 530. γεννητόν; εἰ μὲν τὸ μὴ ἐκτισμένον καὶ ἐκτισμένον, κἀγὼ δέχομαι, οὐ γὰρ ταὐτὸν τῇ φύσει τὸ ἄναρχον καὶ τὸ κτιζόμενον· εἰ δὲ τὸ γεγεννηκὸς καὶ τὸ γεγεννημένον οὐ ταὐτὸν λέγεις, οὐκ ὀρθῶς λέγεται. ταὐτὸν γὰρ εἶναι πᾶσα ἀνάγκη, [a]αὕτη γὰρ φύσις γεννήτορος καὶ γεννήματος, ταὐτὸν εἶναι τῷ γεγεννηκότι κατὰ τὴν φύσιν [b]τὸ γέννημα. ἢ οὕτω πάλιν· πῶς λέγεις τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητόν; εἰ μὲν [c]γὰρ τὴν ἀγεννησίαν αὐτὴν καὶ τὴν γέννησιν, οὐ [d]ταὐτόν· εἰ δὲ οἷς ὑπάρχει ταῦτα, πῶς οὐ ταὐτόν; ἐπεὶ καὶ τὸ ἄσοφον καὶ τὸ σοφὸν ἀλλήλοις μὲν οὐ ταὐτά, περὶ ταὐτὸν δὲ τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ οὐσίας τέμνει, περὶ δὲ τὴν αὐτὴν οὐσίαν τέμνεται. ἢ καὶ τὸ ἀθάνατον καὶ τὸ ἄκακον καὶ τὸ ἀναλλοίωτον οὐσία θεοῦ; ἀλλ' εἰ τοῦτο, πολλαὶ οὐσίαι θεοῦ καὶ οὐ μία, ἢ σύνθετον ἐκ τούτων τὸ θεῖον. οὐ γὰρ ἀσυνθέτως ταῦτα, εἴπερ οὐσίαι.

T.I. p. 531. Ταῦτα μὲν οὖ φασι, [e]κοινὰ γὰρ καὶ ἄλλων· ὃ δὲ μόνου θεοῦ καὶ ἴδιον, τοῦτο οὐσία. οὐκ ἂν μὲν συγχωρήσαιεν εἶναι μόνου θεοῦ τὸ ἀγέννητον [f]οἱ καὶ τὴν ὕλην καὶ τὴν ἰδέαν συνεισάγοντες ὡς ἀγέννητα, τὸ γὰρ Μανιχαίων πορρωτέρω [g]ῥίψωμεν σκότος. πλὴν ἔστω μόνου θεοῦ. τί δὲ ὁ Ἀδάμ; οὐ μόνος πλάσμα θεοῦ; καὶ πάνυ, φήσεις. ἆρ' οὖν καὶ μόνος ἄνθρωπος; οὐδαμῶς. τί δήποτε; ὅτι [h]μὴ ἀνθρωπότης ἡ πλάσις. καὶ γὰρ τὸ γεννηθὲν ἄνθρωπος. οὕτως οὐδὲ τὸ ἀγέννητον μόνον θεός, εἰ καὶ μόνου πατρός. ἀλλὰ δέξαι καὶ τὸ γεννητὸν εἶναι θεόν. ἐκ θεοῦ γάρ, εἰ καὶ λίαν εἶ φιλαγέννητος. ἔπειτα πῶς οὐσίαν θεοῦ λέγεις οὐ τὴν τοῦ ὄντος θέσιν, ἀλλὰ τὴν τοῦ μὴ ὄντος ἀναίρεσιν; τὸ γὰρ μὴ ὑπάρχειν αὐτῷ γέννησιν ὁ λόγος δηλοῖ, οὐχ ὃ τὴν φύσιν ἐστὶ παρίστησιν, [i]οὐδ' ὃ ὑπάρχει τὸ μὴ ἔχον γέννησιν. τίς οὖν οὐσία θεοῦ; τῆς σῆς ἀπονοίας τοῦτο λέγειν, ὃς πολυπραγμονεῖς καὶ τὴν γέννησιν. ἡμῖν δὲ μέγα, [k]κἂν εἴποτε [l]καὶ εἰς ὕστερον τοῦτο μάθοιμεν, λυθέντος ἡμῖν τοῦ ζόφου καὶ τῆς παχύτητος, [m]ὡς ἡ τοῦ ἀψευδοῦς[1]) ὑπόσχεσις. τοῦτο μὲν οὖν καὶ νοείσθω καὶ ἐλπιζέσθω τοῖς ἐπὶ τούτῳ καθαιρομένοις· ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν

1) Tit. 1, 2.

a. *αὕτη γάρ φύσις γεννήτορος καὶ γεννήματος. Haec quippe gignentis et prolis natura est, ut idem per naturam cum gignente sit*; quod natura scilicet, ratione generationis, utriqne communis sit. Deest *γεννήτορος* in tribus Regg. quinque Colb. et Or. 1. nec Billius agnoscit.

b. *τὸ γέννημα* deest in duobus Regg. et quinque Colb.

c. *γάρ* deest in duobus Regg. et Or. 1.

d. *ταὐτόν*. Comb. *τὸ αὐτόν*.

e. *κοινὰ γὰρ καὶ ἄλλων. Haec quippe aliis etiam communia sunt*, nimirum Angelis, quibus conveniunt quoque immortalitas, innocentia et immutabilitas.

f. *οἱ τὴν ὕλην*. Platonem carpit.

g. *ῥίψωμεν σκότος*. Or. 1. secunda

quod increatum et quod creatum, in eadem ipse quoque sum sententia. Neque enim natura idem est quod principio caret, et quod procreatum est. Sin autem his verbis eum, qui genuit, et eum, qui genitus est, accipis, haudquaquam recte id abs te dicitur. Idem enim omnino esse necesse est. Haec quippe geniti natura est, ut idem, si naturam spectes, sit cum eo, qui genuit. Vel ad hunc rursus modum agamus: Quid per ingenitum ac genitum intelligis? Si ipsam ingeniti et geniti proprietatem, non idem sunt. Sin autem ea, quibus haec insunt, quid vetat quominus idem sint? Quandoquidem quod insipiens est et sapiens inter se quidem non idem sunt, verum circa eundem hominem considerantur, nec substantias scindunt, sed circa eandem substantiam scinduntur. Quid? An etiam immortalitas et innocentia et immutabilitas essentia Dei sunt? At si ita est, multae Dei essentiae erunt, non una, aut certe compositus ex his Deus erit. Neque enim haec citra compositionem esse queunt, si modo essentiae sunt. T. I. p. 530.

11. Haec quidem haud dicunt. Communia quippe aliorum quoque sunt. Quod autem solius Dei est ipsique proprie convenit, hoc ipsi essentia est. Atqui solius Dei ingenitum esse minime illi concesserint, qui materiam quoque et formam ut ingenitas induxerunt. Manichaeorum enim tenebras longius adhuc proiiciamus. Sed sit sane solius Dei ingenitum. Quid Adam? Nonne solus a Deo effictus est? Maxime, inquies. Utrum ergo solus quoque homo? Minime. Quare? Quia effictio humanitas non est. Nam is quoque, qui progenitus est, homo est. Eodem modo nec ingenitum solum Deus est, etsi solius Patris. Verum admitte etiam eum, qui genitus est, Deum esse. Ex Deo quippe est, quamlibet tu ingenito faveas. Ad haec quomodo Dei essentiam dicis non eius, quod est, positionem, sed eius, quod non est, detractionem? Vox enim *ingeniti* significat, eum quidem generationis expertem esse, non autem declarat quidnam natura sua sit id, quod generatione caret. Quaenam ergo est Dei essentia? Tuae est dementiae hoc dicere, qui generationem quoque ipsam anxie perscrutaris; nobis autem abunde magnum atque amplum fuerit, si in posterum quoque discamus, soluta videlicet hac caligine et crassitie, ut pollicitus est is, qui non mentitur. Ergo hoc ab his, qui ad eam rem sese perpurgant, cogitetur ac speretur. Nos autem hoc duntaxat dicere non dubitabimus, si magnum Patri est a nullo profectum esse, T. I. p. 531.

manu ὄλιψομεν. Manichaei iuxta Eliam *tenebras ingenitas* agnoscebant.

h. μὴ ἀνθρωπότης etc. *Humanitas in hoc sita non est, ut quis effictus sit.*

i. οὐδ' ὃ ὑπάρχει. Sic duo Regg. Coisl. 1. Or. 1. etc. Deest ὃ in ed.

k. κἂν a Combefisio reiicitur.

l. καὶ εἰς. Deest εἰς in Reg. a.

m. ὡς ἡ τοῦ. Coisl. 1. ὡς, φησὶν, ἡ τοῦ.

T.I. p. 531. [a]Θαῤῥήσωμεν, ὅτι εἰ καὶ μέγα τῷ πατρὶ τὸ μηδαμόθεν ὡρμῆσθαι, οὐκ ἔλαττον τῷ υἱῷ τὸ ἐκ τοιούτου πατρός. τῆς τε γὰρ τοῦ ἀναιτίου δόξης μετέχοι ἄν, ὅτι ἐκ τοῦ ἀναιτίου, καὶ πρόσεστι τὸ τῆς γεννήσεως πρᾶγμα τοσοῦτον καὶ οὕτω [b]σεβάσμιον τοῖς μὴ πάντῃ [c]χαμαιπετέσι καὶ ὑλικοῖς τὴν διάνοιαν.

Ἀλλ' εἰ ταὐτόν, φασί, ὁ υἱὸς [d]τῷ πατρὶ κατ' οὐσίαν, ἀγέννητος δὲ ὁ πατήρ, ἔσται τοῦτο καὶ ὁ υἱός. καλῶς, εἴπερ οὐσία Θεοῦ τὸ ἀγέννητον, ἵν' ᾖ τις καινὴ μίξις, [e]γεννητοαγέννητον. εἰ δὲ περὶ οὐσίαν ἡ διαφορά, τί τοῦτο ὡς ἰσχυρὸν λέγεις; ἢ καὶ σὺ πατὴρ τοῦ πατρός, ἵνα μηδενὶ λείπῃ τοῦ σοῦ πατρός, ἐπειδὴ ταὐτὸν εἶ κατ' οὐσίαν; ἢ δῆλον ὅτι τῆς [f]ἰδιότητος ἀκινήτου μενούσης ζητήσομεν οὐσίαν Θεοῦ ἥτις ποτέ ἐστιν, εἴπερ ζητήσομεν; ὅτι δὲ οὐ ταὐτὸν ἀγέννητον καὶ Θεός, ὧδε ἂν μάθοις. εἰ ταὐτὸν ἦν, ἔδει πάν-
T.I. p. 532. τως, ἐπειδὴ τινῶν Θεὸς ὁ Θεός, τινῶν εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητον, ἢ ἐπεὶ μηδενὸς τὸ ἀγέννητον, μηδὲ τὸν Θεὸν εἶναι τινῶν. τὰ γὰρ πάντη ταὐτὰ καὶ ὁμοίως ἐκφέρεται. ἀλλὰ μὴν οὐ τινῶν τὸ ἀγέννητον, τίνων γάρ; καὶ τινῶν Θεὸς ὁ Θεός, πάντων γάρ. πῶς οὖν ἂν εἴη ταὐτὸν Θεὸς καὶ ἀγέννητον; καὶ πάλιν ἐπειδὴ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν ἀντίκειται ἀλλήλοις ὡς ἕξις καὶ στέρησις, ἀνάγκη καὶ οὐσίας [g]εἰσαχθῆναι ἀντικειμένας ἀλλήλαις, ὅπερ οὐ δέδοται, ἢ ἐπειδὴ πάλιν αἱ ἕξεις τῶν στερήσεων πρότεραι, καὶ ἀναιρετικαὶ τῶν ἕξεων αἱ στερήσεις, μὴ μόνον πρεσβυτέραν εἶναι τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τὴν τοῦ υἱοῦ, ἀλλὰ καὶ ἀναιρουμένην ὑπὸ τοῦ πατρός, ὅσον ἐπὶ ταῖς σαῖς ὑποθέσεσι.

Τίς ἔτι λόγος αὐτοῖς τῶν ἀφύκτων; τάχα ἂν ἐπ' ἐκεῖνο καταφύγοιεν τελευταῖον· ὡς εἰ μὲν οὐ πέπαυται τοῦ γεννᾷν ὁ Θεός, ἀτελὴς ἡ γέννησις. καὶ πότε παύσεται; εἰ δὲ πέπαυται, πάντως καὶ ἤρξατο. πάλιν [h]οἱ σωματικοὶ τὰ σωματικά· ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἀΐδιον αὐτῷ τὸ γεννᾶσθαι ἢ μὴ οὕπω λέγω, ἕως ἂν τὸ πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με[1]), [i]ἀκριβέστερον ἐπισκέψωμαι. οὐχ ὁρῶ δὲ τίς ἡ ἀνάγκη τοῦ λόγου. εἰ γὰρ ἤρκται κατ' αὐτοὺς τὸ παυσόμενον, οὐκ ἤρκται πάντως τὸ μὴ παυσόμενον. τί τοίνυν ἀπο-

1) Prov. 8, 25.

a. Θαῤῥήσωμεν. Duo Regg. Or. 1. et Comb. Θαῤῥήσομεν.
b. σεβάσμιον. Reg. a. σεμνόν.
c. χαμαιπετέσι. Coisl. 1. χαμερπέσι.
d. τῷ πατρί deest in Reg. bm.
e. γεννητοαγέννητον. Bill. ad marg. γεννηταγέννητον.
f. ἰδιότητος. Par. ἀϊδιότητος.
g. εἰσαχθῆναι. Comb. ἀντεισαχθῆναι.

non minus illustre Filio esse ex tali Patre prodiisse. Nam praeter- T. I. p. 631.
quam quod gloriae illius, qui causam a nullo habet, particeps est, quia ex eo est, accedit etiam generationis decus, res tanta tamque veneranda iis utique, qui non omnino humi provoluti sunt crassoque animo praediti.

12. Sed si Filius, inquiunt, essentiae ratione idem cum Patre est, profecto cum ingenitus sit Pater, ingenitus quoque Filius erit. Recte, si ingenitum essentia Dei esset, ut sic nova quaedam mixtio esset genito-ingenitum. Cum autem hoc discrimen circa essentiam consideretur, quid tu hoc quasi firmum quiddam profers? An tu quoque patris pater es, ut nulla re a patre tuo supereris, quandoquidem essentia idem cum eo es? Nonne perspicuum est, proprietate fixa et stabili permanente, quaerendum nobis esse quae sit Dei essentia, si tamen ea ullo modo quaerenda est? Quod autem ingenitum et Deus idem non sint, hinc fere intelliges. Si enim idem essent, prorsus oporteret, quoniam Deus quorundam Deus est, quorundam quoque T. I. p. 632.
ingenitum esse, aut contra quoniam ingenitum nullius est, nec Deum quoque quorundam esse. Nam quae omnino eadem sunt, similiter etiam efferuntur. At ingenitum non quorundam est (quorum enim?), Deus vero quorundam Deus est, omnium quippe. Quo ergo modo idem erunt Deus et ingenitum? Ac rursus quoniam ingenitum et genitum inter se opponuntur ut habitus et privatio, substantias quoque inter se oppositas induci necesse est, quod nemo concesserit. Aut rursus quoniam habitus privationibus priores sunt ac privationes habitus ipsos extinguunt, non solum antiquior erit Filii essentia quam Patris, sed etiam iuxta hypotheses tuas a Patre extinguetur ac de medio tolletur.

13. Quid adhuc superest ex ineluctabilibus ipsorum ut putant argumentis? Fortasse ad illud postremum confugient. Si Deus gignendi finem non fecit, imperfecta est generatio. Et quando finem facturus est? Si autem gignere cessavit, omnino quoque coepit. Sic rursus crassi et corporis rebus affixi homines corporeas ratiocinationes afferunt. Ego vero sic respondeo: Sempiternumne sit Filio nasci nec ne nondum dico, quoadusque illud Scripturae: *Ante omnes colles gignit me,* accuratius expendero. Illud autem non video, quam necessarium sit hoc eorum argumentum. Si enim, ut ipsi aiunt, aliquando id coepit, quod finem habiturum est, profecto id non coepit, quod finem non est habiturum. Quid ergo de anima vel de angelica natura

h. οἱ σωματικοὶ τὰ σωματικά. *Corporei corporea.*

i. ἀκριβέστερον. Reg. bm. quatuor Colb. et Or. l. ἀκριβῶς.

T. I. p. 532. φανοῦνται περὶ ψυχῆς ἢ τῆς ἀγγελικῆς φύσεως; εἰ μὲν ἦρκται, καὶ παύσεται, εἰ δὲ οὐ παύσεται, δῆλον ὅτι κατ᾽ αὐτοὺς οὐδὲ ἦρκται. ἀλλὰ μὴν καὶ ἦρκται καὶ οὐ παύσεται. οὐκ ἄρα ἦρκται κατ᾽ αὐτοὺς τὸ παυσόμενον. ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος λόγος· ὥσπερ ἵππου καὶ βοὸς καὶ ἀνθρώπου καὶ ἑκάστου τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος εἷς [a]λόγος ἐστίν, καὶ ὃ μὲν ἂν μετέχῃ τοῦ λόγου, τοῦτο καὶ κυρίως [b]λέγεσθαι, ὃ δ᾽ ἂν μὴ μετέχῃ, τοῦτο ἢ μὴ λέγεσθαι ἢ μὴ κυρίως λέγεσθαι, οὕτω δὲ καὶ θεοῦ μίαν οὐσίαν εἶναι καὶ φύσιν καὶ κλῆσιν, κἂν ἐπινοίαις τισὶ διαιρουμέναις συνδιαιρῆται καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ ὃ μὲν ἂν κυρίως λέγηται, τοῦτο καὶ εἶναι θεόν, ὃ δ᾽ ἂν ᾖ κατὰ φύσιν, τοῦτο καὶ ἀληθῶς ὀνομάζεσθαι, εἴπερ μὴ ἐν ὀνόμασιν, ἀλλ᾽ ἐν πράγμασίν ἐστιν ἡμῖν ἡ ἀλήθεια. οἱ δὲ ὥσπερ δεδοικότες, μὴ πάντα κινεῖν κατὰ τῆς ἀληθείας, θεὸν μὲν
T. I. p. 533. εἶναι τὸν υἱὸν ὁμολογοῦσιν, ὅταν βιασθῶσι τῷ [c]λόγῳ καὶ ταῖς μαρτυρίαις, ὁμώνυμον δὲ καὶ μόνης κοινωνοῦντα τῆς κλήσεως.

Ὅταν δὲ ἀνθυποφέρωμεν αὐτοῖς· [d]τί οὖν; οὐ κυρίως θεὸς ὁ υἱός, ὥσπερ οὐδὲ ζῶον τὸ γεγραμμένον; πῶς οὖν θεός, εἰ μὴ κυρίως θεός; τί γὰρ κωλύει, φασί, καὶ ὁμώνυμα ταῦτα εἶναι καὶ κυρίως ἀμφότερα λέγεσθαι; καὶ προσοίσουσιν ἡμῖν τὸν κύνα τὸν χερσαῖον καὶ τὸν θαλάττιον, ὁμώνυμά τε [e]ὄντα καὶ κυρίως λεγόμενα. ἔστι γάρ τι καὶ τοιοῦτον εἶδος ἐν τοῖς ὀνωνύμοις, καὶ εἴ τέ τι ἄλλο τῇ αὐτῇ [f]προσχρῆται προσηγορίᾳ, καὶ μετέχει ταύτης ἐπίσης, τῇ φύσει διεστηκός. ἀλλ᾽ ἐκεῖ μέν, ὦ βέλτιστε, δύο φύσεις τιθεὶς ὑπὸ τὴν αὐτὴν προσηγορίαν οὐδὲν ἀμείνω τὴν ἑτέραν τῆς ἑτέρας εἰσάγεις, οὐδὲ τὴν μὲν πρότερον, τὴν δὲ ὕστερον, οὐδὲ τὴν μὲν μᾶλλον, τὴν δὲ ἧττον οὖσαν τοῦθ᾽ ὅπερ λέγεται. οὐδὲ γάρ τι συνέζευκται τὸ τοιοῦτον παρέχον αὐταῖς τὴν ἀνάγκην. οὐ γὰρ ὁ μὲν μᾶλλον κύων, ὁ δὲ ἧττον τοῦ ἑτέρου κυνός, οἷον ὁ θαλάττιος τοῦ χερσαίου ἢ ὁ χερσαῖος ἔμπαλιν τοῦ θαλαττίου· διὰ τί γὰρ ἢ κατὰ τίνα λόγον; ἀλλ᾽ ἐν ὁμοτίμοις πράγμασι καὶ διαφόροις ἡ κοινωνία τῆς κλήσεως. ἐνταῦθα δὲ τῷ θεῷ παραζευγνὺς τὸ σεβάσμιον καὶ τὸ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν εἶναι καὶ φύσιν, ὃ μόνου θεοῦ καὶ οἱονεὶ φύσις θεότητος, εἶτα τῷ πατρὶ μὲν τοῦτο δεδούς, τὸν υἱὸν δὲ ἀποστερῶν καὶ ὑποτιθεὶς καὶ τὰ δεύ-

a. λόγος. Tres Colb. ὅρος, *definitio*. Recte quidem; atque hic etiam λόγος eandem significationem habere debet.

b. λέγεσθαι. Bas. ed. λέγεται.

c. λόγῳ καὶ ταῖς μαρτυρίαις. *Ex scriptura et auctoritatibus*. Putamus hic *Scripturam sacram* per vocem λόγῳ significari, non autem *rationem*, ut vertit Bill.

pronuntiabunt? Si principium habuit, finem quoque habebit, si autem fine carebit, secundum eos utique principio quoque hanc caruisse constat. Atqui et principium habuit nec unquam esse desinet. Falsum est itaque quod aiunt, id, quod finem habiturum est, principium quoque habuisse. Enimvero doctrina nostra haec est: ut equi et bovis et hominis ac denique uniuscuiusque earum rerum, quae sub idem genus cadunt, eadem est definitio, ac quidquid definitionis huiusce particeps est, hoc etiam proprie dicitur, quidquid autem particeps non est, hoc vel non dicitur vel certe improprie dicitur, eodem modo unam quoque Dei essentiam et naturam et appellationem esse, tametsi per cogitationes quasdam distinctas nomina quoque simul distinguantur, et quod quidem proprie dicitur, id etiam Deum esse, et rursus quod natura sua sit, hoc quoque proprie nuncupari, si quidem non in nudis nominibus, sed in rebus nobis veritas sita est. At isti perinde ac pertimescant, ne quid adversus veritatem immotum relinquant, Deum quidem Filium esse fatentur, cum Scripturae ac auctoritatum testimoniis opprimantur; sed aequivoce Deum dici ac nominis solius participem esse contendunt. T. I. p. 532. T. I. p. 533.

14. Cum autem hanc ipsis obiectionem subiicimus: Quid ergo? Non proprie Deus est Filius, quemadmodum id, quod pictum est, non est animal? Quomodo ergo Deus, si Deus proprie non est? respondent: Quid prohibet, quominus et haec aequivoca sint et propria utrumque dicatur? ac nobis et terrestrem et marinum canem proferent, qui cum sub eodem nomine diversam significationem habeant, proprie tamen dicuntur. (Est enim huiusmodi quoque species quaedam inter aequivoca, et si quid aliud, quod eadem appellatione utatur eiusque peraeque particeps sit, cum interim naturae ratione dissideat.) At, vir optime, cum illic duas naturas sub eadem appellatione collocas, neutram altera praestantiorem introducis, nec alteram priorem, alteram posteriorem, nec denique alteram, quae magis, alteram, quae minus sit id, quod esse dicitur. Neque enim quidquam coniunctum est, quod hanc ipsis necessitatem afferat. Non enim hic canis magis canis est, quam ille canis, hoc est marinus magis quam terrestris, vel contra terrestris magis quam marinus; cur enim aut qua ratione? Sed in rebus diversis quidem illis, verum pari honore praeditis, communis est appellatio. Hic vero, cum Deo venerationem adiungas eumque supra omnem essentiam et naturam esse dicas (quod Dei solius

quae profecto ad asserendam Verbi divinitatem non est idonea.

d. *τί οὖν; οὐ.* Sic Reg. b. Comb. etc. In ed. *τί οὖν ὁ.*

e. *ὄντα καὶ κυρίως.* Sic Or. 1. aliique codd. In ed. *τὰ ὄντα κυρίως.*

f. *προσχρῆται.* Comb. *προσχέχρηται.*

T. I. p. 533. τερα νέμων αὐτῷ τῆς τιμῆς καὶ τῆς προσκυνήσεως, κἂν ταῖς συλλαβαῖς χαρίζῃ τὸ ὅμοιον, τῷ πράγματι τὴν θεότητα περικόπτεις, καὶ μεταβαίνεις κακούργως ἀπὸ τῆς τὸ ἴσον ἐχούσης ὁμωνυμίας ἐπὶ τὴν τὰ μὴ ἴσα συνδέουσαν. ὥστε ὁ γραπτός σοι καὶ ὁ ζῶν ἄνθρωπος μᾶλλον ἢ οἱ τοῦ ὑποδείγματος κύνες τῇ θεότητι πλησιάζουσιν. [a]ἢ δὸς ἀμφοτέροις ὥσπερ τὴν κοινωνίαν τῆς κλήσεως,
T. I. p. 534. οὕτω δὲ καὶ τὴν ὁμοτιμίαν τῶν [b]φύσεων, εἰ καὶ διαφόρους ταύτας εἰσάγεις, καὶ καταλέλυκάς σου τοὺς κύνας, οὓς ἐξεῦρες κατὰ τῆς ἀνισότητος. τί γὰρ ὄφελος τῆς ὁμωνυμίας, [c]εἰ τὸ ἰσότιμον μὴ ἔχοιεν οἱ παρά σου διαιρούμενοι; [d]οὐ γὰρ ἵν' ἰσότιμα δείξῃς, ἀλλ' ἵνα ἀνισότιμα, πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν καὶ τοὺς κύνας κατέφυγες. πῶς ἄν τις ἐλεγχθείη μᾶλλον καὶ ἑαυτῷ μαχόμενος καὶ θεότητι;

Ἐὰν δὲ λεγόντων ἡμῶν ὅτι τῷ αἰτίῳ μείζων ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, προσλαβόντες τὴν τὸ [a]δὲ αἴτιον φύσει πρότασιν ἔπειτα τὸ μεῖζον τῇ φύσει συνάγωσιν, οὐκ οἶδα πότερον ἑαυτοὺς παραλογίζονται ἢ τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος. [f]οὐ γὰρ ἁπλῶς ὅσα κατά τινος λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου τούτῳ ῥηθήσεται, ἀλλὰ δῆλον κατὰ τίνος καὶ τίνα. ἐπεὶ τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον, τὴν ὅτι ὁ πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προσλαβόντα τὸ φύσει δὲ οὐ πάντως μείζων οὐδὲ πατήρ, ἐντεῦθεν συναγαγεῖν τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον, ἢ ὁ πατὴρ οὐ πάντως πατήρ; εἰ βούλει δὲ οὕτως· ὁ θεὸς οὐσία, ἡ οὐσία δὲ οὐ πάντως θεός· τὸ ἑξῆς αὐτὸς [g]συνάγαγε· ὁ θεὸς οὐ πάντως θεός. ἀλλ' οἶμαι, [h]παρὰ τὸ πῆ καὶ ἁπλῶς ὁ παραλογισμὸς οὗτος, ὡς τοῖς περὶ ταῦτα τεχνολογεῖν σύνηθες. ἡμῶν γὰρ τὸ μεῖζον τῇ τοῦ αἰτίου φύσει διδόντων αὐτοὶ τὸ τῇ φύσει μεῖζον ἐπάγουσιν, [i]ὥσπερ ἂν εἰ καὶ λεγόντων ἡμῶν, ὅτι ὁ δεῖνα νεκρὸς ἄνθρωπος, ἁπλῶς ἐπῆγον αὐτοὶ τὸν ἄνθρωπον.

a. *ἢ δός* etc. *Vel largire utrique aequalem naturae dignitatem* etc. Nempe ex suppositione Eunomianorum et exemplo canum, quod afferebant.

b. *φύσεων*. Par. aliique nonnulli codices et Bas. ed. *τῆς φύσεως*.

c. *εἰ τὸ ἰσότιμον μὴ ἔχοιεν*. *Delenda est*, inquit Billius, *particula negativa μή, quae exstat in Hervagiano codice*. Comb. primum repugnavit, sed deinde consensit. Nos vero negativam hanc particulam minime delendam censemus. Gregorius enim Eunomianos refellens ostendit propositum ab ipsis *ὁμωνυμίας* exemplum ad aequalitatem quandam specie tenus in Personis servandam ineptum esse, et quidquid nugentur parem non habere honoris dignitatem id, quod ita dividunt, nec denique eo animo canum *ὁμωνυμίαν* ab ipsis inductam esse, ut pari dignitate esse Personas ostenderent, sed ut impares probarent.

d. *οὐ γὰρ ἵν'*. Sic Coisl. 1. et 3. Or. 1. Par. etc. Deest *ἵνα* in ed.

est, et velut divinitatis natura,) ac deinde Patri quidem hoc tribuas, T. I. p. 533.
Filium autem prives atque subiicias, secundasque illi honoris et adorationis partes assignes, quamvis verborum syllabis aequalitatem ipsi largiaris, re ipsa tamen divinitatem ei amputas, ac veteratorie ab hoc homonymiae genere, quod aequalitatem complectitur, ad genus illud transis, quod res aequales minime connectit. Ac proinde, ut quidem argumentari instituis, pictus ille ac vivus homo ad divinitatem adumbrandam propius accedunt, quam canes, quos exempli causa proposuisti. Alioqui utrique ut nomen commune, sic etiam parem naturae dignitatem tribue, etiamsi diversas eas inducis, atque ita canes illos tuos deleveris, quos ad probandam Patris ac Filii inaequalitatem excogitasti. Quis enim homonymiae fructus, si dignitate pares sint T. I. p. 534.
qui a te dividuntur? Nec enim ut eos honore aequales, sed ut dispares ostenderes, ad homonymiam illam et canes confugisti. Quonam modo quispiam magis convinci queat et secum ipse et cum divinitate pugnare?

15. Iam si dicentibus nobis, Patrem quantum ad causam Filio maiorem esse, ipsi hanc propositionem assumant: At causa natura, posteaque conclusionem hanc subnectant: Ergo maior natura, haud scio, se ipsosne potius an eos, cum quibus disputant, captiosa hac argumentatione circumveniant. Neque enim simpliciter quaecunque de aliquo dicuntur, etiam de eo, quod ipsi subiectum est, dicuntur, sed perspicuum est de quo et quaenam dicantur. Alioqui quid prohibet, quominus ipse quoque allata hac propositione: Pater maior naturâ est, ac deinde assumpta altera: Naturâ autem non omnino maior, neque Pater, ita postremo concludam: Maius igitur non omnino maius, vel Pater non omnino Pater? Aut si mavis ad hunc modum agam: Deus est essentia, essentia non omnino est Deus; quod sequitur ipse conclude: Ergo Deus non omnino Deus. Verum ni fallor ab eo, quod secundum rationem quandam dicitur, ad id, quod simpliciter dicitur, captiose progreditur haec argumentatio, quod artis huius studiosis usitatum est et familiare. Nam cum nos hanc vocem *maius* causae naturae tribuamus, inferunt ipsi causam natura maiorem esse. Quod perinde est, ac si dicentibus nobis: Hic mortuus homo, inferrent ipsi: Ergo homo.

e. *δέ* deest in nonnullis.

f. *οὐ γὰρ ἁπλῶς* etc. Schol. *οὐ γὰρ ὅσα κατὰ τοῦ αἰτίου λέγεται, καὶ κατὰ τοῦ φύσει. Non enim quaecunque de causa dicuntur, de eo etiam quod est natura dicuntur.*

g. *συνάγαγε.* Duo Reg. et Or. 1. *σύναγε.*

h. *παρὰ τὸ πῆ.* Reg. 2. *παρατροπῇ.* Coisl. 1. *παρατροπήν.*

i. *ὥσπερ ἄν* etc. sic exponit Elias: *Perinde scilicet faciebant* (Eunomiani,) *ac si dicerent, hic vel ille homo mortuus non respirat; ergo omnis homo non respirat. Vel, Aethiops albus est dentibus; ergo totus albus est.*

T. I. p. 534. Ἐκεῖνο δὲ πῶς παραδράμωμεν, οὐδενὸς ἧττον τῶν εἰρημένων ὂν ἀξιάγαστον; ὁ πατήρ, φησίν, οὐσίας ἢ ἐνεργείας ὄνομα, ὡς ἀμφοτέρωθεν ἡμᾶς δήσοντες, εἰ μὲν οὐσίας φήσομεν, συνθησομένους ἑτεροούσιον εἶναι τὸν υἱόν, ἐπειδὴ μία μὲν οὐσία θεοῦ, ταύτην δέ, ὡς οὗτοι, προκατείληφεν ὁ πατήρ, εἰ δὲ ἐνεργείας, ποίημα σαφῶς ὁμολογήσοντας, ἀλλ᾽ οὐ γέννημα, οὗ γὰρ ὁ ἐνεργῶν, ἐκεῖ
T. I. p. 535. πάντως καὶ τὸ ἐνεργούμενον, καὶ πῶς τῷ πεποιηκότι ταὐτὸν τὸ πεποιημένον θαυμάζειν φήσουσιν. σφόδρα ἂν ἠδέσθην ὑμῶν καὶ αὐτὸς τὴν διαίρεσιν, εἰ τῶν δύο τὸ ἕτερον δέξασθαι ἦν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ μὴ τὰ δύο διαφυγόντα τρίτον εἰπεῖν ἀληθέστερον, ὅτι οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ πατήρ, ὦ σοφώτατοι, οὔτε ἐνεργείας, σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ ἢ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. ὡς γὰρ παρ᾽ ἡμῖν αἱ κλήσεις αὗται τὸ γνήσιον καὶ οἰκεῖον γνωρίζουσιν, οὕτω κἀκεῖ τὴν τοῦ γεγεννημένου πρὸς τὸ γεγεννηκὸς ὁμοφυΐαν σημαίνουσιν. ἔστω δὲ ὑμῶν χάριν καὶ [a]οὐσίας τις ὁ πατήρ· συνεισάξει τὸν υἱόν, οὐκ ἀλλοτριώσει, [b]κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας καὶ τὴν τῶν κλήσεων/τούτων δύναμιν. ἔστω καὶ ἐνεργείας, εἰ τοῦτο δοκεῖ· οὐδὲ οὕτω ἡμᾶς [c]αἱρήσετε. [d]αὐτὸ δὲ τοῦτο ἐνηργημκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον, [e]ἢ καὶ ἄτοπος ἄλλως ἡ τῆς περὶ τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις. ὁρᾷς ὅπως ὑμῶν καὶ κακομαχεῖν ἐθελόντων τὰς στροφὰς διαφεύγομεν; ἐπεὶ δέ σου τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς καὶ ταῖς στροφαῖς ἄμαχον ἔγνωμεν, ἴδωμέν σου καὶ τὴν ἐκ τῶν θείων λογίων ἰσχύν, ἂν ἄρα δέξῃ κἀντεῦθεν πείθειν ἡμᾶς.

Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐκ μεγάλων καὶ ὑψηλῶν τῶν φωνῶν τοῦ υἱοῦ τὴν θεότητα καὶ κατειλήφαμεν καὶ κηρύσσομεν. τίνων τούτων; τῆς θεός, τῆς λόγος, ὁ ἐν ἀρχῇ, ὁ μετὰ τῆς ἀρχῆς, ἡ ἀρχή. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος[1]), καὶ μετὰ σοῦ ἡ ἀρχή[2]), καὶ [f]ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν

1) Ioan. 1, 1. 2) Ps. 110 [109. LXX.], 3.

a. οὐσίας. *Esto, Pater sit essentiae nomen.* Sic Reg. Cypr. Sic etiam legendum suadent quae sequuntur, ἔστω καὶ ἐνεργείας. In ed. οὐσία. Bill. *Essentia quaedam.*

b. κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. *Quis enim,* inquit Elias, *tam fatuus, ut cogitet Filium alterius esse quam Patris naturae?*

c. αἱρήσετε. Sic plures Regg. et Colb. Or. 2. et Comb. In ed. ἐναιρήσετε.

d. αὐτὸ δέ. Reg. Cypr. aliique Regg. et Colb. αὐτὸ γάρ.

16. Quomodo autem istud, quod certe non minori admiratione T. I. p. 534. dignum est, quam quae superius dicta sunt, praetermittemus? Pater, inquiunt, vel essentiae vel actionis nomen est; sic enim nos utrimque ita adstrictos putant, ut nulla ratione ex eorum vinculis elabi possimus. Si enim essentiae nomen esse dixerimus, assentiemur ut existimant, Filium diversam a Patre essentiam habere, quandoquidem una sit Dei essentia, quam Pater ut censent iam ante occuparit, sin autem actionis, creatum esse fatebimur, non genitum. Ubi enim est T. I. p. 535. agens, illic quoque omnino id, quod agitur, esse necesse est. Ac mirari se dicent, quo pacto factum cum factore idem esse queat. Me quoque ipsum vehementer haec distinctio vestra permoveret, si mihi duorum alterutrum necessario admittendum esset, ac non potius utraque disiunctionis parte vitata tertium aliquid verius dicere liceret. Nec enim essentiae nomen est Pater, o viri acutissimi, nec actionis, sed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet vel Filius erga Patrem. Ut enim apud nos haec nomina germanam quandam coniunctionem et necessitudinem declarant, ad eundem modum illic quoque Genitorem ac Genitum eandem naturam habere significant. Sed sit sane in vestri gratiam Pater essentiae nomen; Filium utique simul introducet, non autem removebit et alienabit, ut et communes notiones ferunt et ipsa horum nominum vis ac facultas. Sit etiam actionis, si ita videtur; nec sic quidem causam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem, ut consubstantialis ipsi Filius esset; etsi alioqui absurditate non caret huiusmodi actionis opinio. Videsne quo pacto, quamlibet improbe ac maligne pugnare studeatis, captiones tamen vestras effugiamus? Quoniam autem invictum illud tuum in ratiocinationibus et argutiis robur cognovimus, videamus iam quam vim in divinis oraculis positam habeas, si modo hinc quoque nobis dogma tuum persuadere non grave ducas.

17. Nos quippe ex magnis et excelsis vocibus Filii divinitatem percepimus ac praedicamus. Quibus tandem? His nimirum, Deus, Verbum, quod in principio erat, et cum principio, et principium; ut in his locis: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*, et *Tecum principium*, et *Qui vocat eam a generationibus principium*. Ad haec Filius unigenitus dicitur: *Unigenitus*

e. ἢ καί. Tres Regg. et Or. 1. εἰ καί.

f. ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχήν. In LXX. legitur ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς. *Qui vocat eam*, nempe δικαιοσύνην, *iustitiam, a generationum principio*. Vulgata vero sic habet: *vocans generationes ab exordio*. Annotat Elias, inquit Billius, *in pluribus exemplaribus* ἀρχῆς *legi, non* ἀρχήν, *ut idem sit, quod a generationibus sempiternis. Porro in ed. Bas. inseruntur sex lineae, quae in nullis aliis codd. reperiuntur, et sane Interpretem potius quam Gregorium ipsum redolent.*

T. I. p. 535. ἀρχήν[1]). ἐπειδὴ υἱὸς μονογενής. ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρός, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο[2]). ὁδός, ἀλήθεια, ζωή, φῶς. ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή[3]), καὶ ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου[4]). σοφία, δύναμις. Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία[5]). ἀπαύγασμα, χαρακτήρ, εἰκών, σφραγίς. ὃς ὢν T. I. p. 536. ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ[6]), καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος[7]), καὶ τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός[8]). κύριος, βασιλεύς, ὁ ὤν, ὁ παντοκράτωρ. ἔβρεξε κύριος πῦρ παρὰ κυρίου[9]), καὶ ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου[10]), καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος καὶ ὁ παντοκράτωρ[11]). σαφῶς περὶ τοῦ υἱοῦ λεγόμενα, καὶ ὅσα τῆς αὐτῆς τούτοις ἐστὶ δυνάμεως, ὧν οὐδὲν ἐπίκτητον, οὐδὲ ὕστερον τῷ υἱῷ προσγενόμενον ἢ τῷ πνεύματι, ὥσπερ οὐδὲ αὐτῷ τῷ πατρί. [a]οὐ γὰρ ἐκ προσθήκης τὸ τέλειον. οὐ γὰρ ἦν ὅτε ἄλογος ἦν, οὐδὲ ἦν ὅτε οὐ πατήρ, οὐδὲ ἦν ὅτε οὐκ ἀληθὴς ἢ ἄσοφος ἢ ἀδύνατος ἢ ζωῆς ἐνδεὴς ἢ λαμπρότητος ἢ ἀγαθότητος.

T.I. p. 556. τὸ πλανώμενον ἐπιστρέφων, τὸ ἀπολωλὸς ἐπανάγων, τὸ συντετριμμένον καταδεσμῶν, τὸ ἰσχυρὸν φυλάσσων καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μάνδραν συνάγων λόγοις ποιμαντικῆς ἐπιστήμης. πρόβατον[5]) δὲ ὡς σφάγιον. ἀμνὸς[6]) δὲ ὡς τέλειον. [b]ἀρχιερεὺς[7]) δὲ ὡς προσαγωγεύς. Μελχισεδὲκ[8]) δὲ ὡς ἀμήτωρ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ ἀπάτωρ τὸ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὡς [c]ἀγενεαλόγητος[9]) τὸ ἄνω, τὴν γὰρ γενεὰν αὐτοῦ, φησί, τίς διηγήσεται[10]); καὶ ὡς βασιλεὺς Σαλήμ, εἰρήνη δὲ τοῦτο, καὶ ὡς βασιλεὺς δικαιοσύνης, καὶ ὡς ἀποδεκατῶν πατριάρχας[11]) κατὰ τῶν πονηρῶν δυνάμεων ἀριστεύοντας. ἔχεις τὰς τοῦ υἱοῦ προσηγορίας. βάδιζε δι' αὐτῶν, ὅσαι τε ὑψηλαί, [d]θεϊκῶς, καὶ ὅσαι σωματικαί, συμπαθῶς, μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, ἵνα γένῃ θεὸς κάτωθεν ἀνελθὼν διὰ τὸν κατελθόντα δι' ἡμᾶς ἄνωθεν. ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸ πάντων ἐκεῖνο τήρει, καὶ οὐκ ἂν σφαλείης ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ἢ ταπεινοτέροις ὀνόμασιν. Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον σωματικῶς, ὁ αὐτὸς πνευματικῶς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

ΛΟΓΟΣ ΛΑ'.

Ὁ μὲν δὴ περὶ τοῦ υἱοῦ λόγος [e]τοιοῦτος, καὶ οὕτω διαπέφευγε τοὺς λιθάζοντας, διελθὼν [f]διὰ μέσου αὐτῶν, ὁ λόγος γὰρ οὐ λιθάζεται, λιθοβολεῖ δὲ ὅταν ἐθέλῃ, καὶ σφενδονᾷ θηρία, λόγους κακῶς τῷ ὄρει [g]προσβαίνοντας[12])· τί δὲ ἂν εἴποις, φασί,

1) Ioan. 14, 6. 2) Ioan. 10, 9. 3) Ioan. 10, 11. 4) Ps. 23 [22. LXX.], 2. 5) Es. 53, 7. 6) Ioan. 1, 29. 7) Hebr. 6, 20. 8) Hebr. 7, 1. 9) Hebr. 7, 3. 10) Es. 53, 8. 11) Hebr. 7, 2. 12) Exod. 19, 12. 13.

unctionem sacram accipiunt; *in Christo autem*, ut ait Billius, *ipsissima divinitatis praesentia locum unctionis tenebat.*

a. ἄνθρωπον ἀκοῦσαι. Ob unionem divinae ac humanae naturae in una Persona et *homo* vocatur *Deus* et *Deus* appellatur *homo.*

aliis Christis, sed totius ungentis praesentia sanctificans, cuius hic effectus est, ut id, quod ungit, homo vocetur, et quod ungitur, Deus fiat. *Via* ut per se nos ducens. *Ostium* ut introductor. *Pastor* ut nos *in loco pascuae collocans et aqua refectionis educans*, atque hinc nobis itineris ducem se praebens, nec non adversus belluas pro nobis dimicans, tum etiam ut errantes revocans et perditos reducens et confractos obligans et infirmos roborans et firmos ac validos custodiens atque ad futurae vitae caulam per pastoralis scientiae rationes colligens. *Ovis* porro ut victima. *Agnus* ut perfectus. *Pontifex* ut oblator. *Melchisedech* ut matris expers quod ad naturam illam nostra excelsiorem attinet, patre autem carens quantum ad nostram, tum etiam quia sublimitus absque genealogia est, *Generationem enim illius*, inquit, *quis enarrabit?* Ac praeterea ut *Rex Salem*, hoc est *pacis*, et *Rex Iustitiae*, ac denique ut a Patriarchis adversus pestiferas potestates strenue rem gerentibus decimas accipiens. Habes Filii appellationes. Per eas incede, per eas inquam omnes, quae sublimes sunt, divine, per corporeas autem humane, imo vero prorsus divine, ut ex imis hisce adscendens fias Deus propter eum, qui propter nos de supernis descendit. Praeter omnia et ante omnia illud serva, nec aut in sublimioribus aut abiectioribus nominibus errabis. Iesus Christus heri et hodie corporaliter, idemque spiritualiter, et in saecula saeculorum. Amen. T. I. p. 555. T. I. p. 556.

THEOLOGICA QUINTA.

DE SPIRITU SANCTO.

ORATIO TRIGESIMA PRIMA.

1. Ac de Filio quidem talis est nostra oratio, atque ad hunc modum lapidantium impetum effugit, per medium ipsorum transiens. Oratio quippe non lapidatur, verum lapides ipsa cum lubet iacit, ac *belluas*, hoc est sermones male *ad montem adscendentes*, funda in-

b. ἀρχιερεύς etc. Talis est Pontifex noster Christus, qui nos Patri conciliat, *per quem*, ut ait Apostolus Rom. 5, 2., *habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus* etc.

c. ἀγενεαλόγητος etc. *Cuius divina generatio est ineffabilis.*

d. θεϊκῶς. *Divine*, id est *ratione Deo consentanea.*

e. τοιοῦτος. Or. 1. τοσοῦσος.

f. διὰ μέσου. Alludit ad verba Lucae 4, 30. *Per medium illorum ibat.*

g. προσβαίνοντας. Vulgata versio *accedentes.*

T. I. p. 556. *περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος; πόθεν ἡμῖν ἐπεισάγεις ξένον θεὸν καὶ ἄγραφον; τοῦτο ἤδη καὶ οἱ περὶ τὸν υἱὸν μετριάζοντες. ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ὁδῶν εὑρεῖν ἐστι καὶ τῶν ποταμῶν, σχίζονταί τε ἀπ' ἀλλήλων καὶ εἰς ἄλληλα συνάγονται, τοῦτο κἀνταῦθα συμβαίνει διὰ τὸν πλοῦτον τῆς ἀσεβείας, καὶ τοὺς τὰ ἄλλα διεστῶτας ἐν ἄλλοις συμφέρεσθαι, ὥστε μηδὲ γινώσκειν καθαρῶς δύνασθαι τὸ συμφέρον ἢ τὸ μαχόμενον.*

T. I. p. 557. *Ἔχει μὲν οὖν τι καὶ δυσχερὲς ὁ περὶ τοῦ πνεύματος λόγος, οὐ μόνον ὅτι ἐν τοῖς περὶ τοῦ υἱοῦ λόγοις ἀποκαμόντες οἱ ἄνθρωποι θερμότερον τῷ πνεύματι προσπαλαίουσι, χρὴ γάρ τι πάντως αὐτοὺς ἀσεβεῖν, ἢ οὐδὲ βιωτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ βίος, ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμεῖς τῷ πλήθει τῶν ζητημάτων [a]ἀποκναισθέντες [b]ταὐτὸν πάσχομεν τοῖς κακοσίτοις, οἳ ἐπειδὰν πρός τι τῶν βρωμάτων ἀηδισθῶσι, πρὸς πάντα λόγον ὁμοίως, ὥσπερ ἐκεῖνοι πρὸς τροφήν, δυσχεραίνομεν· ὅμως διδότω τὸ πνεῦμα, καὶ ὁ λόγος δραμεῖται, καὶ ὁ θεὸς δοξασθήσεται. τὸ μὲν οὖν ἐπιμελῶς ἐξετάζειν καὶ διαιρεῖσθαι, ποσαχῶς ἢ [c]τὸ πνεῦμα ἢ [d]τὸ ἅγιον παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ νοεῖται καὶ λέγεται, [e]μετὰ τῶν προσφόρων τῇ θεωρίᾳ μαρτυριῶν, καὶ ὅτι παρὰ ταῦτα ἰδιοτρόπως τὸ ἐξ ἀμφοῖν συνημμένον, λέγω δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, [f]ἑτέροις παρήσομεν, οἷς καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἡμῖν ταῦτα πεφιλοσοφήκασιν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς [g]ταῦτα ἐκείνοις. αὐτοὶ δὲ πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου τρεψόμεθα.*

Οἱ μὲν οὖν ὡς ξένον τινὰ θεὸν καὶ παρέγγραπτον εἰσαγόντων ἡμῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον δυσχεραίνοντες καὶ σφόδρα προπολεμοῦντες τοῦ γράμματος ἵστωσαν ἐκεῖ φοβούμενοι φόβον, οὗ μή ἐστι φόβος[1]*), καὶ σαφῶς γινωσκέτωσαν ὅτι ἔνδυμα τῆς ἀσεβείας ἐστὶν αὐτοῖς ἡ φιλία τοῦ γράμματος, ὡς δειχθήσεται μικρὸν ὕστερον, ἐπειδὰν τὰς ἐνστάσεις αὐτῶν εἰς δύναμιν διελέγξω-*

1) Ps. 14 [13. LXX.], 5.

a. *ἀποκναισθέντες*. Budaeus: *enecti, vexati, gravati.*

b. *ταὐτόν*. Duo Regg. *τ' αὐτό.*

c. *τὸ πνεῦμα*. Hunc locum sic exponit Elias: *Spiritus vocatur et ipse Pater, ut cum dicitur* Ioan. 4, 24.: Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in Spiritu et veritate oportet adorare. *Spiritus etiam Filius, ut* Thren. 4, 20.: Spiritus oris nostri Christus Dominus. *At maxime proprie* Spiritus *vocatur sanctus ille Spiritus, de quo* Ioan. 15, 26.: Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit. *Sumitur etiam hoc vocabulum pro* dono *iuxta illud Pauli* Rom. 8, 15.: Accepistis Spiritum adoptionis. *Angeli etiam* Spiritus *dicuntur, ut* Ps. [104] 103, 4.: Qui facis Angelos tuos Spiritus. *Animus quoque* Spiritus *vocatur, ut* Ps. [31] 30, 6.: In manus tuas commendo Spiritum meum. *Usurpatur item pro vento, ut* Ps. 147, [18]

sectatur. Sed de Spiritu sancto, inquiunt, quid dixeris? Unde nobis peregrinum Deum nulloque Scripturae loco proditum introducis? Atque hoc illi quoque obiiciunt, qui de Filio moderatius sentiunt. Nam quod in viis et fluviis reperire est, ut a se invicem secentur ac rursus inter se coëant, idem hic quoque (tanta est impietatis ubertas et copia) usu venit, ut qui in aliis rebus inter se dissident, in quibusdam rursus consentiant, ita ut ne plane quidem intelligi ac perspici possit vel qua in re consentiant vel in qua contendant. T. I. p. 556.

2. Et quidem in hac de Spiritu sancto disputatione nonnihil inest difficultatis et molestiae, non hoc solum nomine, quod homines in sermonibus de Filio fracti ac debilitati acrioribus animis adversus Spiritum luctantur (omnino enim eos aliqua in re impios se praebere necesse est, aut ne vitalis quidem, ut dici solet, ipsis vita est), verum etiam quia nos quoque quaestionum multitudine fatigati et enecti similes sumus iis, qui ciborum fastidio laborant. Quemadmodum enim illi, postquam alicuius cibi fastidium contraxerunt, omnes quoque cibos aversantur, eodem quoque modo nos ex unius disputationis taedio ad omnes disputationes aeque nauseamus. Det tamen Spiritus, et oratio curret, Deique gloria celebrabitur. Enimvero quot modis vel *Spiritus* vel *Sanctus* apud Scripturam sacram intelligatur et dicatur, accurate excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere, quodque etiam peculiari quodam modo id, quod ex utroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus, accipiatur, dicere supersedebimus, aliisque, qui haec et sibi ipsis et nobis, quemadmodum nos quoque ista ipsis, pertractarunt, hoc muneris relinquemus. Nos autem ad ea, quae deinceps sequuntur, orationem convertemus. T. I. p. 557.

3. Atque illi quidem, qui perinde ac si nos peregrinum quendam et adscriptitium Deum invehamus, animo discruciantur, acriterque pro littera contendunt, sciant se illic *timere, ubi non est timor*, studiumque erga litteram suum nihil aliud quam impietatis obtentum esse aperte cognoscant, ut paulo post ostendetur, cum obiectiones eorum pro virili nostra refutaverimus. Nos vero tanta deitatis Spiri-

7.: Flabit Spiritus tuus, et fluent aquae. Spiritus *item dicitur id, quod litterae opponitur, ut in hoc Apost. loco* 2. Cor. 3, 6.: Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. *Diabolus quoque* Spiritus *vocatur, ut* Matth. 12, 43.: Cum autem immundus Spiritus exierit ab homine etc.

d. τὸ ἅγιον. *Spiritus a Patre procedens,* inquit Elias, *proprie dicitur* Sanctus, *utpote qui sanctificet, ac sanctitatis fons sit. Per abusum vero, et Angelis, et Sanctis tribuitur, itemque omnibus, quae per Spiritus sancti participationem sanctificantur. Id quoque* Sanctum *dicitur, quod segregatum est, ut in isto loco* Exod. 19, 6.: Vos eritis mihi gens sancta etc.

e. μετὰ τῶν etc. *Adhibitis convenientibus huic disputationi testimoniis.*

f. ἑτέρους. Basilium et Gregorium intelligit Elias.

g. ταῦτα ἐκείνοις. Hanc lectionem tuetur Billius. Savilius autem legendum contendit ταὐτά, *eadem,* et subintelligit φιλοσοφοῦμεν.

T. I. p. 557. μεν· ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον θαῤῥοῦμεν τῇ θεότητι τοῦ πνεύματος, [a]ὃ πρεσβεύομεν, ὥστε καὶ τῆς θεολογίας ἐντεῦθεν [b]ἀρξόμεθα, τὰς αὐτὰς τῇ τριάδι φωνὰς ἐφαρμόζοντες, κἂν τισι δοκῇ τολμηρότερον. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον[1]), ὁ πατήρ. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὁ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ υἱός. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ ἄλλος παράκλητος. ἦν καὶ ἦν καὶ ἦν, ἀλλ' ἓν ἦν. φῶς καὶ φῶς καὶ φῶς, ἀλλ' ἓν φῶς, εἷς θεός. τοῦτό ἐστιν ὃ καὶ Δαβὶδ πρότερον ἐφαντάσθη, λέγων· ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς[2]). καὶ νῦν ἡμεῖς καὶ τεθεάμεθα καὶ κηρύσσομεν, ἐκ φωτὸς τοῦ πατρὸς φῶς καταλαμβάνοντες τὸν υἱὸν ἐν φωτὶ τῷ πνεύματι, σύντομον καὶ ἀπέριττον τῆς τριάδος [c]θεολογίαν. ὁ ἀθετῶν ἀθετείτω, ὃ ἀνομῶν ἀνομείτω[3]), ἡμεῖς ὃ νενοήκαμεν [d]κηρύσσομεν. ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀναβησόμεθα καὶ βοήσομεν, εἰ μὴ κάτωθεν ἀκουοίμεθα, ὑψώσομεν τὸ πνεῦμα, οὐ φοβηθησόμεθα[4]), εἰ δὲ καὶ φοβηθησόμεθα, ἡσυχάζοντες, οὐ κηρύσσοντες.

T. I. p. 558.

Εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ πατήρ, ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός. εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός, ἦν ὅτε οὐδὲ τὸ πνεῦμα· [e]τὸ ἅγιον. εἰ τὸ ἓν ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὰ τρία [f]ἦν. εἰ τὸ ἓν κάτω βάλλεις, τολμῶ καὶ λέγω, μηδὲ τὰ δύο θῆς [g]ἄνω. τίς γὰρ ἀτελοῦς θεότητος ὄνησις; μᾶλλον δὲ [h]τίς θεότης, εἰ μὴ τελεία; τελεία δὲ πῶς ἢ λείπει τι πρὸς τελείωσιν; λείπει δέ πως μὴ ἐχούσῃ τὸ ἅγιον, ἔχοι δ' ἂν πῶς μὴ τοῦτο ἔχουσα; [i]εἰ γὰρ ἄλλη τις παρὰ τοῦτο ἡ ἁγιότης, καὶ ἥ τις αὕτη νοεῖται λεγέτω τις· ἢ εἴπερ ἡ αὐτή, πῶς οὐκ ἀπ' ἀρχῆς; [k]ὥσπερ ἄμεινον ὂν τῷ θεῷ εἶναί ποτε ἀτελεῖ καὶ δίχα τοῦ πνεύματος. εἰ μὴ ἀπ' ἀρχῆς ἦν, μετ' ἐμοῦ τέτακται, καὶ εἰ μικρὸν πρὸ ἐμοῦ, χρόνῳ γὰρ [l]ἀπὸ θεοῦ τεμνόμεθα. εἰ τέτακται μετ' ἐμοῦ, πῶς ἐμὲ ποιεῖ θεόν, ἢ πῶς συνάπτει θεότητι;

Μᾶλλον δὲ φιλοσοφήσω σοι περὶ αὐτοῦ μικρὸν ἄνωθεν, περὶ τριάδος γὰρ καὶ πρότερον διειλήφαμεν. τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον Σαδ-

1) Ioan. 1, 9. 2) Ps. 36 [35. LXX.], 10. 3) Es. 21, 2. 4) Es. 40, 9.

a. ὃ πρεσβεύομεν. Reg. a. et Or. 1. ᾧ πρεσβεύομεν.
b. ἀρξόμεθα. Comb. ἀρχόμεθα.
c. Θεολογίαν. *Theologia.* Coisl. 1. ὁμολογίαν, *confessio.* Sic legit Billius.
d. κηρύσσομεν. Plures codices praemittunt καί.
e. τὸ ἅγιον deest in duobus Regg. et Or. 1.
f. ἦν deest in duobus Regg. quinque

tus sancti, quem colimus, fiducia nitimur, ut hinc etiam a Deitate orationis initium ducturi simus, easdem Trinitati voces accommodantes, etsi id audacius fortasse nonnullis videri queat. *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum*, Pater. *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum*, Filius. *Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum*, alius Paracletus. Erat et erat et erat, sed unum erat. Lux et lux et lux, sed lux una, Deus unus. Atque hoc illud est, quod David quoque ipse ante animo informavit, cum diceret: *In lumine tuo videbimus lumen.* Nunc autem nos et perspeximus et praedicamus, ex luce Patre lucem Filium in luce Spiritu sancto percipientes, quae est compendiaria ac simplex divinae Trinitatis confessio. *Qui reücit reüciat, qui inique agit inique agat;* nos quod intelleximus praedicamus. *In montem excelsum adscendemus* et clamabimus, si quidem ex inferiori loco minus audiamur. Spiritum efferemus, non metuemus. Quod si etiam metuemus, id ita erit, ut quiescere, non praedicare metuamus.

T. I. p. 557. T. I. p. 558.

4. Si fuit tempus cum non esset Pater, fuit quoque cum non esset Filius. Si fuit tempus cum non esset Filius, fuit quoque cum ne Spiritus quidem esset. Si unum a principio erat, utique et tria. Si unum deiicis, audax hoc dicam, ne duo quidem superiore loco colloces. Quae enim imperfectae Deitatis utilitas? Imo quae Deitas, si imperfecta? Perfecta autem quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquid desideretur? Desideratur enim, si sanctitate careat. Hanc porro quomodo habere queat, ni Spiritum habeat? Si enim alia quaedam praeter illum sanctitas est, quae tandem illa intelligenda sit dicat quispiam, aut si quidem eadem haec est, quid afferri potest, quamobrem non iam inde a principio fuerit? Quasi vero praestiterit Deo aliquando imperfectum exstitisse ac Spiritus expertem. Si a principio non erat, meae classis atque ordinis est, etiamsi me nonnihil antecedat. Temporis enim interstitio a Deo dirimimur. Porro si eiusdem mecum classis est, quo pacto me Deum efficit, aut quo pacto cum Deitate coniungit?

5. Sed operae pretium facturum me puto, si de eo altius aliquanto disputationem repetam. Nam de Trinitate prius iam a nobis

Colb. Comb. et Bas.

g. *ἄνω.* Par. ed. addit *λέγειν*, quod auctoritate melioris notae codicum erasimus.

h. *τίς θεότης, εἰ μὴ τελεία;* Coisl. 1. habet *τίς θεότητος ἡμιτελεία; Quae deitatis imperfectio?*

i. *εἰ γάρ.* Plures Regg. quinque Colb. et Comb. *ἢ γάρ. Aut enim est alia quaedam sanctitas.*

k. *ὥσπερ.* Sic codd. Mendese in ed. *ὅσπερ.*

l. *ἀπὸ θεοῦ.* Duo Colb. *ἀπὸ τοῦ θεοῦ.*

T. I. p. 558. δουκαῖοι μὲν οὐδὲ εἶναι τὸ παράπαν ἐνόμισαν, οὐδὲ γὰρ ἀγγέλους οὐδὲ ἀνάστασιν, οὐκ οἶδ' ὅθεν τὰς τοσαύτας περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐν τῇ παλαιᾷ διαπτύσαντες· Ἑλλήνων δὲ οἱ θεολογικώτεροι
T. I. p. 559. καὶ μᾶλλον ἡμῖν προσεγγίσαντες ἐφαντάσθησαν μέν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, περὶ δὲ τὴν κλῆσιν διηνέχθησαν, νοῦν τοῦ παντὸς καὶ τὸν θύραθεν νοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύσαντες. [a]τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς σοφῶν οἱ μὲν ἐνέργειαν τοῦτο ὑπέλαβον, οἱ δὲ κτίσμα, οἱ δὲ θεόν, οἱ δὲ οὐκ ἔγνωσαν ὁπότερον τούτων, [b]αἰδοῖ τῆς γραφῆς, ὥς φασιν, ὡς [c]οὐδὲν ἕτερον σαφῶς δηλωσάσης, καὶ διὰ τοῦτο οὔτε σέβουσιν οὔτε ἀτιμάζουσι, μέσως πὼς περὶ αὐτοῦ διακείμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἀθλίως. καὶ τῶν θεὸν ὑπειληφότων οἱ μὲν ἄχρι διανοίας εἰσὶν εὐσεβεῖς, οἱ δὲ τολμῶσιν εὐσεβεῖν καὶ τοῖς χείλεσιν. ἄλλων δὲ ἤκουσα μετρούντων θεότητα [d]σοφωτέρων, οἳ τρία μὲν εἶναι καθ' ἡμᾶς ὁμολογοῦσι τὰ νοούμενα, τοσοῦτον δὲ ἀλλήλων διέστησαν, ὡς τὸ μὲν καὶ οὐσίᾳ καὶ δυνάμει ποιεῖν ἀόριστον, τὸ δὲ δυνάμει μέν, οὐκ οὐσίᾳ δέ, τὸ δὲ ἀμφοτέροις περιγραπτόν, ἄλλον τρόπον μιμούμενοι τοὺς δημιουργὸν καὶ συνεργὸν καὶ λειτουργὸν ὀνομάζοντας καὶ τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασι τάξιν καὶ χάριν [e]τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν εἶναι [f]νομίζοντας.

Ἡμῖν δὲ πρὸς μὲν τοὺς οὐδὲ εἶναι ὑπειληφότας [g]οὐδεὶς λόγος ἢ τοὺς ληροῦντας ἐν Ἕλλησιν, μηδὲ γὰρ ἁμαρτωλῶν ἐλαίῳ[1]) πιανθείημεν εἰς τὸν λόγον· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους οὕτω [h]διαλεξόμεθα· τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ τῶν [i]καθ' ἑαυτὸ ὑφεστηκότων πάντως ὑποθετέον, ἢ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεωρουμένων, ὧν τὸ μὲν οὐσίαν καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοί, τὸ δὲ συμβεβηκός. εἰ μὲν οὖν συμβέβηκεν, ἐνέργεια τοῦτο ἂν εἴη θεοῦ. τί γὰρ ἕτερον, ἢ τίνος; τοῦτο γάρ πως μᾶλλον, καὶ φεύγει σύνθεσιν. καὶ εἰ ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται [k]δηλονότι, οὐκ ἐνεργήσει, καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι παύσεται. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια. πῶς οὖν ἐνεργεῖ καὶ τάδε λέγει καὶ ἀφορίζει[2]) καὶ λυπεῖται[3]) καὶ παροξύνεται[4]), καὶ ὅσα κινουμένου σαφῶς ἐστιν, οὐ κινήσεως; εἰ δὲ οὐσία τις, οὐ τῶν περὶ τὴν οὐσίαν, ἤτοι κτίσμα [l]ὑποληφθήσεται ἢ θεός. μέσον

1) Ps. 141 [140. LXX.], 5. 2) Act. 13, 2. 3) Eph. 4, 30. 4) Es. 63, 10.

a. *τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς σοφῶν. Nostrates sapientes.* Bill. *nostrae aetatis.* Gregorius hic Ethnicis opponit sapientes, qui etsi Christianam Religionem profiteantur, erroribus tamen circa Trinitatem imbuuntur, non autem priscae aetatis sapientes.

b. *αἰδοῖ τῆς γραφῆς. Ob sacrae Scripturae reverentiam.*

c. *οὐδὲν ἕτερον.* Reg. b. et quinque Colb. *οὐδ' ἕτερον.*

est pertractatum. Spiritum sanctum Sadducaei penitus non esse censuerunt, quemadmodum nec Angelos nec resurrectionem; quibus haud scio quid acciderit, ut tot ac tanta de eo in instrumento veteri testimonia pro nihilo haberent. Qui autem apud Ethnicos theologiae laude magis excelluerunt propiusque ad nos accesserunt, per imaginem quandam ipsum meo quidem iudicio conceperunt, tametsi in nomine dissenserint, Universitatis nempe mentem et extrinsecam mentem aliisque id genus nominibus eum appellantes. Nostrates vero sapientes partim vim quandam et facultatem ipsum existimarunt, partim creaturam, partim Deum, partim utro potius nomine vocandus esset minime certum et exploratum habuerunt, ea ut aiunt ratione ducti, quod Scriptura neutrum horum plane aperteque demonstrasset, ac proinde nec ipsum venerantur nec contemnunt, sed medio quodam modo vel potius misere perditeque erga eum afficiuntur. Ex his porro, qui Deum ipsum credunt, alii animo tenus pii atque orthodoxi sunt, alii labiis quoque ipsis pietatem profiteri non verentur. Alios etiam quosdam sapientiores audivi, qui divinitatem metiuntur ac tria quidem perinde ac nos intelligi confitentur, sed ea ita inter se disiungunt, ut unum eorum et essentia et potestate infinitum statuant, alterum potestate, non item essentia, postremum utroque circumscriptum. Sic alio quodam modo eos imitantur, qui opificem et cooperarium et ministrum nominant, atque ordinem et gratiam, quae nominibus inest, rerum quoque seriem esse arbitrantur. T. I. p. 558. T. I. p. 559.

6. Nos vero nec cum iis, qui ne Spiritum quidem esse censent, nec cum nugatoribus ethnicis verba ulla commutabimus. Absit enim ut *peccatorum oleo* sermonem nostrum impinguemus. Cum caeteris autem ad hunc modum disputabimus: Spiritus sanctus vel ex eorum numero, quae per se subsistunt, omnino statuendus est, vel inter ea collocandus, quae in alio considerantur; quorum alterum substantiam, alterum accidens vocant, qui harum rerum scientiam callent. Ac si quidem accidens, vis utique et facultas quaedam Dei fuerit. Quid enim aliud, aut cuius? Hoc profecto magis consentaneum compositionisque expers. Si vis et facultas, agetur haud dubie, non aget, simulque ut actus fuerit desinet. Eiusmodi quippe est actus natura. Qui fit ergo, ut agat ipse atque haec et illa dicat et *segreget* et *contristetur* et *ad iram incitetur*, et quaecunque rei motu agitatae perspicue sunt, non autem motionis ipsius? Sin autem substantia est, non accidens, vel

d. σοφωτέρων. In nonnullis σοφώτερον, *sapientius.*
e. τῶν πραγμάτων. *Per res* significat Gregorius *naturarum discrimen.*
f. νομίζοντας. Comb. νομίζοντες.
g. οὐδείς. Duo Regg. οὐδὲ εἷς.
h. διαλεξόμεθα. Comb. διαλεξώμεθα.
i. καθ' ἑαυτό. Comb. καθ' ἑαυτά.
k. δηλονότι. Comb. μᾶλλον, *potius.*
l. ὑπολειφθ. Or. 1. ὑπολειφθήσεται.

T.I. p. 560. γάρ τι τούτων ἤτοι μηδετέρου μετέχον ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάττοντες ἐννοήσαιεν. ἀλλ' εἰ μὲν κτίσμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι πιστεύειν εἴς τι καὶ περὶ αὐτοῦ πιστεύειν, τὸ μὲν γάρ ἐστι θεότητος, τὸ δὲ παντὸς πράγματος· εἰ δὲ θεός, ἀλλ' οὐ κτίσμα οὐδὲ ποίημα οὐδὲ σύνδουλον οὐδ' ὅλως τι τῶν ταπεινῶν ὀνομάτων.

Ἐνταῦθα σὸς ὁ λόγος, αἱ σφενδόναι πεμπέσθωσαν, οἱ συλλογισμοὶ πλεκέσθωσαν. ἢ ἀγέννητον πάντως ἢ γεννητόν. καὶ εἰ μὲν ἀγέννητον, δύο τὰ ἄναρχα, εἰ δὲ γεννητόν, [a] ὑποδιαίρει πάλιν· ἢ ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦτο ἢ ἐκ τοῦ υἱοῦ. καὶ εἰ μὲν ἐκ τοῦ πατρός, υἱοὶ δύο καὶ ἀδελφοί (σὺ δέ μοι πλάττε καὶ διδύμους, εἰ βούλει, ἢ τὸν μὲν πρεσβύτερον, τὸν δὲ νεώτερον, ἐπειδὴ λίαν εἶ φιλοσώματος)· εἰ δὲ ἐκ τοῦ υἱοῦ, πέφηνε, φησί, καὶ υἱωνὸς ἡμῖν θεός. οὗ τί ἂν γένοιτο παραδοξότερον; ταῦτα μὲν οὖν οἱ σοφοὶ τοῦ κακοποιῆσαι[1]), τὰ δὲ ἀγαθὰ γράφειν οὐ θέλοντες· ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἑώρων ἀναγκαίαν τὴν διαίρεσιν, ἐδεξάμην ἂν τὰ πράγματα, οὐ φοβηθεὶς τὰ ὀνόματα. οὐ γὰρ ἐπειδὴ κατά τινα σχέσιν ὑψηλοτέραν υἱὸς [b] ὁ υἱός, οὐ δυνηθέντων ἡμῶν ἄλλως ἢ οὕτως ἐνδείξασθαι τὸ ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ ὁμοούσιον, ἤδη καὶ πάσας οἰητέον ἀναγκαῖον εἶναι τὰς κάτω κλήσεις καὶ τῆς ἡμετέρας [c] συγγενείας μεταφέρειν ἐπὶ τὸ θεῖον. ἢ τάχα ἂν σύ γε καὶ ἄῤῥενα τὸν θεὸν ἡμῖν ὑπολάβοις κατὰ τὸν λόγον τοῦτον ὅτι θεὸς ὀνομάζεται καὶ πατήρ; καὶ θῆλύ [d] τι τὴν θεότητα ὅσον ἐπὶ [e] ταῖς κλήσεσι; καὶ τὸ πνεῦμα οὐδέτερον, ὅτι μὴ γεννητικόν; εἰ δέ σοι καὶ τοῦτο παιχθείη, τῇ ἑαυτοῦ θελήσει τὸν θεὸν συγγενόμενον κατὰ τοὺς παλαιοὺς λήρους καὶ μύθους γεννήσασθαι τὸν υἱόν, εἰσήχθη τις ἡμῖν καὶ Μαρκίωνος καὶ [f] Βαλεντίνου θεὸς ἀῤῥενόθηλυς, τοῦ τοὺς καινοὺς αἰῶνας ἀνατυπώσαντος.

Ἐπεὶ δέ σου τὴν πρώτην διαίρεσιν οὐ δεχόμεθα τὴν μηδὲν ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον ὑπολαμβάνουσαν, αὐτίκα οἰχήσονται σοὶ μετὰ τῆς σεμνῆς διαιρέσεως οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ υἱωνοί, ὥσπερ τινὸς δεσμοῦ πολυπλόκου τῆς πρώτης ἀρχῆς [g] διαλυθείσης
T.I. p. 561. συνδιαλυθέντες καὶ τῆς θεολογίας ὑποχωρήσαντες. ποῦ γὰρ θήσεις τὸ ἐκπορευτόν, εἰπέ μοι, μέσον ἀναφανὲν [h] τῆς σῆς διαιρέσεως καὶ παρὰ κρεῖσσονος ἢ κατὰ σὲ θεολόγου, τοῦ σωτῆρος

1) Ier. 4, 22.

a. ὑποδιαίρει. Reg. Cypr. ὑποδιαιρήσει.

b. ὁ υἱός. Montac. addit λέγεται.

c. συγγενείας. *Cognationis nostrae nomina*, ut sunt vocabula *fratris* et *nepotis*.

creatura censebitur vel Deus. Medium enim aliquid inter haec, aut quod neutrius particeps sit, aut ex utroque compositum atque conflatum, ne ii quidem, qui tragelaphos confinxerunt, intelligere queant. Si creatura, quomodo in eum credimus aut in eo perficimur? Neque enim idem est credere in aliquid et credere de aliquo. Illud enim divinitati convenit, hoc cuilibet rei. Si autem Deus, certe nec creatura est nec factura nec conservus nec denique ullum aliud humile atque abiectum nomen. T. I. p. 559. T. I. p. 560.

7. Iam lingua tua ad disputandum prosiliat, fundae iactentur, argumenta nectantur. Aut ingenitus omnino est, inquis, aut genitus. Si ingenitus, ergo duo erunt principii expertes. Si autem genitus, rursus subdividis: aut ex Patre genitus est aut ex Filio. Si ex Patre, duo igitur sunt Filii ac fratres. Gemellos etiam finge, si lubet, aut alterum natu maiorem, alterum minorem, cum ita corporeis rebus immersus es. Si autem ex Filio, iam nobis, inquies, nepos Deus exstitit. Quo quid absurdius fingi possit? Haec homines *ad malefaciendum sapientes* et ingeniosi, bona autem scribere recusantes. Ego vero si divisionem hanc necessariam viderem, res ipsas profecto excepissem, nomina nihil veritus. Non enim quia secundum excelsiorem quandam relationem Filius est Filius (quod videlicet aliter quam hoc modo indicare nequeamus id, quod ex Deo est essentiaque idem cum ipso), idcirco terrena quoque omnia cognationisque nostrae nomina ad Deum necessario transferenda esse putandum est. Alioqui quid impedit quominus eadem ratione masculum Deum nostrum existimes, quoniam Deus et Pater nominatur? ac femineum quiddam Deitatem, quantum quidem ex vocis genere aestimari potest? et denique Spiritum neutrum, quoniam nihil gignit? Quod si iuxta veteres fabulas et nugas hoc quoque modo luseris, ut dicas Deum cum voluntate sua congressum Filium genuisse, Marcionis quidem ac Valentini, qui novos Aeonas commentus est, Hermaphroditum quendam Deum induxeris.

8. Quoniam porro divisionem tuam primam, qua inter ingenitum et genitum nihil medium esse arbitraris, haudquaquam admittimus, protinus tibi cum praeclara tua divisione fratres illi et nepotes peribunt, ut qui primo illo disputationis tuae capite, quasi multiplicis cuiusdam nexus initio primo soluto simul quoque soluti ac dilapsi sint, atque a divinitatis doctrina sese subduxerint. Ubi enim quaeso pones id, quod procedit, quod quidem inter duas divisionis tuae partes interiectum esse constat, atque a theologo multo te praestantiori, T. I. p. 561.

d. *τί* deest in Reg. a.
e. *ταῖς*. Coisl. 1. addit *σαῖς*.
f. *Βαλεντίνου*. Coisl. 1. *Οὐαλεντίνου*.
g. *διαλυθείσης*. Plures codd. *λυθείσης*.
h. *τῆς σῆς*. Sic quatuor Regg. quatuor Colb. duo Coisl. et Or. 1. Deest *σῆς* in ed.

T. I. p. 561. ἡμῶν [a]εἰσαγόμενον; εἰ μὴ τὴν φωνὴν ἐκείνην τῶν σῶν ἐξεῖλες εὐαγγελίων διὰ τὴν τρίτην σου διαθήκην, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται[1]), ὃ καθ' ὅσον μὲν ἐκεῖθεν ἐκπορεύεται, οὐ κτίσμα, καθ' ὅσον δὲ οὐ γεννητόν, οὐχ υἱός, καθ' ὅσον δὲ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον, θεός. καὶ [b]οὕτω σου τὰς τῶν συλλογισμῶν ἄρκυς [c]διαφυγὼν θεὸς ἀναπέφηνε τῶν σῶν διαιρέσεων [d]ἰσχυρότερος. τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρός, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ υἱοῦ φυσιολογήσω καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος, καὶ [e]παραπληκτίσομεν ἄμφω εἰς θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες. καὶ ταῦτα τίνες; οἱ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν εἰδέναι δυνάμενοι μηδὲ ψάμμον θαλασσῶν καὶ σταγόνας ὑετοῦ καὶ ἡμέρας αἰῶνος ἐξαριθμεῖσθαι, μὴ ὅτι γε θεοῦ βάθεσιν ἐμβατεύειν καὶ λόγον ὑπέχειν τῆς οὕτως ἀῤῥήτου καὶ ὑπὲρ λόγον φύσεως.

Τί οὖν ἐστι, φησίν, ὃ λείπει τῷ πνεύματι πρὸς τὸ εἶναι [f]υἱόν; εἰ γὰρ μὴ λεῖπόν τι ἦν, υἱὸς ἂν ἦν. οὐ λείπειν φαμέν, οὐδὲ γὰρ [g]ἐλλειπὴς θεός, τὸ δὲ τῆς [h]ἐκφάνσεως, ἵν' οὕτως εἴπω, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκεν. οὐδὲ γὰρ τῷ υἱῷ [i]λείπει τι πρὸς τὸ εἶναι πατέρα, οὐδὲ γὰρ ἔλλειψις ἡ υἱότης, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο πατήρ. ἢ οὕτω γε καὶ τῷ πατρὶ [k]λείπει τι πρὸς τὸ εἶναι υἱόν· οὐ γὰρ υἱὸς ὁ πατήρ. ἀλλ' οὐκ ἐλλείψεως ταῦτά ποθεν οὐδὲ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ὑφέσεως· αὐτὸ δὲ τὸ μὴ γεγενῆσθαι καὶ τὸ [l]γεγενῆσθαι καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι τὸν μὲν πατέρα, τὸν δὲ υἱόν, [m]τὸ δὲ τοῦθ' ὅπερ λέγεται πνεῦμα ἅγιον προσηγόρευσεν, ἵνα τὸ ἀσύγχυτον σώζηται τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐν τῇ μιᾷ φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τῆς θεότητος. οὔτε γὰρ ὁ υἱὸς πατήρ, εἷς γὰρ πατήρ, ἀλλ' ὅπερ
T. I. p. 562. ὁ πατήρ, οὔτε τὸ πνεῦμα [n]υἱός, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ, εἷς γὰρ ὁ μονογενής, ἀλλ' ὅπερ ὁ υἱός. ἓν τὰ τρία τῇ θεότητι, καὶ τὸ ἓν τρία ταῖς ἰδιότησιν, ἵνα μήτε τὸ ἓν Σαβέλλιον ᾖ, μήτε τὰ τρία [o]τῆς πονηρᾶς νῦν διαιρέσεως.

Τί οὖν; θεὸς τὸ πνεῦμα; πάνυ γε. τί οὖν; ὁμοούσιον; εἴπερ θεός. δὸς οὖν μοι, φησίν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸ μὲν υἱόν, τὸ δὲ οὐχ υἱόν, εἶτα ὁμοούσια, [p]καὶ δέχομαι θεὸν καὶ θεόν. δός μοι

1) Ioan. 15, 26.

a. εἰσαγόμενον. Sic omnes codices. Mendose in Par. ed. εἰσαγόμενοι.
b. οὕτω. Reg. bm. οὕτως.
c. διαφυγών. Colb. 5. et Or. 1. διαφυγόν.
d. ἰσχυρότερος. Tres Colb. ὑψηλότερος.
e. παραπληκτίσομεν. Tres Regg. et Coisl. 2. παραπληκτίσωμεν.
f. υἱόν. Coisl. 1. υἱῷ.
g. ἐλλειπής. Coisl. 1. ἐλλιπής.
h. ἐκφάνσεως. *Locutionis, enuntiationis.*

nimirum a Salvatore nostro, introducitur? Nisi forte propter tertium T. I. p. 561. tuum Testamentum vocem illam ex Evangeliis sustuleris: *Spiritus sanctus, qui a Patre procedit,* qui quatenus ab illo procedit, creatura non est, quatenus rursus genitus non est, Filius non est, quatenus autem inter ingenitum et genitum medius est, Deus est. Atque ita vitatis syllogismorum tuorum laqueis Deus manifeste apparuit divisionibus tuis firmior et valentior. Quae ergo est haec processio? inquies. Dic tu quae Patris ingenitura sit, et ego Filii generationem et Spiritus processionem explicare aggrediar, quo fiet ut ambo deliremus, in Dei mysteria oculos iniicientes; idque qui tandem? Nempe qui ne ea quidem, quae ante pedes sunt, scire, nec arenam maris aut pluviae guttas et dies saeculi enumerare possumus, nedum in Dei profunda penetrare naturaeque adeo arcanae atque omnem orationis facultatem usque adeo superantis rationes reddere.

9. Quid ergo est, inquiunt, quod Spiritui deest ad hoc ut sit Filius? Nisi enim aliquid deesset, Filius esset. Deesse nihil dicimus, non enim Deo quidquam deest, verum manifestationis, ut ita dicam, mutuaeque eorum relationis differentia diversa quoque ipsis nomina procreavit. Neque enim Filio aliquid deest ad hoc ut sit Pater (nec enim defectus est filiatio), nec propterea tamen Pater est. Alioqui eadem ratione Patri aliquid deerit ad hoc ut sit Filius. Nec enim Pater Filius est. Sed haec defectum procul dubio undequaque non arguunt nec essentiae summissionem; quin potius ex his verbis: *Quod genitus non sit, et quod genitus, et quod procedat,* hoc effectum est, ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus appelletur, atque ita inconfusa trium Personarum distinctio in una divinitatis natura et dignitate conservetur. Neque enim Filius est Pater, unus enim Pater, sed est id, quod Pater, nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est, unus enim Unigenitus, sed est id, quod Filius; tria haec unum, si divinitatem spectes, et unum tria, si proprietatum rationem habeas, T. I. p. 562. ut nec Unum Sabellio faveat, nec Tria pestiferae divisioni, quae hac tempestate viget.

10. Quid ergo? Spiritus sanctus est Deus? Maxime. Consubstantialis igitur? Prorsus, siquidem Deus. Da igitur mihi, inquis, ex eodem aliud esse Filium, aliud quod Filius non sit, et tamen eius-

i. λείπει τι. Sic tres Regg. quinque Colb. et Or. 1. In ed. deest τι.

k. λείπει ... υἱόν. Reg. bm. Coisl. 1. Or. 1. et Basil. λείψει ... υἱῷ.

l. γεγενῆσθαι. Reg. a. γεγεννῆσθαι. Mox ἐκπορεύεσθαι. Reg. Cypr. ἐκπεπορεῦσθαι.

m. τὸ δέ. Sic Reg. bm. Reg. Cypr. et quatuor Colb. In ed. τὸν δέ.

n. υἱός. Reg. bm. ὁ υἱός.

o. τῆς πονηρᾶς νῦν. Reg. Cypr. τῆς πονηρᾶς σου νῦν. Alii detracto νῦν habent ut in Reg. Cypr.

p. καὶ δέχομαι etc. *Ac Deum et Deum admittam.* Id est *tam illum quam hunc Deum admittam.*

T. I. p. 562 καὶ σὺ ἄλλον θεὸν καὶ φύσιν θεοῦ, [a]καὶ δώσω σοι τὴν αὐτὴν τριάδα μετὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων. εἰ δὲ εἷς [b]ὁ θεός τε καὶ μία φύσις ἡ ἀνωτάτω, πόθεν παραστήσω σοι τὴν ὁμοίωσιν; [c]ἢ ζητεῖς πάλιν ἐκ τῶν κάτω καὶ τῶν περὶ σέ; λίαν μὲν αἰσχρόν, καὶ οὐχ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ἐπιεικῶς, ἐκ τῶν κάτω τῶν ἄνω τὴν εἰκασίαν λαμβάνειν καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥευστῆς φύσεως, καὶ (ὅ φησιν Ἡσαΐας) ἐκζητεῖσθαι [d]τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς[1])· ὅμως δὲ πειράσομαι σὴν χάριν κἀντεῦθεν δοῦναί τινα [e]τῷ λόγῳ βοήθειαν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρήσειν μοι δοκῶ, πολλὰ ἂν ἔχων ἐκ τῆς περὶ ζώων ἱστορίας εἰπεῖν, τὰ μὲν ἡμῖν γνώριμα, τὰ δὲ τοῖς ὀλίγοις, ὅσα περὶ τὰς τῶν ζώων γενέσεις ἡ φύσις ἐφιλοτεχνήσατο (γεννᾶσθαι γὰρ λέγεται οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ μόνον οὐδὲ [f]ἐξ ἑτέρων ἕτερα, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων τὰ αὐτὰ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἕτερα. [g]εἰ δέ τῳ πιστὸς ὁ λόγος, καὶ ἄλλος ἐστὶ τρόπος γεννήσεως, αὐτό τι ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανώμενον καὶ τικτόμενον. ἔστι δὲ ἃ καὶ ἐξίσταταί πως ἑαυτῶν, ἐξ ἄλλων ζώων εἰς ἄλλα μεθιστάμενά τε καὶ μεταποιούμενα, φιλοτιμίᾳ φύσεως. ἤδη δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ τὸ μὲν οὐ γέννημα, τὸ δὲ γέννημα, πλὴν ὁμοούσια· ὃ καὶ τῷ παρόντι πως μᾶλλον προσέοικεν), ἓν δέ τι τῶν ἡμετέρων εἰπών, ὃ καὶ πᾶσι γνώριμον, ἐφ' ἕτερον μεταβήσομαι λόγον.

Ὁ Ἀδὰμ τί ποτε ἦν; πλάσμα θεοῦ. τί δαὶ ἡ Εὔα; τμῆμα τοῦ πλάσματος. τί δαὶ ὁ Σήθ; ἀμφοτέρων γέννημα. ἆρ' οὖν [h]ταὐτόν σοι φαίνεται πλάσμα καὶ τμῆμα καὶ γέννημα; πῶς οὔ;
T. I. p. 563. ὁμοούσια δὲ ταῦτα ἢ τί; πῶς δ' οὔ; ὡμολόγηται οὖν καὶ τὰ [i]διαφόρως ὑποστάντα τῆς αὐτῆς εἶναι οὐσίας ἐνδέχεσθαι. λέγω δὲ ταῦτα οὐκ ἐπὶ τὴν θεότητα φέρων τὴν πλάσιν ἢ τὴν τομὴν ἤ τι τῶν ὅσα σώματος, μή μοί τις ἐπιφυέσθω πάλιν τῶν λογομάχων, ἐπὶ δὲ τούτων θεωρῶν ὡς ἐπὶ σκηνῆς τὰ νοούμενα. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τῶν εἰκαζομένων οὐδὲν πρὸς πᾶσαν ἐξικνεῖσθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν. καὶ τί ταῦτα; φασίν, οὐ γὰρ τοῦ ἑνὸς τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ ἄλλο τι. τί οὖν; ἡ Εὔα καὶ ὁ Σὴθ οὐχὶ τοῦ

1) Es. 8, 19.

a. καὶ δώσω etc. *Et dabo tibi eandem Trinitatem, quae iis scilicet nominibus rebusque respondeat.*

b. ὁ θεός τε καί. Plures Regg. et Colb. θεὸς καί, abiectis ὁ et τε. Reg. Cypr. ὁ θεὸς καί.

c. ἢ ζητεῖς. Reg. Cypr. εἰ δὲ ζητεῖς. *Quod si rursus* etc.

d. τὰ ζῶντα. Or. 1. τὸν ὄντα.

e. τῷ λόγῳ. *Orationi*, id est *doctrinae fidei.*

f. ἐξ ἑτέρων ἕτερα. *Ex diversis diversa,*

dem cum illo substantiae, ac Deum et Deum admittam. Da tu quoque T. I. p. 562. mihi Deum alium Deique naturam, et tibi eandem Trinitatem cum iisdem nominibus ac rebus dabo. Cum vero Deus unus atque una suprema natura sit, unde tandem similitudinem tibi repraesentabo? An rursus postulas ex terrenis et humanis rebus eam duci? Valde profecto turpe est, nec turpe modo, sed etiam valde stultum et inane, ex humilibus rebus superarum caelestiumque simulacrum sumere rerumque certarum atque constantium ex fluxa fragilique natura, quodque Esaias ait, *viventia in mortuis requirere*. Et tamen admitar, quando ita vis, hinc quoque nonnullam orationi nostrae opem afferre. Atque alia quidem praetermittenda duco, etsi multa de animalium historia commemorare queam, partim nobis nota partim paucis cognita, quae circa animantium ortus ac generationes natura miro artificio edidit. Gigni etenim dicuntur non modo ex iisdem eadem atque ex diversis diversa, sed etiam eadem ex diversis ac diversa ex iisdem. Quod si etiam cuiquam fidem facit hic sermo, alius est generationis modus, ut idem animal a se ipso consumatur et procreetur. Sunt etiam quae velut quadam naturae magnificentia a se ipsis quodammodo desciscant atque ex aliis animalibus in alia transeant atque immutentur. Quinetiam idem animal partim non genitum partim genitum et tamen eiusdem substantiae reperire est; quod quidem ad praesentis quaestionis similitudinem propius accedit. Unum quiddam ex nostris ubi commemoravero, quod etiam nemini ignotum est, alio postea transibit oratio.

11. Quid tandem Adamus erat? Dei figmentum. Quid Eva? Figmenti segmentum. Quid Seth? Utriusque soboles. Idemne porro tibi esse videntur figmentum, segmentum et soboles? Quidni? Age eiusdemne haec essentiae inter se sunt an diversae? Eiusdem. In T. I. p. 563. confesso igitur est, ut quae varie existunt eandem tamen essentiam habeant. Nec vero haec eo a me dicuntur, quod fictionem aut sectionem aut aliquid aliud ex his, quae corporis natura fert, in divinitatem conferam (nec enim mihi rursus pugnax quispiam argutator insidiose immineat), sed ut in his rebus ea velut in scena spectem, quae non nisi intellectu percipiuntur. Neque enim fieri potest ut imago ulla et similitudo rei veritatem plane perfecteque assequatur. Sed dicunt, quorsum haec? Nec enim unius eiusdemque alter Filius, alter aliud quidquam. Quid igitur? Eva et Seth nonne ex eodem

ut ex asino et equa muli generantur.

g. *εἰ δέ τῳ* etc. Sic plures codd. In ed. *εἰδέτω*. Hic Gregorius ad *Phoenicem* alludit.

h. *ταὐτόν*. Regg. a. bm. et Par. *ταῦτα*.

i. *διαφόρως ὑποστάντα*. *Quae diversimode nata*, vel *producta exstiterunt* etc.

T. I. p. 563. αὐτοῦ τοῦ Ἀδάμ; τίνος γὰρ ἄλλου; ἢ καὶ ἀμφότεροι γεννήματα; οὐδαμῶς. ἀλλὰ τί; τὸ μὲν τμῆμα, τὸ δὲ γέννημα. καὶ μὴν ἀμφότεροι ταὐτὸν ἀλλήλοις, ἄνθρωποι γάρ· οὐδεὶς ἀντερεῖ. [a] παύσῃ οὖν [b] ἀπομαχόμενος πρὸς τὸ πνεῦμα ὡς ἢ γέννημα πάντως ἢ μὴ δμοούσιον μηδὲ Θεόν, καὶ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων τὸ δυνατὸν λαβὼν τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως; ἐγὼ μὲν [c] οἶμαί σοι καλῶς ἔχειν, εἰ μὴ λίαν ἔγνωκας φιλονεικεῖν καὶ πρὸς τὰ θῆλα μάχεσθαι.

Ἀλλὰ τίς προσεκύνησε τῷ πνεύματι, φησίν, τίς ἢ τῶν παλαιῶν ἢ τῶν νέων; τίς δὲ προσηύξατο; [d] ποῦ δαὶ τὸ χρῆναι προσκυνεῖν ἢ προσεύχεσθαι γέγραπται; καὶ πόθεν τοῦτο λαβὼν ἔχεις; τὴν μὲν τελεωτέραν αἰτίαν ἀποδώσομεν ὕστερον, ἡνίκα ἂν περὶ τοῦ ἀγράφου διαλεγώμεθα, νῦν δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν ἐξαρκέσει· τὸ πνεῦμά ἐστιν ἐν ᾧ προσκυνοῦμεν καὶ δι' οὗ προσευχόμεθα. πνεῦμα γάρ, φησίν, ὁ Θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν[1]), καὶ πάλιν· τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα καθ' ὃ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα [e] ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις[2]), καὶ προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ[3]), τοῦτ' ἔστιν ἐν νοΐ καὶ πνεύματι. τὸ οὖν προσκυνεῖν τῷ πνεύματι ἢ προσεύχεσθαι οὐδὲν ἄλλο εἶναί μοι φαίνεται, ἢ αὐτὸ ἑαυτῷ τὴν εὐχὴν προσάγειν καὶ τὴν προσκύνησιν. ὃ τίς οὐκ ἂν ἐπαινέσειε τῶν ἐνθέων καὶ τῶν εὖ εἰδότων, ὅτι καὶ ἡ τοῦ ἑνὸς προσκύνησις τῶν τριῶν ἐστι προσκύνησις διὰ τὸ ἐν τοῖς τρισὶν ὁμότιμον τῆς ἀξίας
T. I. p. 564. καὶ τῆς θεότητος; καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο [f] φοβηθήσομαι, τὸ πάντα διὰ τοῦ υἱοῦ γεγονέναι λέγεσθαι, ὡς ἑνὸς τῶν πάντων ὄντος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. πάντα γὰρ ὅσα γέγονεν[4]) εἴρηται, οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ οὐδ' ὅσα μὴ γέγονεν. [g] δεῖξον οὖν ὅτι γέγονε, καὶ τότε τῷ υἱῷ δὸς καὶ τοῖς κτίσμασι συναρίθμησον. ἕως δ' ἂν μὴ τοῦτο [h] δεικνύεις, οὐδὲν τῷ περιληπτικῷ βοηθῇ πρὸς ἀσέβειαν. εἰ μὲν γὰρ γέγονε, διὰ Χριστοῦ πάντως, οὐδὲ αὐτὸς [i] ἀρνήσωμαι· εἰ δὲ οὐ γέγονε, πῶς ἢ τῶν πάντων ἓν ἢ διὰ Χριστοῦ; παῦσαι οὖν καὶ τὸν πατέρα κακῶς τιμῶν κατὰ τοῦ μονογενοῦς (κακὴ δὲ τιμὴ κτίσμα διδόντα τὸ τιμιώτερον ἀποστερεῖν υἱόν) καὶ τὸν υἱὸν κατὰ τοῦ πνεύματος. οὐ γὰρ ὁμοδούλου δημιουργός, ἀλλ' ὁμοτίμῳ συνδοξαζόμενος. μηδὲν μετὰ σεαυ-

1) Ioan. 4, 24. 2) Rom. 8, 26. 3) 1. Cor. 14, 15. 4) Ioan. 1, 3.

a. παύσῃ. Or. 1. παῦσαι.

b. ἀπομαχόμενος. Sav. ἀντιμαχόμενος.

c. οἶμαί σοι. Quinque Regg. οἶμαί σε. *Te bene vel recte affectum puto.*

d. ποῦ δαί. In nonnullis ποῦ δέ.

e. ὑπερεντυγχάνει. Sic textus sacer. In ed. ὑποεντυγχάνει.

f. φοβηθήσομαι. Sic duo Regg. Or. 1. Bas. Comb. etc. In ed. φοβήσομαι.

Adamo sunt? Ex quo enim alio? Utrum autem ambo ex eo geniti sunt? Minime. Quid ergo? Altera segmentum est, alter Filius; atqui ambo inter se idem sunt, homines enim; nemo est qui infitietur. Desinesne igitur adversus Spiritum dimicare, quasi videlicet aut genitus omnino sit, aut consubstantialis non sit nec Deus, praesertim cum ex humana quoque similitudine sententiam nostram haudquaquam impossibilem esse intellexeris? Equidem tibi iam belle esse existimo, nisi pervicaciter admodum contendere manifestisque rebus obluctari decreveris. T. I. p. 563.

12. Sed quis, inquies, Spiritum adoravit? Quis vel veterum vel recentium? Quis eum oravit? Quo Scripturae loco eum adorandum aut orandum esse proditum est? Unde hoc hausisti? Nos huius rei pleniorem causam postea reddemus, cum de non scriptis dogmatibus disseremus. Nunc vero hoc dicere sufficiet. Spiritus est, in quo adoramus et per quem oramus. *Spiritus enim*, inquit, *est Deus, atque eos, qui ipsum adorant, in Spiritu et veritate oportet adorare.* Ac rursus: *Quid enim oremus quemadmodum oportet, nescimus. Sed Spiritus ipse interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et alio loco: *Orabo Spiritu, orabo et mente,* id est in mente et Spiritu. Ergo *Spiritu adorare* vel *orare* mihi nihil aliud esse videtur, quam ipsum sibi ipsi orationem vel adorationem offerre. Eamque sententiam quis est qui non comprobaturus sit? De magnis ac divinis viris loquor, quique probe norunt unius adorationem trium adorationem esse propter aequalem trium Personarum dignitatem ac divinitatem. Sed ne illud quidem extimescam, quod *omnia per Filium facta esse* dicuntur, tanquam in rerum universitatem Spiritus quoque sanctus aggregandus sit. *Omnia* enim *quaecunque facta sunt,* dicit Evangelista, non omnia simpliciter. Nam ne ipse quidem Pater, nec omnia ea, quae facta non sunt. Proba ergo Spiritum factum ac procreatum esse, ac tum Filio eum da et in creaturarum numero colloca. Quamdiu autem id probare atque ostendere nequiveris, nihil tibi ad impietatem adiumenti complexio illa allatura est. Si enim factus est, per Christum utique; ne ipse quidem infitias ivero. Si autem factus non est, quomodo aut rerum universarum numero includetur aut per Christum factus erit? Proinde desine et Patrem in Filii contumeliam male honorare (malus enim honor est Patrem Filio privare, utcunque eum praestantiorem creaturam esse concesseris), et Filium in Spiritus sancti ignominiam. Non enim conservi opifex est, sed cum eo, qui pari dignitate est, glorificatur. Nihil Trinitati ex te ipso tribue, ne a T. I. p. 564.

g. δείξον. Quatuor Regg. quatuor Colb. Or. 1. etc. δείξας. *Cum demonstraveris.*

h. δεικνύεις. Tres Regg. et Or. 1. δεικνύῃς.

i. ἀρνήσωμαι. Reg. bm. et alii duo ἀρνήσομαι.

T. I. p. 564. τοῦ θῆς τῆς τριάδος, μὴ τῆς τριάδος ἐκπέσῃς. μηδενὶ περικόψῃς τὴν [a]μίαν φύσιν καὶ ὁμοίως σεβάσμιον, ὡς ὅ τι ἂν τῶν τριῶν καθέλῃς, τὸ πᾶν ἔσῃ καθηρημένος, μᾶλλον δὲ τοῦ παντὸς ἐκπεπτωκώς. βέλτιον μικρὰν τῆς ἑνώσεως φαντασίαν λαβεῖν ἢ παντελῆ τολμῆσαι δυσσέβειαν.

Ἥκει δὲ ἡμῖν ὁ λόγος ἐπ' αὐτὸ τὸ κεφάλαιον. καὶ στένω μέν, ὅτι πάλαι τεθνηκὸς ζήτημα καὶ τῇ πίστει παραχωρῆσαν νῦν ἀνακαινίζεται, στῆναι δὲ ὅμως ἀναγκαῖον πρὸς τοὺς λογολέσχας καὶ μὴ ἐρήμην ἁλῶναι λόγον ἔχοντας καὶ συνηγοροῦντας πνεύματι. εἰ θεός, [b]φασί, καὶ θεὸς καὶ θεός, πῶς οὐχὶ τρεῖς θεοί; ἢ πῶς οὐ πολυαρχία το δοξαζόμενον; ταῦτα τίνες; [c]οἱ τελειότεροι τὴν ἀσέβειαν, ἢ καὶ [d]οἱ τῆς δευτέρας μερίδος, λέγω δὲ τοὺς περὶ τὸν υἱόν πως εὐγνώμονας. ὁ μὲν γὰρ κοινός μοι πρὸς ἀμφοτέρους λόγος, ὁ δὲ πρὸς τούτους ἴδιος. ὁ μὲν οὖν πρὸς τούτους τοιοῦτος· τί φατε τοῖς [e]τριθεΐταις ἡμῖν, οἱ τὸν υἱὸν σέβοντες, εἰ καὶ τοῦ πνεύματος ἀφεστήκατε; ὑμεῖς δὲ οὐ [f]διθεΐται; εἰ μὲν γὰρ ἀρνεῖσθε καὶ τοῦ μονογενοῦς τὴν προσκύνησιν, σαφῶς τέταχθε μετὰ τῶν ἐναντίων, καὶ τί φιλανθρωπευόμεθα πρὸς ὑμᾶς ὡς οὐ
T. I. p. 565. πάντη νενεκρωμένους; εἰ δὲ σέβεσθε καὶ μέχρι τούτου [g]διάκεισθε σωτηρίως, ὑμᾶς ἐρωτήσομεν· τίς ὁ λόγος τῆς διθεΐας ὑμῖν, ἂν τοῦτο ἐγκαλῆσθε; εἰ ἔστι λόγος συνέσεως, ἀποκρίθητε, δότε καὶ ἡμῖν ὁδὸν ἀποκρίσεως. οἷς γὰρ ἂν ὑμεῖς τὴν διθεΐαν ἀποκρούσησθε λόγοις, οὗτοι καὶ ἡμῖν κατὰ τῆς τριθεΐας ἀρκέσουσιν, καὶ οὕτω νικῶμεν, ὑμῖν τοῖς κατηγόροις συνηγόροις χρώμενοι· οὔ τί γενναιότερον;

Ὁ δὲ κοινὸς ἡμῖν πρὸς ἀμφοτέρους τίς ἀγών τε καὶ [h]λόγος; ἡμῖν εἷς θεός, ὅτι μία θεότης, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει, κἂν τρία πιστεύηται. [i]οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον, τὸ δὲ ἧττον θεός, οὐδὲ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον, οὐδὲ βουλήσει τέμνεται οὐδὲ δυνάμει μερίζεται, οὐδέ τι τῶν ὅσα τοῖς [k]μεριστοῖς ὑπάρχει κἀνταῦθα λαβεῖν ἐστιν· ἀλλὰ [l]ἀμέριστος ἐν μεμερισμένοις, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἡ θεότης, καὶ οἷον ἐν ἡλίοις τρισὶν

a. *μίαν*. Sic quatnor Regg. totidem Colb. Or. 1. Par. etc. In ed. *θείαν, divinam.*

b. *φασί*. Duo Regg. quinque Colb. etc. *φησί.*

c. *οἱ τελειότεροι* etc. *Perfectiores in impietate.* Designat hic Gregorius Arianos et Eunomianos, qui in Filium et in Spiritum sanctum impii erant.

d. *οἱ τῆς δευτέρας* etc. *Secundas partes tenebant* Semiariani et Macedoniani, qui tantum in Spiritum sanctum blasphemi erant.

Trinitate excidas. Nullo modo unam illam naturam ac peraeque venerandam trunca. Alioqui si quid ex tribus everteris, totum everteris, imo a toto excideris. Praestat exiguum quoddam unionis illius simulacrum capere, quam profligata quadam audacia in omnem impietatem prorumpere. T. I. p. 564.

13. Venit iam ad praecipuum disputationis caput oratio; ac quaestionem quidem, quae iampridem oppressa est et extincta atque fidei cessit, hoc tempore renovari doleo et ingemisco; adversus rabulas tamen stare necesse est, ac providere ne velut deserta causa vincamur, qui Verbum habemus Spiritusque patrocinium suscipimus. Si Deus, inquiunt, et Deus et Deus, quid causae esse potest quin tres sint Dii aut quin plurium Deorum principatum colamus? Quinam haec? Hi nempe, qui perfectiores in impietate sunt, aut etiam qui secundas partes tenent, hoc est qui de Filio rectius sentiunt. Sermo enim mihi partim adversus ambos communis est, partim adversus hos proprius et peculiaris. Ac cum his quidem ad hunc modum agemus. Quid Trideitis nobis dicitis, qui Filium colitis, etsi a Spiritu descivistis? Vos autem non Bideitae? Nam si Unigeniti quoque cultum et adorationem abiuratis, haud dubie ab adversariorum partibus statis, ac proinde quid est, quamobrem lenius humaniusque vobiscum agamus tanquam non omnino mortuis et extinctis? Si autem colitis atque hactenus saltem salubriter affecti estis, ex vobis quaeremus, qua ratione a Bideitatis crimine vosmet vindicare queatis, si quis eam vobis obiiciat. Si est vobis sermo prudentiae, respondete, nobisque etiam respondendi ansam praebete. Illae enim rationes, quibus Bideitatis crimen propulsabitis, eaedem quoque nobis ad Trideitatis crimen propellendum sufficient. Atque ita causam obtinebimus, vos, qui accusatores estis, patronos habituri. Quo quid fortius et generosius? T. I. p. 565.

14. At vero quodnam nobis est cum utrisque certamen et quaenam oratio? Nobis Deus unus est, quoniam una Deitas, atque ad unum ea, quae ex eo sunt, referuntur, etiamsi tres Personas credamus. Neque enim hoc magis, illud minus est Deus, nec hoc prius, illud posterius. Nec voluntate scinduntur nec potentia dividuntur, nec denique quidquam eorum, quae dividuis rebus contingunt, hic quoque reperitur. Sed individua in dividuis, ut uno verbo dicam, est divini-

e. τριθεΐται. *Trideitis*, id est *trium Deorum cultoribus.*

f. διθεΐται. *Duorum Deorum cultores.*

g. διάκεισθε σωτηρίως. Bill. *Incolumi salute estis.*

h. λόγος. Coisl. 1. addit ἐστί.

i. οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον etc. S. Leo Serm. 8. in Nativ. Christi [27, 4] ait: *Gradus in vera divinitate esse non possunt. Quidquid Deo minus est, Deus non est.*

k. μεριστοῖς, *dividuis.* Sic tres Regg. quinque Colb. Or. 1. Par. Comb. In ed. μεριταῖς, *partitoribus.*

l. ἀμέριστος. Vide Damascen. de Orthodoxa fide. Cap. Περὶ τῆς ἁγίας τριάδος. *De sancta Trinitate* [Lib. I. cap. 8].

T. I. p. 565. ἐχομένοις ἀλλήλων μία τοῦ φωτὸς σύγκρασις. ὅταν μὲν οὖν πρὸς τὴν θεότητα βλέψωμεν καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ τὴν μοναρχίαν, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον, ὅταν δὲ πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης καὶ τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως ἐκεῖθεν ὄντα καὶ ὁμοδόξως, τρία τὰ προσκυνούμενα.

Τί δαί, οὐχὶ καὶ παρ' Ἕλλησι, φαῖεν ἄν, μία θεότης, ὡς οἱ τὰ τελεώτερα παρ' ἐκείνοις φιλοσοφοῦντες, καὶ παρ' ἡμῖν ἀνθρωπότης μία, τὸ γένος ἅπαν; ἀλλ' ὅμως θεοὶ πολλοί, καὶ οὐχ εἷς, ὡς δὴ καὶ ἄνθρωποι; ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ κοινότης τὸ ἓν ἔχει μόνον [a]ἐπινοίᾳ θεωρητόν, τὰ δὲ καθ' ἕκαστον πλεῖστον ἀλλήλων καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τοῖς πάθεσι καὶ τῇ δυνάμει μεμερισμένα. ἡμεῖς τε γὰρ οὐ σύνθετοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀντίθετοι καὶ ἀλλήλοις καὶ T. I. p. 566. ἡμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ καθαρῶς μένοντες, μὴ ὅτι τὸν ἅπαντα βίον, ἀλλὰ καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἀεὶ ῥέοντές τε καὶ μεταπίπτοντες. οὐκ οἶδα δέ, εἰ μὴ [b]καὶ ἄγγελοι καὶ πᾶσα φύσις ἡ ἄνω [c]καὶ μετὰ τὴν τριάδα, κἂν ἁπλοῖ τινες ὦσι καὶ [d]πρὸς τὸ καλὸν παγιώτεροι τῇ πρὸς τὸ ἄκρον καλὸν ἐγγύτητι.

Οἵ τε παρ' Ἑλλήνων σεβόμενοι θεοί τε καὶ δαίμονες, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, οὐδὲν ἡμῶν δέονται κατηγόρων, ἀλλὰ τοῖς σφῶν αὐτῶν ἁλίσκονται [e]θεολόγοις, ὡς μὲν ἐμπαθεῖς, ὡς δὲ στασιώδεις, ὅσων δὲ κακῶς γέμοντες καὶ μεταβολῶν, καὶ οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς πρώτας αἰτίας ἀντιθέτως ἔχοντες, [f]οὓς δὴ καὶ [g]Ὠκεανοὺς καὶ Τηθύας καὶ Φάνητας καὶ οὐκ οἶδα οὕς τινας ὀνομάζουσι, καὶ τελευταῖόν [h]τινα θεὸν μισότεκνον διὰ φιλαρχίαν, πάντας καταπίνοντα τοὺς ἄλλους ἐξ ἀπληστίας, ἵνα γένηται πάντων ἀνδρῶν τε θεῶν τε πατὴρ δυστυχῶς ἐσθιομένων

a. ἐπινοίᾳ θεωρητόν. *Aliud est*, inquit Billius ex Elia, *re quidpiam considerari, aliud ratione et cogitatione. Atque in omnibus quidem rebus creatis Personarum divisio re consideratur. Nam re Petrus a Paulo separatus consideratur. Communitas autem et coniunctio et unitas considerantur ratione duntaxat et cogitatione. Nam mente intelligimus Petrum et Paulum eiusdem esse naturae. Uterque enim animal est rationale, mortale etc. Personae autem in se invicem non sunt, sed quaelibet earum peculiaris est, hoc est separatim existit, et habet plurima, quae eam ab alia distinguant. Nam et loco distant, et differunt tempore, voluntate, potestate, temperamento etc. Eo fit ut duo vel tres homines dicantur et multi (sicut fit etiam in Graecorum Diis), quod divisi sint tempore, loco, iudicii sententia, potestate etc. At in Trinitate contrario modo res se habet. Nam in ea, quod est commune, re consideratur, propter coaeternitatem et identitatem essentiae, propter etiam efficacitatis, voluntatis et sententiae conspirationem, et potentiae identitatem. Quod vero in eadem discrimen habet, id cogitatione intelligitur. Nam Deum unum agnoscimus, atque in solis proprietatibus Paternitatis, Filiationis et Processionis discrimen intelligimus. Nec enim distantiam*

tas, ac velut in tribus solibus inter se cohaerentibus una lucis commixtio et temperatio. Cum ergo ad divinitatem primamque illam causam uniusque principatum et imperium respexerimus, unum est, quod mentis nostrae oculis obversatur. Cum rursus ad ea, in quibus est divinitas et quae ex prima illa causa citra ullam temporis intercapedinem ac pari gloria sunt, tria sunt, quae adorantur. T. I. p. 565.

15. Quid autem, dixerint fortasse, nonne apud Ethnicos quoque Deitas una est, ut docent qui plenius apud illos perfectiusque philosophantur, atque apud nos genus universum, humanitas una? Et tamen plures sunt Dii, et non unus, sicut etiam multi homines? At illic communitas unitatem habet, quae cogitatione sola considerari possit, singularia autem et tempore et affectionibus atque adeo potentia et facultate plurimum inter se divisa sunt. Nam nos non solum compositi sumus, sed etiam tum inter nos mutuo tum nobis etiam ipsis oppositi, ut qui ne unius quidem diei spatio, nedum toto vitae curriculo, plane iidem maneamus, verum et corporibus et animis perpetuo diffluamus et immutemur. Atque haud scio, num idem quoque in Angelis locum habeat ac in omni illa caelesti natura et Trinitati proxima, tametsi alioqui simplici quadam natura praediti sint atque ob vicinitatem eam, quam ad summum bonum habent, in bonum firmius defixi. T. I. p. 566.

Ὡς ἔγωγε πολλὰ διασκεψάμενος [f]πρὸς ἐμαυτὸν τῇ φιλοπραγμοσύνῃ τοῦ νοῦ καὶ πανταχόθεν τὸν λόγον εὐθύνας καὶ ζητῶν εἰκόνα τινὰ τοῦ τοσούτου πράγματος οὐκ ἔσχον ᾧτινι [g]χρὴ τῶν κάτω τὴν θείαν φύσιν παραλαβεῖν. κἂν γὰρ μικρά τις ὁμοίωσις εὑρεθῇ, [h]φεύγει με τὸ πλέον, ἀφὲν κάτω μετὰ τοῦ ὑποδείγματος. ὀφθαλμόν τινα καὶ πηγὴν καὶ ποταμὸν ἐνενόησα, καὶ γὰρ [i]καὶ ἄλλοι, μὴ τῷ μὲν ὁ πατήρ, [k]τῷ δὲ ὁ υἱός, τῷ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀναλόγως [l]ἔχῃ. ταῦτα γὰρ οὔτε χρόνῳ διέστηκεν οὔτε ἀλλήλων ἀπέρρηκται τῇ συνεχείᾳ, [m]κἂν δοκεῖ πως τρισὶν ἰδιότησι τέμνεσθαι. ἀλλ' ἔδοξα πρῶτον μὲν ῥύσιν τινὰ θεότητος παραδέξασθαι στάσιν οὐκ ἔχουσαν, δεύτερον δὲ μὴ τὸ ἓν τῷ ἀριθμῷ διὰ τῆς εἰκασίας ταύτης εἰσάγηται. [n]ὀφθαλμὸς γὰρ καὶ πηγὴ καὶ ποταμὸς ἓν ἐστιν ἀριθμῷ, διαφόρως σχηματιζόμενα.

T. I. p. 577. [o]Πάλιν [p]ἥλιον ἐνεθυμήθην καὶ ἀκτῖνα καὶ φῶς. ἀλλὰ κἀνταῦθα δέος, πρῶτον μὲν μὴ σύνθεσίς τις ἐπινοῆται τῆς ἀσυνθέτου φύσεως, ὥσπερ ἡλίου καὶ τῶν ἐν ἡλίῳ, δεύτερον δὲ μὴ τὸν πατέρα μὲν οὐσιώσωμεν, τἆλλα δὲ μὴ ὑποστήσωμεν, ἀλλὰ δυνάμεις θεοῦ ποιήσωμεν ἐνυπαρχούσας, οὐχ ὑφεστώσας, οὔτε γὰρ ἀκτὶς οὔτε φῶς ἄλλος ἥλιος, ἀλλ' ἡλιακαί τινες ἀπόῤῥοιαι καὶ ποιότητες οὐσιώδεις, καὶ ἅμα τὸ εἶναι καὶ τὸ μὴ εἶναι [q]τῷ θεῷ δῶμεν ἐν τούτοις, ὅσον ἐκ τοῦ ὑποδείγματος, ὃ καὶ τῶν [r]εἰρημένων ἀτοπώτερον. ἤκουσα δέ τινος καὶ τοιοῦτον ὑπογράφοντος

1) Luc. 11, 13. 2) Ioan. 16, 7. 3) Hebr. 2, 4. 4) 2. Tim. 1, 6. 7. 5) Act. 2, 38. 6) Ioan. 20, 22; Sap. 15, 11. 7) Gal. 3, 14. 8) Rom. 8, 26.

a. *διδάξοντος*. Reg. Cypr. *διδάξοντος, quasi qui eius iuris causam disceptet.*

b. *τὰς ἐπὶ τῶν*. Reg. Cypr. *τὰς ἐκ τῶν*.

c. *μὴ καθ' ἕκαστον*. Comb. *μὴ τὰ καθ' ἕκαστον*.

d. *παραδεχθῶσιν*. Reg. Cypr. *παραδειχθῶσιν*.

e. *τὸ μὲν .... τὸ δέ*. Tres Colb. *τῷ μὲν ... τῷ δέ*.

f. *πρὸς ἐμαυτόν* deest in Reg. a.

g. *χρὴ τῶν κάτω*. Sic tres Regg. et tres Colb. In ed. deest *τῶν*.

h. *φεύγει με τὸ πλέον ἀφὲν κάτω*. Plerique codd. *φεύγει τὸ πλεῖον ἀφέν*

crassi es ingenii atque a Spiritu procul remoti, si de hac re dubitas ac doctore opus habes! Ac tot nominibus tam vivis et expressis in Scriptura Spiritus appellatur. Quid enim testimonia ipsa tibi ad verbum producere attinet? Quaecunque autem hic quoque humilius dicuntur, velut quod *detur, mittatur, distribuatur, charisma etiam, donum, insufflatio, pollicitatio, intercessio*, ac si quid aliud huiusmodi, ne singula commemorem, ad primam causam referri debent, ut ex quo sit ostendatur, ac non tria principia divisa proindeque plures Dii admittantur. Paris enim impietatis est vel Sabellii more Personas connectere vel Arii instar naturas distinguere ac separare. T. I. p. 576.

31. Enimvero cum mentis curiositate multum diuque mecum considerassem atque orationem undecunque explorassem, rei tantae imaginem quandam exquirens, cui tandem rerum inferarum divina illa natura comparanda sit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam similitudinem invenerim, maior tamen me pars fugit humique me cum meo exemplo relinquit. Oculum quendam et fontem et fluvium mihi proposui, quemadmodum alii quoque, ut viderem, num Pater cum oculo, Filius cum fonte, Spiritus cum fluvio proportione quadam conveniret. Haec enim nec tempore distinguuntur nec ob continuitatem a se invicem abrumpuntur, ac tribus insuper proprietatibus quodammodo scindi videntur. Sed subiit me timor, primum ne fluxio quaedam divinitatis stabilitatis expers admittatur, deinde ne per hanc similitudinem unum numero introducatur. Oculus enim et fons et fluvius unum sunt numero, varie efformata.

32. Solem rursus et radium et lucem cogitavi. Verum hic quoque metuendum est, primum ne incompositae naturae compositio quaedam excogitetur, quemadmodum solis et eorum, quae soli insunt, deinde ne Patri quidem essentiam tribuamus, reliquos autem subsistere negemus, sed facultates quasdam Dei constituamus, quae ipsi quidem insint, non autem per se subsistant (neque enim radius aut lux alii soles sunt, sed solis velut rivi quidam et substantiales qualitates), ac praeterea ne simul et esse et non esse Deo in his demus (quantum ex hoc exemplo colligi potest), id quod superioribus etiam absurdius fuerit. Quinetiam aliquem audivi huiusmodi similitudinem ad- T. I. p. 577.

με κάτω.

i. *καὶ ἄλλοι.* Deest *καί* in Or. 1.

k. *τῷ δέ.* Duo Regg. et Coisl. 1. *τῇ δέ.*

l. *ἔχῃ.* Regg. a. b. *ἔχει.*

m. *κἂν δοκεῖ.* Reg. a. *κἂν δοχῇ.* Tres Colb. Bas. Bill. et Leuvenkl. *καὶ δοκεῖ.*

n. *ὀφθαλμός. Hoc loco,* inquit Bill. ex Elia, *significat principium fontis, e quo, tanquam ab oculo lux, promanat e terra prorumpens.*

o. *πάλιν.* Tres Regg. et Comb. *ἢ πάλιν.*

p. *ἥλιον.* Sic codd. Prave in ed. *ἥλιος.*

q. *τῷ θεῷ.* Duo Coisl. addunt *μόνῳ.* Reg. a. *μόνῳ τῷ πατρί.*

r. *εἰρημένων.* Duo Coisl. *προειρημένων.*

T. I. p. 577. λόγον, μαρμαρυγήν τινα ἡλιακὴν τοίχῳ προσαστράπτουσαν καὶ περιτρέμουσαν ἐξ ὑδάτων κινήσεως, ἣν ἡ ἀκτὶς ὑπολαβοῦσα διὰ τοῦ ἐν μέσῳ ἀέρος, εἶτα [a]σχεθεῖσα τῷ [b]ἀντιτύπῳ, παλμὸς [c]ἐγένετο καὶ παράδοξος. [d]ἄττει γὰρ πολλαῖς καὶ πυκναῖς ταῖς κινήσεσιν, οὐχ ἓν οὖσα μᾶλλον ἢ πολλά, οὐδὲ πολλὰ μᾶλλον ἢ ἕν, τῷ τάχει τῆς συνόδου καὶ τῆς διαστάσεως πρὶν ὄψει κρατηθῆναι διαδιδράσκουσα.

Ἀλλ' οὐδὲ [e]τοῦτο θέσθαι δυνατὸν ἐμοί, δι' ἓν μὲν ὅτι τὴν μὲν [f]τὸ κινῆσαν καὶ πάνυ θῆλον, θεοῦ δὲ οὐδὲν πρεσβύτερον, ἵν' ᾖ τι τὸ τοῦτον κεκινηκός, αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων αἰτία, αἰτίαν δὲ πρεσβυτέραν οὐκ ἔχει, δεύτερον δὲ ὅτι κἀνταῦθα τῶν αὐτῶν ὑπόνοια, συνθέσεως, χύσεως, ἀστάτου καὶ οὐ παγίας φύσεως, ὧν οὐδὲν ἐννοητέον περὶ θεότητος. καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν, ὅ μοι τὴν διάνοιαν ἵστησιν ἐπὶ τῶν ὑποδειγμάτων θεωροῦντι τὸ φανταζόμενον, πλὴν εἴ τις ἓν τι λαβὼν τῆς εἰκόνος ὑπ' εὐγνωμοσύνης τὰ λοιπὰ ῥίψειεν. τέλος οὖν ἔδοξέ μοι κράτιστον εἶναι, τὰς μὲν εἰκόνας χαίρειν ἐᾶσαι καὶ τὰς σκιὰς ὡς ἀπατηλὰς καὶ τῆς ἀληθείας πλεῖστον ἀποδεούσας, αὐτὸν δὲ τῆς εὐσεβεστέρας ἐννοίας ἐχόμενον, ἐπ' ὀλίγων ῥημάτων ἱστάμενον, ὁδηγῷ τῷ πνεύματι χρώμενον, ἣν ἐντεῦθεν ἔλλαμψιν ἐδεξάμην, ταύτην εἰς τέλος διαφυλάσσοντα, ὡς γνησίαν [g]κοινωνὸν καὶ συνόμιλον, τὸν αἰῶνα τοῦτον διαπορεύεσθαι [h]διατέμνοντα, καὶ τοὺς ἄλλους πείθειν εἰς δύναμιν προσκυνεῖν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, τὴν μίαν θεότητά τε [i]καὶ δύναμιν· ὅτι αὐτῷ πᾶσα δόξα, τιμή, κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

a. *σχεθεῖσα.* Elias *χεθεῖσα, diffusa.*
b. *ἀντιτύπῳ.* Coisl. 1. *ἀντιτοίχῳ, pariete.*
c. *ἐγένετο καί.* Comb. *ἐγένετό τις.* Sic etiam legit Bill.
d. *ἄττει.* Sic duo Coisl. Par. Comb. etc. In ed. *ἅπτει.*
e. *τοῦτο.* Tres Colb. *τούτῳ.*

umbrantem. Fingebat splendorem quendam solarem parieti affulgentem atque ex aquarum motu tremiscentem, quem cum radius per intermedium aerem susceperit, postea solido ac renitente corpore repressus mirabilis quaedam subsultatio existit. Multis enim crebrisque agitationibus subsilit, ita ut non magis unum sit quam multa, nec rursus magis multa quam unum, ac tanta celeritate coit vicissim et dissociatur, ut prius quam oculis teneatur fuga se proripiat. T. I. p. 577.

33. Sed ne hoc quidem ipse constituere possum, primum quoniam quid splendori illi motum afferat admodum perspicuum est (at Deo nihil antiquius est, quod ipsi motum dederit, ipse quippe omnium causa est nec antiquiorem causam habet), deinde quod hic earundem rerum suspicio occurrit, nimirum compositionis, diffusionis incertaeque et instabilis naturae, quarum nihil de divinitate cogitandum est. In summa nihil est, in quo mens mea gradum figere queat, dum quod imaginor in exemplis considero, ni forte quispiam ea animi aequitate sit, ut cum unum aliquid ex proposita imagine acceperit, reliqua proiiciat. Postremo itaque hoc mihi consultissimum visum est, ut missis factis imaginibus illis atque umbris ut fallacibus plurimumque a veritate remotis piam ipse cogitationem fidemque mordacius retineam, atque in paucis verbis insistens, duceque Spiritu sancto utens, quemque hic splendorem accepi hunc ad extremum usque tanquam fidum socium et congerronem custodiens, aevum hoc traiiciam, aliosque pro viribus adducam, ut Patrem et Filium et Spiritum sanctum adorent, unam divinitatem ac potentiam; quoniam ipsi omnis gloria, honor, imperium in saecula saeculorum. Amen.

f. τὸ κινῆσαν. *Quid hunc splendorem moveat* (nempe ventus), *notum est.*

g. κοινωνόν. Sic codd. Mendose in ed. κοινωνῶν.

h. διατέμνοντα deest in tribus Colb.

i. καὶ δύναμιν. Reg: s. καὶ βασιλειαν, καὶ δύναμιν, *et regnum, et potentiam.*

S. GREGORII THEOLOGI

EPISTOLAE

AD CLEDONIUM.

MONITUM.

T. II. p. 83. *Insignes sunt prae caeteris duae Gregorii ad Cledonium presbyterum Epistolae, quae hactenus inter orationes numeratae sunt et* 50. *et* 51. *sedes occuparunt.*

Prioris epistolae pars magna in Ephesino concilio honorifice cum hac praefatione laudatur: Gregorii magni sanctissimi episcopi Nazianzeni etc.[1]) *In concilio quoque Chalcedonensi tanquam* propria *concilii totius ab eoque adoptata* profertur[2]). *Ab innumeris scriptoribus citantur Epistolae illae ad Cledonium: a Ioanne Maxentio, a Petro Diacono, a Iustiniano Augusto, a Theodoreto etc. Ambae illae Epistolae plaustra conviciorum et contumeliarum ab haereticis, quorum errores in iis refelluntur, Gregorio meruerunt. Non enim tantum prava Apollinaristarum iamiam nata, verum etiam Nestorii et Eutychetis dogmata, priusquam nascerentur, profligantur. Scripsit has Epistolas Gregorius haud Constantinopoli, ut visum est Eliae Cretensi, sed Arianzi, ubi abdicata sede Constantinopolitana versabatur. Quod quidem vel inde constat, quod cum Apollinaristis, quos exagitat, controversiam non habuit, nisi postquam Constantinopoli rediit.*

Scripta itaque prima Epistola, cum Apollinaristae, quos furantes raptantesque *Nazianzenas oves Gregorius Nazianzum reversus inveniens ea spe pertulerat, ut* lenitate *sua mansuetos redderet ac placidos paulatimque emolliret, hinc peiores effecti non modo* simplicioribus animis pravam suam doctrinam infundere, *sed Gregorium*

1) Tom. III. Conc. [Labbei et Coss.] pag. 514 [Mansi Conc. Coll. Tom. IV. pag. 1192.].
2) Tom. IV. Conc. pag. 826. 830 [Mansi Tom. VII. p. 464 s. f. 468 md.].

etiam tanquam idem secum sentientem *ausi sunt insimulare* [1]). *Tum* T. II. p. 83. *vero Gregorius, ne malum latius grassaretur, scribere coactus est.* Ne nunc quidem, *inquit*, credas mihi velim, scripsissemus, nisi Ecclesiam lacerari atque discindi videremus [2]). *Sic veteres non nisi necessitate compulsi calamum stringebant. Neque alius Epistolarum ad Cledonium scopus, aut alia occasio, nisi quod secundam in gratiam Catholicorum magis scripsisse videatur, seu de fide Theologi nonnihil illi dubitarent, seu, ut placet Eliae, id tantum peterent,* ut regulam fidei quandam et canonem haberent, ad quae pravas haereticorum *doctrinas exigerent. Porro Cledonius, ad quem utraque scripta est, is ipse est, ut videtur, quem Nazianzenae dioeceseos solitarium principem Hellenio commendans miris Theologus effert laudibus* [3]), *qui Gregorii testamento presbyter Iconii subscripsit* [4]). *Ipsis constat litteris, Cledonium, ad quem scriptae sunt, presbyterum fuisse, eumque pietate ac fide insignem; cuius erat in Ecclesia* docere *et* coarguere, pravumque dogma ne serperet advigilare etc. [5]). *Haereticorum novandi libido, fraudesque ut simpliciores decipiant circa Trinitatem et filii Dei incarnationem christianum dogma, Apollinaristarum maxime errores et figmenta insectatur Gregorius et tentat comprimere, petitque a Cledonio ut quae ipsi scribit haec apud mutitudinem velit attestari.*

1) nr. 2.
2) nr. 17.
3) Poema ad Hellenium pro monachis. v. 120 sqq.
4) Greg. Opp. Tom. II. p. 204 D.
5) nr. 2. extr. nr. 17 extr.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

ΠΡΟΣ

ΚΛΗΔΟΝΙΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΝ ΚΑΤΑ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ.

T. II. p. 83.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'.

Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ καὶ συμπρεσβυτέρῳ Κληδονίῳ Γρηγόριος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

T. II. p. 84.

Βουλόμεθα μαθεῖν τίς ἡ καινοτομία περὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἵν' ἐξῇ παντὶ βουλομένῳ καὶ παραπορευομένῳ κατὰ τὸ γεγραμμένον[1] *διασπᾶν τὴν ποίμνην καλῶς ἠγμένην καὶ συλαγωγεῖν κλοπιμαίοις ἐφόδοις, μᾶλλον δὲ ληστρικοῖς καὶ παραλόγοις διδάγμασιν. εἰ μὲν γὰρ εἶχόν τι καταγινώσκειν ἡμῶν περὶ τὴν πίστιν οἱ νῦν ἐπελθόντες, οὐδ' οὕτω μὲν χωρὶς ὑπομνήσεως ἡμῶν ἔδει τὰ τοιαῦτα τολμᾶν, πεῖσαι γὰρ ἐχρῆν ἢ πεισθῆναι θελῆσαι πρότερον (εἴπερ τις καὶ ἡμῶν λόγος ὡς τὸν θεὸν φοβουμένων καὶ κοπιασάντων ὑπὲρ τοῦ λόγου, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὠφελησάντων), καὶ τότε, εἴπερ ἄρα, καινοτομεῖν, πλὴν καὶ ἀπολογία τις ἦν ἴσως τοῖς ὑβρισταῖς· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως καὶ ἐνταῦθα καὶ πορρωτέρω καὶ μετὰ κινδύνων καὶ ἀκινδύνως ἡ πίστις ἡμῶν κεκήρυκται, πῶς οἱ μὲν ἐγχειροῦσι τοῖς τοιούτοις, οἱ δὲ ἡσυχάζουσι;*

Καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, εἰ τὴν ἑαυτῶν

1) Ps. 80 [79. LXX.], 13.

a. *ἐπιστολὴ α'.* Colb. 3. *κατὰ Ἀπολλωναρίου λόγος β'.* Morel. *λόγος α'.*

b. *θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ.* In cod. Reg. b. et Orat. 2. deest *ἀδελφῷ.*

c. *βουλόμεθα.* Comb. *βούλομαι.*

SANCTI PATRIS NOSTRI
GREGORII THEOLOGI
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI
EPISTOLAE
AD
CLEDONIUM PRESBYTERUM CONTRA APOLLINARIUM.

EPISTOLA I.

T. II. p. 83.

Perquam honorando ac Deo carissimo fratri et compresbytero Cledonio Gregorius in Christo gaudere.

1. Scire cupimus quaenam haec tanta sit circa Ecclesiam novandi libido, ut cuivis volenti atque (ut Scripturae vocabulo utar) praetergredienti ovile praeclare ductum et institutum discerpere ac per T. II. p. 84. furtivos impetus vel potius praedatorias et absurdas doctrinas diripere liceat. Nam si quid haberent, quod in nobis circa fidem improbare ac condemnare possent, qui nunc impetum fecerunt, ne sic quidem tamen nobis non admonitis huiusmodi facinus aggredi par erat. Prius enim vel persuadere vel persuaderi velle oportebat (si modo nos quoque aliquo et numero sumus, ut qui Deum metuamus et pro fidei defensione magnos labores subierimus deque Ecclesia bene meriti simus), ac tum, si tum etiam, res novas moliri; sed tamen hac ratione petulantibus et contumeliosis hominibus aliqua fortassis excusatio suppeteret. Postquam autem fides nostra et scriptis consignata et verbis expressa et hic et longius et in periculis et in tranquillitate praedicata est, quonam pacto illi quidem res huiusmodi tentant, hi autem quietem agunt?

2. Nec vero adhuc illud indignum censendum est, quamvis uti-

d. *νῦν ἐπελθόντες*. Montac. Morel. ac Comb. *ἐπεισελθόντες*.

e. *μετὰ κινδύνων* etc. Colb. 3. *μετὰ κινδύνου, καὶ ἄνευ κινδύνου*.

f. *οἱ δὲ ἡσυχάζουσι*. Comb. *Hi autem silent.*

T. II. p. 84. [a]κακοδοξίαν ἄνθρωποι ταῖς ἀκεραιοτέραις ψυχαῖς διὰ τῶν κακουργοτέρων [b]ἐναποτίθενται, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἡμῶν καταψεύδονται ὡς ὁμοδόξων καὶ ὁμοφρόνων, τῷ χαλκῷ τὸ δέλεαρ περιβάλλοντες, καὶ διὰ τοῦ προσχήματος τούτου τὸ ἑαυτῶν θέλημα κακῶς ἐκπληροῦντες, καὶ τὴν ἁπλότητα ἡμῶν, ἐξ ἧς ἀδελφικῶς αὐτοὺς ἐωρῶμεν καὶ οὐκ ἀλλοτρίως, κακίας ἐφόδιον ποιησάμενοι. οὐ μόνον δέ, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ [c]ὑπὸ τῆς δυτικῆς συνόδου δεδέχθαι φασίν, ὡς πυνθάνομαι, ὑφ᾽ ἧς τὸ πρότερον ἦσαν κατακριθέντες, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. εἰ μὲν οὖν ἐδέχθησαν ἢ νῦν ἢ πρότερον οἱ τὰ [d]Ἀπολλιναρίου φρονοῦντες, τοῦτο δειξάτωσαν, καὶ ἡμεῖς στέρξομεν, [d]δῆλον γὰρ ὅτι τῷ ὀρθῷ λόγῳ συνθέμενοι, [e]οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται ἄλλως, εἰ τούτου τετυχήκασι, δείξουσι δὲ πάντως ἢ διὰ τόμου συνοδικοῦ ἢ δι᾽ ἐπιστολῶν κοινωνικῶν, οὗτος γὰρ τῶν συνόδων ὁ νόμος· εἰ δὲ λόγος τοῦτό ἐστι καὶ ἀναπλασμός, εὐπρεπείας ἕνεκεν αὐτοῖς καὶ πιθανότητος τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς
T. II. p. 85. εὑρημένος διὰ τὸ τῶν προσώπων ἀξιόπιστον, δίδαξον αὐτοὺς ἠρεμεῖν καὶ διέλεγχε. τῇ γὰρ σῇ πολιτείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ τοῦτο πρέπειν ὑπολαμβάνομεν.

Μὴ ἀπατάτωσαν οἱ ἄνθρωποι μηδὲ ἀπατάσθωσαν, [f]ἄνθρωπον ἄνουν δεχόμενοι τὸν κυριακὸν ὡς αὐτοὶ λέγουσι, μᾶλλον δὲ τὸν κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον χωρίζομεν τῆς θεότητος, ἀλλ᾽ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δογματίζομεν, πρότερον μὲν οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ θεὸν [g]καὶ υἱὸν μόνον προαιώνιον, ἀμιγῆ σώματος καὶ τῶν ὅσα σώματος, ἐπὶ τέλει δὲ καὶ ἄνθρωπον, προσληφθέντα ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, παθητὸν σαρκί, ἀπαθῆ θεότητι, περιγραπτὸν σώματι, ἀπερίγραπτον πνεύματι, τὸν αὐτὸν ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, ὁρώμενον καὶ νοούμενον, χωρητὸν καὶ ἀχώρητον, ἵν᾽ ὅλῳ ἀνθρώπῳ τῷ αὐτῷ καὶ θεῷ ὅλος ἄνθρωπος ἀναπλασθῇ πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

Εἴ τις οὐ θεοτόκον τὴν [h]ἁγίαν Μαρίαν ὑπολαμβάνει, [i]χωρὶς

a. *κακοδοξίαν.* Ita Colb. 3. et in quibusdam edit. Habent nonnulli *κενοδοξίαν, vanum suam sententiam.*

b. *ἐναποτίθενται.* Montac. Morel. ac Combef. legunt *ἐναποτίθενται λόγων, per versuliores fallacioresque sermones infundunt.* Mox vertit Bill.: *Sed quod nos etiam insimulant, tanquam idem sentientes et eodem modo affectos.*

c. *ὑπὸ τῆς δυτικῆς συνόδου.* Damasus urbis Romae Episcopus et Petrus Alexandrinus, cum Apollinarii haeresim latius serpere agnóvissent, coacto Romae concilio alienam eam esse ab Ecclesia universali statuerunt, ut scribit Nicephor. lib. 11. cap. 12., ubi multa de Apollinario et illius a fide orthodoxa defectione. Romanum illud Concilium occidentalem synodum hic videtur intelligere. Haec *Bill.*

d. *δῆλον γάρ* etc. Comb. *Liquet enim ea ratione receptos fuisse, quod rectae fidei assensum praebuerint.*

e. *οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται.* Colb. 3. *οὐδὲ γὰρ ἐνεδέχετο.*

que grave atque indignum sit, quod homines isti pravam suam sententiam simplicioribus animis per versutiores et improbiores infundunt, sed quod de nobis falso comminiscuntur, tanquam idem ac illi sentiamus et sapiamus, escam videlicet hamo circumdantes, improbeque per hunc obtentum cupiditatem suam explentes, ac simplicitatem nostram, qua fiebat ut fraterno affectu non autem alieno animo eos adspiceremus, in pravitatis occasionem et subsidium arripientes. Ad quam indignitatem illud etiam accedit, quod ab occidentali synodo sese, ut audio, susceptos esse aiunt, a qua prius fuerant condemnati, ut cuivis est exploratum. Ac quidem, si vel nunc vel ante suscepti sunt qui Apollinarii placita sectantur, hoc ostendant, et nos acquiescemus. Perspicuum est enim eos ut rectae doctrinae assentientes susceptos fuisse; nec enim aliter se res habere potest, si hoc consequuti sunt. Omnino autem ostendent vel per synodalem libellum vel per epistolas communionis indices; nam hic synodorum mos est. Si autem hoc merus est sermo ac figmentum, speciosi cuiusdam decoris causa et ut fidem sibi ob personarum auctoritatem apud multitudinem concilient ab ipsis excogitatum, quiescere ipsos doce ac coargue. Tuae quippe vitae rationi ac rectae fidei hoc convenire existimamus. T.II. p.84. T.II. p.85.

3. Ne homines isti alios decipiant vicissimque ipsi decipiantur, hominem dominicum, ut ipsi loquuntur, vel potius Dominum nostrum et Deum mentis expertem esse asserentes. Neque enim hominem a divinitate separamus, sed unum et eundem profitemur, prius quidem non hominem, sed Deum et Filium unicum ac saeculis omnibus antiquiorem, a corpore rebusque omnibus corporeis purum et secretum, in fine autem etiam hominem, propter salutem nostram assumptum, carne passibilem, divinitate impassibilem, corpore circumscriptum, spiritu incircumscriptum, terrenum eundem et caelestem, visibilem et intelligibilem, comprehensibilem et incomprehensibilem, ut per eundem totum hominem simul ac Deum totus homo in peccatum lapsus refingatur.

4. Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra divini-

f. ἄνθρωπον ... κυριακόν, *hominem dominicum.* Hanc vocem bene reprobat Gregorius; ea tamen usi sunt nonnulli Patrum; at non immerito altius animum attendentibus ipsis postea displicuit. Sic Augustino, qui de illa Retract. lib. 1. cap. 19. ait: *Non video utrum recte dicatur homo dominicus, qui est mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, cum sit utique Dominus. Dominicus autem homo quis in eius sancta familia non potest dici? Et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos divinorum eloquiorum. Sed ubicunque hoc dixi, dixisse me nollem. Postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi.* [Conf. etiam huius Biblioth. Tom. I. p. 1—3. 6 md. 10 md.]

g. καὶ υἱὸν μόνον. Ita cod. Reg. b. Orat. 2. Colb. 3. 6. 9. Morel. ac Combef. In edit. καὶ υἱὸν μονογενῆ, *et Filium unigenitum.*

h. τὴν ἁγίαν Μαρίαν. Ita Montac. Morel. et Combef. In edit. ἁγίαν deest.

i. χωρὶς ἔστι. Reg. b. Orat. 2. Colb. 3. χωρὶς ἔσται. Colb. 9. χωρὶς ἔστω.

T. II. p. 85. ἐστι τῆς θεότητος. εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου [a]δραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς, θεϊκῶς μὲν ὅτι χωρὶς ἀνδρός, ἀνθρωπικῶς δὲ ὅτι [b]νόμῳ κυήσεως, ὁμοίως ἄθεος. εἴ τις διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' [c]ὑποδεδυκέναι λέγοι θεόν, κατάκριτος, οὐ γὰρ γέννησις θεοῦ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως. εἴ τις εἰσάγει δύο υἱούς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ θεοῦ καὶ πατρός, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρός, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτόν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι[1]). φύσεις μὲν γὰρ δύο θεὸς καὶ ἄνθρωπος, [d]ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα, υἱοὶ δὲ οὐ δύο οὐδὲ θεοί. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε[2]). καὶ εἰ δεῖ
T. II. p. 86. συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ σωτήρ (εἴπερ μὴ ταὐτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον), οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ γένοιτο. τὰ γὰρ ἀμφότερα [e]ἐν τῇ συγκράσει, θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάσειε. [f]λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο, ἔμπαλιν ἢ ἐπὶ τῆς τριάδος ἔχει. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο, ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταὐτὸν τῇ θεότητι.

Εἴ τις ὡς ἐν προφήτῃ λέγοι κατὰ χάριν ἐνηργηκέναι, ἀλλὰ μὴ κατ' οὐσίαν συνῆφθαί τε καὶ συνάπτεσθαι, εἶη κενὸς τῆς κρείττονος ἐνεργείας, μᾶλλον δὲ πλήρης τῆς ἐναντίας. εἴ τις μὴ προσκυνεῖ τὸν ἐσταυρωμένον, ἀνάθεμα ἔστω καὶ τετάχθω [g]μετὰ τῶν θεοκτόνων. εἴ τις ἐξ ἔργων τετελειωμένον ἢ μετὰ τὸ βάπτι-

1) Eph. 1, 5. 2) 2. Cor. 4, 16; Eph. 3, 16.

a. *δραμεῖν*. Montac. Morel. ac Comb. *διαδραμεῖν, transiisse, excurrisse.*

b. *νόμῳ κυήσεως*. Bill. *iuxta pariendi consuetudinem*; at melius Combef. *iuxta humani conceptus legem*, quod utero gestatus et ad iustam molem per incrementa perductus.

c. *εἶθ' ὑποδεδυκέναι, Deumque postea subiisse*, quasi iam existenti homini deitas accesserit, non in ipso Deo existentiam ac subsistentiam primo ortu humanitas nacta sit.

d. *ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα, qui quidem homo et anima est et corpus.* Ea est enim humana natura, de qua Gregorio controversia cum Apollinaristis. Nec bene Bill. *Quemadmodum et anima et corpus.* Num duae naturae? at sensus hic falsum sonat. Anima namque et corpus partes sunt unius humanae naturae, et his Christus humana natura homo est, ut et divinitate Deus. *Novimus et tenemus*, inquit S. August. Serm. 174., *mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Iesum, in quantum homo erat, eius esse naturae, cuius et nos sumus... Et sicut tu unus homo, anima es et caro, sic et ille unus Christus, Deus et homo.*

e. *ἓν τῇ συγκράσει.* Comb. *Ambo coadunatione unum sunt.* Addit autem: *σύγκρασιν contemperationem* dicit Cicero. Quae vox post Eutychen exponenda ut commercium illud divinitatis et humanitatis in uno Christo significet, integra utraque substantia; illa *coadunatione* Deus homo factus est, et homo deitate imbutus eoque Deus.

f. *λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο.* Alius est Pater, sit Bill., alius Filius, alius Spiritus sanctus: tres enim distinctae perso-

tatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem in ea divino simul et humano modo formatum esse dixerit, divino quia absque viri opera, humano quia humani conceptus lege, aeque atheus est. Si quis formatum hominem fuisse Deumque postea subiisse dicat, damnationi obnoxius est. Hoc enim non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos filios, alterum ex Deo et Patre, alterum ex matre, non autem unum atque eundem induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quae recte credentibus promissa est. Quamvis enim duae naturae sint Deus et homo, quippe qui anima sit et corpus, non tamen duo filii et dii, quemadmodum ne hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internam et externam hominis partem appellaverit. Atque ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud sunt ea, ex quibus Salvator (quippe cum non idem sit, quod cerni non potest, cum eo, quod in adspectum cadit, et quod temporis expers est, cum eo, quod tempori subest), non tamen alius atque alius; absit. Ambo enim haec connexione unum sunt, Deo nimirum humanitatem atque homine divinitatem suscipiente, aut quocunque tandem nomine quispiam uti malit. Porro aliud et aliud dico, contra quam in Trinitate res habet. Illic enim alius atque alius, ne personas confundamus, non autem aliud atque aliud, quoniam tria quoad divinitatem unum et idem sunt. T. II. p. 85. T. II. p. 86.

5. Si quis divinitatem in eo velut in propheta per gratiam operatam fuisse, non autem secundum essentiam copulatam fuisse atque copulari dixerit, a praestantiori afflatu vacuus sit, imo contrario impleatur. Si quis crucifixum non adorat, anathema sit, atque in eorum, qui Deum interemerunt, numerum adscribatur. Si quis eum ex ope-

nae sunt; at non aliud sunt. Una enim substantia est. In Christo autem alia est divina, alia humana natura: non tamen alius, atque alius Christus. Sic August. lib. 11. de Civit. Dei cap. 10. istorum duorum vocabulorum *alius* et *aliud* longe in ratione Trinitatis diversam esse significationem admonet. *Spiritus*, inquit, *Patris et Filii Spiritus Sanctus propria quadam ratione huius nominis in sacris Litteris nuncupatur. Alius est autem quam Pater et Filius: quia nec Pater est nec Filius; sed alius dixi, non aliud, quia et hoc pariter simplex pariterque bonum est, incommutabile et aeternum.* Sic etiam Hilar. lib. 2. de Trinitate [nr. 11.]: *Alius*, inquit, *ab alio, quia Pater et Filius: non natura divinitatis alia et alia, quia ambo unum.*

g. *μετὰ τῶν θεοκτόνων.* Montac. Morel. et Combef. *χριστοκτόνων*, quam lectionem secutus est Bill., qui vertere non ausus est *Deum interemerunt: θεοκτόνων*; quod tamen catholicum omnino. Profitemur enim unam in Christo ex duabus naturis, divina et humana, personam, et cum Ephesina synodo part. 1. cap. 24. n. 6. [Mansi Conc. Coll. Tom. IV. p. 1076]: *Ipsum unigenitum Dei Filium ex Patre natum, etiamsi secundum propriam naturam impassibilis sit, nostri tamen causa mortem in carne secundum Scripturas passum esse, proprieque carnis afflictiones, quas nimirum in crucifixo corpore pertulit, citra illam sui passionem sibi adscivisse.* Nec aliud nos docet Apostolus Act. 20, 28. Ephesinae ecclesiae presbyteros alloquens: *Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Profusus igitur in redemptionem Ecclesiae sanguis sanguis est ipsius Dei, qui se ipsum tradidit, ut sanguine suo acquireret,

T. II. p. 86. σμα ἢ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι λέγοι, καθάπερ οὓς Ἕλληνες [a]παρεγγράπτους εἰσάγουσιν, ἀνάθεμα ἔστω. τὸ γὰρ ἠργμένον ἢ προκόπτον ἢ τελειούμενον οὐ θεός, κἂν διὰ τὴν κατὰ μικρὸν ἀνάδειξιν οὕτω λέγηται. εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι νῦν [b]τὴν ἁγίαν σάρκα λέγοι, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν θεότητα [c]τοῦ σώματος, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προσλήμματος καὶ εἶναι καὶ ἥξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς [d]παρουσίας αὐτοῦ. ποῦ γὰρ τὸ σῶμα νῦν, εἰ μὴ μετὰ τοῦ προσλαβόντος; οὐ γὰρ δή. [c]κατὰ τοὺς Μανιχαίων
T. II. p. 87. λήρους τῷ ἡλίῳ ἐναποτέθειται, ἵνα τιμηθῇ διὰ τῆς ἀτιμίας, ἢ εἰς τὸν ἀέρα [f]ἐχέθη καὶ διελύθη, ὡς φωνῆς φύσις, καὶ ὁδμῆς ῥύσις καὶ ἀστραπῆς δρόμος οὐχ ἱσταμένης. ποῦ δὲ καὶ τὸ ψηλαφηθῆναι αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν[1]), ἢ ὀφθήσεσθαί ποτε ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων[2]); θεότης γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἀόρατος. ἀλλ' ἥξει μὲν μετὰ τοῦ σώματος, ὡς ἐμὸς λόγος, τοιοῦτος δὲ οἷος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει[3]) ἢ παρεδείχθη, ὑπερνικώσης τὸ σαρκίον τῆς θεότητος. ὥσπερ δὲ ταῦτα λέγομεν ἀποσκευαζόμενοι τὴν ὑπόνοιαν, οὕτω κἀκεῖνα γράφομεν διορθούμενοι τὴν καινοτομίαν.

Εἴ τις λέγοι τὴν σάρκα ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἀλλὰ μὴ ἐντεῦθεν εἶναι καὶ [e]παρ' ἡμῶν, εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἀνάθεμα ἔστω. τὸ γὰρ ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι[4]), καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου[5]), καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο, νομιστέον λέγεσθαι [h]διὰ τὴν πρὸς τὸν οὐράνιον ἕνωσιν, ὥσπερ καὶ τὸ διὰ Χριστοῦ γεγονέναι τὰ πάντα[6]), καὶ κατοικεῖν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν[7]), [i]οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ τὸ νοούμενον, κιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων καὶ περιχωρουσῶν εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας.

1) Luc. 24, 39. 2) Zach. 12, 10. 3) Matth. 17, 2. 4) 1. Cor. 15, 47. 48. 5) Ioan. 3, 13. 6) Ioan. 1, 3. 7) Ephes. 3, 17.

mundaret, sanctificaret, *exhiberetque ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, sed ut sit sancta et immaculata* [Eph. 5, 27].

a. *παρεγγράπτους εἰσάγουσιν.* Momus apud Lucianum in dialogo, cui titulus est *Iupiter tragoedus* [21], his verbis utitur: *Ac mihi hoc loco, o Iupiter, soli enim sumus, nec ullus hominum in hoc coetu est, praeter unum Herculem ac Dionysium et Ganymedem et Aesculapium, qui nostri sunt et Dii adscriptitii* etc. Adscriptitios autem deos vocabant minorum gentium deos, qui ex hominibus in deorum ordinem cooptati fuerant. Cicero de Legibus deos maiorum gentium appellat qui semper caelestes sunt habiti, adscriptitios autem quos in caelum merita vocaverunt [cfr. de nat. deor. III, 15]. Haec Bill.

b. *τὴν ἁγίαν σάρκα.* Ita Montac. et Morel. Sic et legit Bill. In edit. *ἁγίαν* deest.

c. *θεότητα τοῦ σώματος.* Ita Colb. 3. a. Montac. et Morel. At Colb. 9. *θεότητα τοῦ προσλήμματος.*

d. *παρουσίας αὐτοῦ.* Ita Montac. et

ribus perfectum fuisse, aut post baptismum vel resurrectionem a mortuis in filium adoptatum dixerit, quemadmodum quos Graeci adscriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id, quod initium habuit aut proficit aut perficitur, Deus est, tametsi haec de eo idcirco dicantur, quod paulatim sese patefecerit. Si quis sanctam carnem nunc depositam esse, nudamque ac corpore vacuam divinitatem esse, non autem cum assumpta carne et esse et venturam esse dixerit, adventus illius gloriam non cernat. Ubi enim nunc corpus fuerit, nisi cum ea natura, a qua assumptum est? Non enim scilicet iuxta Manichaeorum deliria soli impositum est, ut per dedecus honoretur, aut in aerem fusum et dissolutum est, ut vocis natura et odoris fluxio et fulguris cursus minime consistentis. Ubi etiam illud ponemus, quod ipse post resurrectionem contactus fuisse scribitur, aut ab iis, a quibus confixus est, aliquando videbitur? Divinitas enim per se oculorum obtutum fugit. Verum cum corpore quidem, ut sentio, veniet, talis autem, qualis discipulis in monte apparuit aut obiter ostensus est, divinitate carnem superante. Quemadmodum autem haec amoliendae suspicionis causa dicimus, sic illa quoque corrigendi novi erroris studio scribimus. T. II. p. 86. T. II. p. 87.

6. Si quis carnem a caelo descendisse, non autem hinc atque a nobis esse dixerit, etiamsi supra nos, anathema sit. Illud enim *Secundus homo de caelo*, et *Qualis caelestis, tales et caelestes*, et *Nemo adscendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis*, et si quid aliud eiusdem generis, propter unionem cum caelesti dici existimandum est, quemadmodum et illud *Per Christum omnia facta esse*, et *Christum in cordibus vestris habitare*, non secundum id Dei, quod oculis cernitur, sed secundum id, quod intellectu percipitur, commixtis videlicet ut naturis, ita etiam nominibus, atque ob arctissimam coniunctionem inter se vicissim commeantibus.

Morel., sicque legit Bill. In edit. αὐτοῦ deest.

e. κατὰ Μανιχαίων λήρους. Manichaei, inquit Bill., Christi corpus in sole repositum esse nugabantur, ex illo David loco Psalm. 19, 5. [18, 6. LXX.] male intellecto errorem suum haurientes: *In sole posuit tabernaculum suum.* Vesanam autem et impiam illorum de sole opinionem vide apud August. contra Faustum. lib. 20. cap. 6. Athanas. lib. 3. de *Assumptione hominis* [p. 611 B.] Manichaeos *solicolas* vocat; Hermogeni tamen hanc haeresim tribuit Theodoretus.

f. ἐχέθη καὶ διελύθη. Colb. 3. ἐχέθη ἢ διελύθη, *fusum vel dissolutum est.*

g. παρ' ἡμῶν εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. Ita Colb. 3. 6. a. Montac. Morel. ac Combef. Sic etiam Eliss Cret. in Comment. In ed. εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς desunt. Reddit Comb. *Licet altiori quam nos ratione.*

h. διὰ τὴν πρὸς τὸν οὐράνιον ἕνωσιν. Inscite Bill. aut typographus *praeter caelestem unionem.* Comb. *Unitionis causa quae cum caelesti intercedit,* id est Verbo.

i. οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ θεοῦ. *Non secundum id Dei, quod oculis cernitur.* Ita Combef., qui addit: Parum theologice Billius nec alto Gregorii sensu: *Non secundum eam Christi partem, quae in oculos cadit*; ubi extremorum illam ἀντίδοσιν ex naturarum unitione considerat et explicat, ingulatque Nestorianos, quorum voces Bill. velut affectat.

T. II. p. 87. Εἴ τις εἰς ἄνουν ἄνθρωπον ἤλπικεν, ἀνόητος ὄντως ἐστὶ καὶ [a]οὐκ ἄξιος ὅλως σώζεσθαι. τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον ἀθεράπευτον, ὃ δὲ ἥνωται τῷ θεῷ, τοῦτο καὶ σώζεται. [b]εἰ ἥμισυς ἔπταισεν ὁ Ἀδάμ, ἥμισυ καὶ τὸ προσειλημμένον καὶ τὸ σωζόμενον, [c]εἰ δὲ ὅλος, ὅλῳ τῷ γεννηθέντι ἥνωται [d]καὶ ὅλως σώζεται. μὴ τοίνυν βασκαινέτωσαν ἡμῖν τῆς παντελοῦς σωτηρίας, μηδὲ ὀστᾶ μόνον καὶ νεῦρα καὶ ζωγραφίαν ἀνθρώπου τῷ σωτῆρι περιτιθέτωσαν. εἰ μὲν γὰρ ἄψυχος ὁ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ἵν' ἐπὶ τὴν θεότητα τὸ πάθος ἐνέγκωσιν, ὡς τοῦ κινοῦντος τὸ σῶμα

T. II. p. 88. [e]τούτου καὶ πάσχοντος· εἰ δὲ ἔμψυχος, εἰ μὲν οὐ νοερός, πῶς καὶ ἄνθρωπος; (οὐ γὰρ ἄνουν ζῶον ὁ ἄνθρωπος. καὶ ἀνάγκη τὸ σχῆμα μὲν [f]ἀνθρώπειον εἶναι καὶ τὴν σκηνήν, τὴν δὲ ψυχὴν ἵππου τινὸς ἢ βόὸς ἢ ἄλλου τῶν ἀνοήτων. τοῦτο γοῦν ἔσται καὶ τὸ σωζόμενον, καὶ διεψεύσθην ἐγὼ παρὰ τῆς ἀληθείας, ἄλλου τιμηθέντος ἄλλος μεγαλαυχούμενος) εἰ δὲ νοερός, ἀλλ' οὐκ ἄνους ὁ ἄνθρωπος, παυσάσθωσαν [g]ὄντως ἀνοηταίνοντες.

Ἀλλ' ἤρκει, φησίν, ἡ θεότης ἀντὶ τοῦ νοῦ. τί οὖν πρὸς ἐμὲ τοῦτο; θεότης γὰρ μετὰ σαρκὸς μόνης οὐκ ἄνθρωπός, ἀλλ' οὐδὲ ψυχῆς μόνης, οὐδὲ ἀμφοτέρων χωρὶς τοῦ νοῦ, [h]ὃ καὶ μᾶλλον ἄνθρωπος. τήρει οὖν τὸν ἄνθρωπον ὅλον καὶ μίξον τὴν θεότητα, ἵνα με [i]τελέως εὐεργετῇς. ἀλλ' οὐκ ἐχώρει, φησί, δύο τέλεια. οὐδὲ γάρ, εἴπερ σωματικῶς σκοπεῖς, ἀγγεῖον γὰρ μεδιμναῖον οὐ χωρήσει διμέδιμνον, [k]οὐδὲ σώματος ἑνὸς τόπος δύο ἢ πλείω σώματα· εἰ δὲ ὡς νοητὰ καὶ ἀσώματα, σκόπει ὅτι καὶ ψυχὴν καὶ λόγον καὶ νοῦν καὶ πνεῦμα ἅγιον ὁ αὐτὸς ἐχώρησα, καὶ πρὸ ἐμοῦ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν καὶ [l]τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁ κόσμος οὗτος, τὸ ἐξ ὁρατῶν λέγω καὶ ἀοράτων σύστημα. τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν νοητῶν φύσις, ἀσωμάτως καὶ ἀμερίστως καὶ ἀλλήλοις καὶ σώμασι μίγνυσθαι. ἐπεὶ καὶ φωναὶ πλείους ἀκοῇ μιᾷ χωρηταί, καὶ [m]ὄψεις

a. *οὐκ ἄξιος ὅλως.* Ita codd. nostri, sicque legit Bill. In edit. *οὐκ ἄξιος ὅλος.*

b. *εἰ ἥμισυς.* Colb. 9. et Combef. *εἰ ἥμισυ.*

c. *εἰ δὲ ὅλος.* Vox ἔπταισε vel excidit, vel subauditur, hancque Bill. supplevit.

d. *καὶ ὅλως σώζεται.* Colb. 3. 9. et Combef. *καὶ ὅλος σώζεται, totus etiam salutem consequitur.*

e. *τούτου καὶ πάσχοντος.* Cod. Reg. b. *καὶ τοῦ πάσχοντος.*

f. *ἀνθρώπειον εἶναι.* Ita Colb. 3. 6. 9. et Morel.; at Colb. a. *ἀνθρώπινον εἶναι.* In edit. *εἶναι* deest.

g. *ὄντως ἀνοηταίνοντες.* Ita Colb. 3. 6. 9. a. et cod. Reg. ac Combef. Sic etiam legit Bill. In edit. *οὕτως*, quod non displicet: *Tandem aliquando desipere desinant.*

h. *ὃ καὶ μᾶλλον ἄνθρωπος.* Multi, inquit Billius, hominem sola mente definierunt, Plato praecipue substantiam ipsam rationalis animae haberi, corpus au-

7. Si quis in hominem mente carentem sperat, amens profecto est, nec dignus cui omni ex parte salus afferatur. Nam quod assumptum non est, curationis est expers, quod autem Deo unitum est, hoc quoque salutem consequitur. Si dimidia tantum ex parte Adamus lapsus est, dimidiatum quoque sit quod assumptum est et quod salutem accipit; si autem totus peccavit, toti quoque genito unitus est atque omni ex parte salutem consequitur. Quocirca ne perfectam salutem isti nobis invideant, aut ossa solum et nervos atque hominis picturam Salvatori tribuant. Nam si ipse inanimatus homo est, hoc etiam Ariani aiunt, ut passionem divinitati tribuant, tanquam videlicet quod corpus movet, idem quoque patiatur. Si autem animatus quidem, verum mentis expers, quo tandem modo hominis nomen sustinebit? Neque enim homo animal est mente carens. Atque illud necesse est, ut species quidem et larva humana sit, anima autem equi cuiuspiam aut bovis aut alius animalis mentem non habentis. Ac proinde illud quoque erit cui salus afferatur, atque ego ab ipsa Veritate delusus sum, ut qui alio honore affecto ipse glorier meque iactem. Si autem mentis particeps, non autem mente carens homo est, desipere vere ac mentis inopia laborare desinant. T. II. p. 87. T. II. p. 88.

8. At, inquit, divinitas mentis loco sufficiebat. Quid autem hoc ad me? Divinitas enim cum sola carne homo non est, imo nec cum sola anima, nec cum utraque, si mens absit, quae etiam magis homo censeri debet. Quamobrem totum hominem retine ac divinitatem adiunge, ut me plene ac perfecte beneficio afficias. At, inquis, duo perfecta non capiebat. Non sane, siquidem corporeo modo rem expendas. Vas enim unius modii capax duos modios minime continebit, nec corporis unius locus duo aut plura corpora. Si autem ut intelligibilia et incorporea ea consideres, illud animadverte, quod idem ipse et animum et rationem et mentem et Spiritum sanctum continui, atque etiam ante me mundus hic (hoc est quod ex visibilibus et invisibilibus rebus constat) Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Haec enim eorum, quae in intellectum cadunt, natura est, ut incorporeo atque invisibili modo et inter se et cum corporibus misceantur, quandoquidem et plurium vocum

tem hominis simulacrum et umbram. Vide Mars. Ficinum in argumento XII. dialogi Platonis de Legibus, unde Africanus apud Ciceronem in Somnio [8.] sic Scipionem alloquitur: *Nec enim is es, quem forma ista declarat; sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quae digito demonstrari potest.*

i. τελέως ἐνεργετῆς. Montac. Morel. et Combef. τελείως εὐεργετήσης.

k. οὐδέ. Colb. 3. a. et Combef. οὐδὲ γάρ.

l. τὸ ἅγιον πνεῦμα. Colb. 3. 6. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

m. ὄψεις πολλῶν. Ita Colb. 3. a. Montac. Morel. ac Combef. In edit. ὄψεις πλειόνων. Mox pro ὁρατοῖς cod. Reg. b. Montac. Morel. ac Combef. ὁραταί, et pro ὁσφραντοῖς Combef. ὀσφραναί. Vertit Bill. *et plurium aspectus ab iisdem*

T. II. p. 88. πολλῶν τοῖς αὐτοῖς ὁρατοῖς, καὶ ὀσφραντοῖς ὄσφρησις, οὔτε τῶν αἰσθήσεων στενοχωρουμένων ὑπ᾽ ἀλλήλων ἢ ἐκθλιβομένων, οὔτε τῶν αἰσθητῶν ἐλαττουμένων τῷ πλήθει τῆς ἀντιλήψεως.

Ποῦ δὲ καὶ τέλειος νοῦς ἀνθρώπου ἢ ἀγγέλου συγκρίσει θεότητος, ἵνα τὸ ἕτερον ἐκθλιβῇ παρουσίᾳ τοῦ μείζονος; [a]οὐδὲ γὰρ αὐγή τι πρὸς ἥλιον, οὐδὲ νοτὶς ὀλίγη πρὸς ποταμόν, [b]ἵνα τὰ
T. II. p. 89. μικρὰ προανέλωμεν, οἴκου μὲν αὐγήν, γῆς δὲ νοτίδα, καὶ οὕτω χωρηθῇ τὰ μείζω καὶ τελεώτερα. πῶς γὰρ χωρήσει δύο τέλεια, οἶκος μὲν αὐγὴν καὶ ἥλιον, γῆ δὲ νοτίδα καὶ ποταμόν, τοῦτο διασκεψώμεθα· καὶ γὰρ πολλῆς ὄντως τὸ πρᾶγμα φροντίδος ἄξιον. ἢ ἀγνοοῦσιν ὅτι τὸ πρός τι τέλειον πρὸς ἕτερον ἀτελές, ὡς βουνὸς πρὸς ὄρος, καὶ κόκκος νάπυος πρὸς κύαμον ἤ τι ἄλλο τῶν μειζόνων σπερμάτων, κἂν τῶν ὁμογενῶν μεῖζον λέγηται, εἰ δὲ βούλει καὶ ἄγγελος πρὸς θεόν, καὶ πρὸς ἄγγελον ἄνθρωπος; τέλειον οὖν ἡμέτερος νοῦς καὶ ἡγεμονικόν, ἀλλὰ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐχ ἁπλῶς τέλειον, θεοῦ δὲ δοῦλον καὶ ὑποχείριον, ἀλλ᾽ οὐ συνηγεμονικὸν οὐδὲ ὁμότιμον. ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς Φαραὼ μὲν θεὸς[1]), θεοῦ δὲ θεράπων[2]), ὡς ἀναγέγραπται, καὶ ἀστέρες [c]νύκτα μὲν περιλάμπουσιν, ἡλίῳ δὲ κρύπτονται ὡς μηδ᾽ ὅτι εἰσὶν ἡμέρᾳ γνωρίζεσθαι, καὶ λαμπὰς ὀλίγη [d]μεγάλῃ πυρκαϊᾷ προσχωρήσασα οὔτε ἀπόλλυται οὔτε φαίνεται [e]οὔτε χωρίζεται, [f]ἀλλ᾽ ὅλον ἐστὶ πυρκαϊά, τοῦ ὑπερέχοντος ἐκνικήσαντος.

Ἀλλὰ κατάκριτος, φησίν, ὁ ἡμέτερος νοῦς. τί δαὶ ἡ σάρξ; οὐ κατάκριτος; ἢ καὶ ταύτην ἀποσκεύασαι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἢ [g]κἀκεῖνον πρόσαγε διὰ τὴν σωτηρίαν. εἰ τὸ χεῖρον προσειλήπται ἵν᾽ ἁγιασθῇ διὰ τῆς σαρκώσεως, τὸ κρεῖττον οὐ προσληφθήσεται ἵν᾽ ἁγιασθῇ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως; εἰ ὁ πηλὸς ἐζυμώθη καὶ νέον φύραμα γέγονεν[3]), ὦ σοφοί, ἡ εἰκὼν οὐ ζυμωθήσεται καὶ πρὸς θεὸν [h]ἀνακραθήσεται, θεωθεῖσα διὰ τῆς θεότητος; [i]κἀκεῖνο

1) Exod. 7, 1. 2) Num. 12, 8 al. 3) 1. Cor. 5, 7.

rebus in oculorum sensum cadentibus capi potest, atque idem odoratus ab iisdem rebus, quae olfactu sentiuntur, sic nempe ut nec sensus a se ipsis mutuo comprimantur atque in angustias rediganter.

a. οὐδὲ γὰρ αὐγή τι. Sic emendat Combef. In edit. οὐδὲ γὰρ αὐγή τις πρὸς ἥλιον, quod Bill.: *Neque enim radius quidam, si cum sole conferatur, perfectus est.*

b. ἵνα τὰ μικρὰ προανέλωμεν. Bill.: *Libet enim parva prius sumere, nimirum domus splendorem, et solem, terrae autem humorem et pluviam, ut sic maiora et perfectiora concipiant.*

c. νύκτα ... περιλάμπουσιν. Montac.

auris una capax est, et multorum ora iisdem adspectari oculis possunt, odoresque olfactu eodem percipi, ita ut nec sensus mutuo comprimantur vel extrudantur, nec res sensiles ob perceptionis copiam imminuantur. T. II. p. 88.

9. Iam vero quonam pacto mens hominis aut Angeli, si cum divinitate comparetur, perfecta dici queat, ut alterum loco cedere cogatur maioris praesentia? Neque enim splendor aliquid, si cum sole conferatur, nec humor exiguus, si cum fluvio, ut quae parva sunt prius submoveamus, e domo splendorem, e terra humorem, atque ita quae maiora sunt et perfectiora capiantur. Quonam enim modo duo perfecta continebunt, hinc nempe domus splendorem et solem, hinc rursum terra humorem et fluvium, hoc consideremus; magna enim profecto cura et animadversione res digna est. An illud eos fugit, quod res eadem, quae cum aliquo collata perfecta est, alterius ratione imperfecta sit, ut collis cum monte collatus, et granum sinapis cum faba aut alio quopiam maiori semine, etiamsi iis, quae eiusdem sunt generis, maius dicatur, Angelus etiam, si ita lubet, cum Deo, et homo cum Angelo? Quocirca mens nostra perfecta illa quidem est et principatum tenet, verum in animam et corpus, non autem simpliciter perfecta; Dei vero serva et subdita est, non principatus socia, nec pari honore praedita. Quandoquidem etiam Moses Pharaonis quidem deus, Dei autem famulus est, ut Litteris sacris proditum habetur, et stellae noctem illustrant, a sole autem occultantur ita ut interdiu ne eas quidem esse agnosci possit, et exigua lucerna magno accedens accenso rogo nec extinguitur nec lucet nec disiungitur, sed totum rogus est ac flamma, superante nimirum eo, quod praestantius est. T. II. p. 89.

10. At mens nostra, inquit, damnata est. Quid autem caro? an non damnata? Quare aut hanc quoque propter peccatum abiice, aut illam etiam propter salutem adiunge. Si quod deterius est assumptum est, ut per incarnationem sanctificetur, annon quod praestantius est assumetur, ut per humanitatis susceptionem sanctitate afficiatur? Si lutum fermentatum est, o sapientes viri, ac nova conspersio exstitit, imago ipsa non fermentabitur et cum Deo temperabitur, per divinitatem deificata? Quin hoc quoque adiiciemus: si mens ut peccatrix et

et Morel. *νυκτὶ ... περιλάμπουσιν.*

d. *μεγάλῃ πυρκαϊᾷ* etc. Bill.: *Magno incendio adiuncta nec extinguitur nec apparet.*

e. *οὔτε χωρίζεται.* Colb. 3. *γνωρίζεται, nec dignoscitur.*

f. *ὅλον ἐστὶ πυρκαϊά.* Bill.: *Totum istud est incendium.* Legit Combef. *ὅλον ἐστὶ μία πυρκαϊά, totum unus est rogus, una flamma.*

g. *κἀκεῖνον πρόσαγε.* Comb. *κἀκεῖνον προσάγαγε, fac adiunxeris.*

h. *ἀναχραθήσεται, temperabitur,* quae versio graecis respondet, sed cum patrum vocibus abusi fuerint haeretici, mallet Combef. *consociabitur, copulabitur.*

i. *κἀκεῖνο δέ.* Ita Colb. 3. a. Montac. ac Morel. In edit. *δέ* deest.

T. II. p. 89. δὲ προσθήσομεν· εἰ διέπτυσται πάντως ὁ νοῦς ὡς ἁμαρτητικὸς καὶ κατάκριτος, καὶ διὰ τοῦτο σῶμα μὲν προσείληπται, νοῦς δὲ παραλέλειπται, συγγνώμη τοῖς πταίουσι περὶ νοῦν. [a]μαρτυρία γὰρ θεοῦ κατὰ σὲ σαφῶς ἔδειξε τὸ τῆς θεραπείας ἀδύνατον. εἶπω τὸ μεῖζον· σὺ μὲν διὰ τοῦτο ἀτιμάζεις, ὦ βέλτιστε, τὸν ἐμὸν νοῦν (ὡς σαρκολάτρης, εἴπερ [b]ἀνθρωπολάτρης ἐγώ), ἵνα συνδήσῃς θεὸν
T. II. p. 90. πρὸς σάρκα, ὡς οὐκ ἄλλως δεθῆναι δυνάμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιρεῖς τὸ μεσότοιχον. ὁ δὲ ἐμὸς λόγος τίς, τοῦ ἀφιλοσόφου καὶ ἀπαιδεύτου; ὁ νοῦς τῷ νοῒ μίγνυται ὡς ἐγγυτέρω καὶ οἰκειοτέρῳ, καὶ διὰ τούτου σαρκὶ [c]μεσιτεύοντος θεότητι καὶ παχύτητι.

Τίς δὲ καὶ ὁ λόγος αὐτοῖς τῆς ἐνανθρωπήσεως ἴδωμεν, εἴτουν σαρκώσεως ὡς αὐτοὶ λέγουσιν. εἰ μὲν ἵνα χωρηθῇ θεός, ἄλλως ἀχώρητος ὤν, καὶ ὡς ὑπὸ παραπετάσματι τῇ σαρκὶ τοῖς ἀνθρώποις προσομιλήσῃ, κομψὸν τὸ προσωπεῖον αὐτοῖς καὶ τὸ δρᾶμα τῆς ὑποκρίσεως, ἵνα μὴ λέγω ὅτι καὶ ἄλλως ὁμιλῆσαι ἡμῖν οἷόν τε ἦν, ὥσπερ ἐν βάτῳ πυρὸς[1]) καὶ [d]ἀνθρωπίνῳ εἴδει[2]) τὸ πρότερον· εἰ δὲ ἵνα λύσῃ τὸ κατάκριμα τῆς ἁμαρτίας τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἁγιάσας, ὥσπερ σαρκὸς ἐδέησε διὰ τὴν σάρκα κατακριθεῖσαν καὶ ψυχῆς διὰ τὴν ψυχήν, οὕτω καὶ νοῦ διὰ τὸν νοῦν, οὐ πταίσαντα μόνον ἐν τῷ Ἀδάμ, ἀλλὰ καὶ πρωτοπαθήσαντα, ὅπερ οἱ ἰατροὶ λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἀῤῥωστημάτων. ὃ γὰρ τὴν ἐντολὴν ἐδέξατο, τοῦτο καὶ τὴν ἐντολὴν οὐκ ἐφύλαξεν, ὃ δὲ οὐκ ἐφύλαξε, τοῦτο καὶ τὴν παράβασιν ἐτόλμησεν, ὃ δὲ παρέβη, τοῦτο καὶ σωτηρίας ἐδεῖτο μάλιστα, ὃ δὲ τῆς σωτηρίας ἐδεῖτο, τοῦτο καὶ προσελήφθη· ὁ νοῦς ἄρα προσείληπται.

Τοῦτο νῦν ἀποδέδεικται, κἂν μὴ βούλωνται, γεωμετρικαῖς ὡς φασιν αὐτοὶ καὶ ἀναγκαίαις ἀποδείξεσι. σὺ δὲ ποιεῖς παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἰ ὀφθαλμοῦ ἀνθρώπου πταίσαντος καὶ ποδὸς προσπταίσαντος τὸν πόδα μὲν ἐθεράπευες, τὸν δὲ ὀφθαλμὸν ἀθεράπευτον εἴας, ἢ ζωγράφου τι μὴ καλῶς γράψαντος τὸ μὲν γρα-

1) Exod. 3, 2. 2) Gen. 18, 1 sqq.

a. *μαρτυρία γὰρ θεοῦ κατὰ σέ.* In cod. Reg. b. et apud Morel. *κατὰ σέ* desunt.

b. *ἀνθρωπολάτρης ἐγώ.* Ut idololatrae vocantur, ait Bill., qui simulacris divinos honores tribuunt, ita Apollinaristae orthodoxos anthropolatras appellabant, quod totum hominem a Christo assumptum fuisse crederent, sicque illum colerent [Cfr. etiam huius Biblioth. Tom. I. p. 318 v. md. et 900 md.]. Eodem itaque modo Gregorius Apollinarii sequaces sarcolatras vocat, quod carnem solam ab eo assumptam fuisse contenderent. Superius enim probavit, eos, qui mentem tollunt, animam quoque prorsus tollere, utpote in qua nihil sit mente praestantius.

c. *μεσιτεύοντος.* Montac. et Morel. *ὡς μεσιτεύοντος.* Vertit Combef.: *Quae media intercedat inter deitatem et carnis molem.*

d. *ἐν ἀνθρωπίνῳ εἴδει. In humana*

damnata omnino spreta et reiecta est, ob eamque causam omissa mente corpus assumptum est, ignosci utique par est iis, qui circa mentem peccant. Dei enim testimonio de tua sententia aperte demonstratum est, eam nulla ratione curari posse. Dicamne quod maius est? Tu quidem, optime vir (tanquam Sarcolatra, siquidem ego Anthropolatra sum), idcirco mentem meam contemnis, ut Deum cum carne devincias perinde atque aliter adstringi nequeat, ob idque intermedium parietem tollis. Mea autem ratio, hoc est hominis minime sapientis et eruditi, quaenam est? Mens menti ut propinquiori et coniunctiori iungitur, ac per eam inter divinitatem et carnis molem intervenientem carni. T. II. p. 89. T. II. p. 90.

11. Porro autem quam humanitatis assumptae vel ut ipsi loquuntur incarnationis causam afferant, videamus. Siquidem ut Deus alioqui incomprehensibilis comprehendatur ac sub carne quasi velo quodam cum hominibus versetur, scita sane haec ipsis larva est et hypocrisis fabula; ut interim non dicam alio quoque modo fieri potuisse ut nobiscum versaretur, quemadmodum prius in ignis rubo et forma humana. Si autem ut simili per simile sanctificato peccati damnationem solvat, profecto quemadmodum carne propter carnem damnatam et anima propter animam opus habuit, ita etiam mente propter mentem, utpote quae in Adamo non solum peccaverit, sed et prima affecta fuerit, quemadmodum medici in morbis loquuntur. Quod enim mandatum accepit, hoc mandato quoque minime paruit, quod autem minime paruit, hoc etiam eo audaciae progressum est ut illud violaret, quod autem violavit, hoc in primis quoque salute indigebat, quod autem salute indigebat, hoc etiam assumptum est; ita fit ut mens assumpta sit.

12. Hoc nunc velint nolint demonstratum est geometricis ut ipsi aiunt ac necessariis demonstrationibus. Tu vero perinde facis, ac si laeso hominis oculo ac pede insuper offenso pedi quidem medicinam adhiberes, oculum autem incuratum relinqueres, aut cum pictor aliquid minus recte pinxisset, picturam quidem immutares, pictorem

specie, videlicet dum sui praesentiam Patriarchis exhibuit. Christum ab initio inter homines fuisse conversatum existimarunt Patrum nonnulli. *Congressus est*, inquit Tertullianus [adv. Marc. 2, 27.], *cum Patriarchis et Prophetis... ediscens iam inde a primordio, iam inde hominem quod erat futurus in fine. Asserunt quidam*, ait Augustinus lib. 16. de Civ. Dei cap. 29., *Dominum Christum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Et quidem divinae potestatis et invisibilis, incorporalis incommutabilisque naturae, sine ulla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere, non per id, quod est, sed per aliquid, quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est?* Verum huic sententiae S. doctor favere non videtur. Addit enim: *Multo est credibilius, quod et Abraham in tribus et Loth in duobus viris Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, etiam cum eos homines esse arbitrarentur.*

T. II. p. 90. φὲν μετεποίεις, τὸν δὲ ζωγράφον ὡς κατορθοῦντα παρέτρεχες. εἰ δὲ ὑπὸ τούτων ἐξειργόμενοι τῶν λογισμῶν καταφεύγουσιν ἐπὶ τὸ δυνατὸν εἶναι θεῷ καὶ χωρὶς νοῦ σῶσαι τὸν ἄνθρωπον, δυνατὸν δή που καὶ χωρὶς σαρκὸς μόνῳ τῷ βούλεσθαι, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐνεργεῖ καὶ ἐνήργηκεν ἀσωμάτως. ἄνελε οὖν μετὰ τοῦ νοῦ καὶ τὴν σάρκα, ἵν' ᾖ σοι τέλειον τὸ τῆς ἀπονοίας. ἀλλ' ἀπατῶνται ὑπὸ τοῦ γράμματος καὶ διὰ τοῦτο τῇ σαρκὶ προστρέχουσι,
3. Quanquam autem omnino Dei beneficio mysteriis divinis instructus et eruditus non modo rectae doctrinae patrocinium nosti, verum ea etiam omnia, quae adversus sanam et orthodoxam fidem ab haereticis excogitata sunt, honorificentiam tamen tuam a tenuitate nostra certiorem fieri haudquaquam intempestivum fuerit, mihi in manus venisse libellum Apollinarii, in quo ea, quae adstruuntur, haereticam omnem pravitatem excedunt. Affirmat enim nequaquam adven- T. II. p. 168. titiam esse carnem illam ob naturae nostrae instaurationem ab unigenito Filio secundum dispensationem assumptam, verum carnalem illam naturam in Filio iam inde a principio esse. Atque evangelicum quoddam dictum perperam acceptum ad huiusmodi absurditatis testimonium praetendit, quod ita habet: *Nemo adscendit in caelum nisi qui descendit de caelo, filius hominis*; tanquam prius etiam quam ipse descendisset filius hominis esset, ac descendens carnem suam secum adduxerit illam, quam in caelis habebat, quandam ante saecula existentem essentiaeque suae insitam. Profert enim rursus Apostolicum quoddam dictum a toto contextus corpore avulsum: *Secundus homo de caelo.* Deinde hominem illum caelitus venientem mente minime praeditum esse asserit, verum Unigeniti deitatem mentis naturam supplentem tertiam humanae coagmentationis et coniunctionis partem exstitisse; quod nimirum anima et corpus iuxta humanitatem in eo sint, mens autem minime, verum eius locum Verbi divinitas suppleat. Nec hoc adhuc grave est, sed quod omnium indignissimum atque atrocissimum, ipsum unigenitum Deum omnium iudicem, vitae auctorem, mortis extinctorem, mortalem esse docet ac probare nititur, propriaque sua divinitate passum esse, atque in triduana illa corporis

neglexit, ac quasi non advertit, quae Nectarii non satis pervigilis ex episcopali munere insimulatio est.

d. τοῦ συνάγειν... ἐξουσίαν. Reg. τοῦ συνάγειν παῤῥησίαν.

e. πτύκτιον ἦλθεν ἐν χερσί. Ita Or. 2. Coisl. 2. et Colb. 3. At Coisl. 1. πτύκτιον γέγονεν ἐν χερσί. Utrumque verbum deerat in edit., utrumque legit Comb.

f. προαιώνιόν τινα. Bill.: *Antesaecularem quandam videlicet.*

g. ἀνθρωπείου συγκράματος. Reg. et Or. 2. ἀνθρωπίνου συγκρίματος.

h. κριτὴν τῶν πάντων. Ita Reg. et Or. 2. In edit. τῶν deest. Refert Montac. ex Reg. κριτὴν πάντων, ὄντων ἀρχηγόν. At in Mediceo, inquit Morel., legitur tantum κριτὴν τῶν ἁπάντων. In cod. vero Francisci I. κριτὴν τῶν ὄντων, τὸν ἀρχηγόν.

T. II. p. 168. τῷ σώματι, καὶ οὕτω παρὰ τοῦ πατρὸς πάλιν ἀπὸ τοῦ θανάτου διαναστῆναι. τὰ δ' ἄλλα ὅσα προστίθησι ταῖς τοιαύταις ἀποστέραις μακρὸν ἂν εἴη διεξιέναι.

Εἰ τοίνυν οἱ τοιαῦτα φρονοῦντες ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ συνάγειν γέγονται, σκοπείτω σου ἡ ἐν Χριστῷ εὐδόκιμος φρόνησις, [a]ὅτι μὴ συμβαινόντων ἡμῶν οἷς ἐκεῖνοι φρονοῦσι τὸ λαβεῖν αὐτοὺς ἐξουσίαν συνάξεως οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀληθεστέρους τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος νομισθῆναι. εἰ γὰρ ὡς εὐσεβοῦντες ἐκεῖνοι διδάσκειν ὡς φρονοῦσι καὶ κηρύττειν ἐν παῤῥησίᾳ τὸ καθ' ἑαυτοὺς [b]ἐπιτρέπονται δόγμα, δῆλον ὅτι κατέγνωσται ὁ τῆς Ἐκκλησίας λόγος ὡς τῆς ἀληθείας παρ' αὐτοῖς οὔσης. δύο γὰρ ἐναντίους λόγους περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἀληθεῖς εἶναι φύσις οὐκ ἔχει. πῶς οὖν
T. II. p. 169. ὑπέμεινέ σου ἡ μεγαλοφυὴς καὶ ὑψηλὴ διάνοια μὴ χρήσασθαι τῇ συνήθει παῤῥησίᾳ εἰς διόρθωσιν τοῦ τοσούτου κακοῦ; ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον τοῦτο γέγονε, νῦν γοῦν διαναστήτω [c]ἡ ἀμίμητός σου ἐπ' ἀρετῇ τελειότης, καὶ διδαξάτω τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα ὅτι οὐδὲν κέρδος ἔσται τῆς λοιπῆς αὐτοῦ περὶ τὰς ἐκκλησίας σπουδῆς, εἰ τὸ τοιοῦτο κακὸν ἐπὶ καθαιρέσει τῆς ὑγιαινούσης πίστεως διὰ τῆς παῤῥησίας αὐτῶν [d]κατισχύσει.

a. ὅτι μὴ συμβαινόντων ἡμῶν οἷς ἐκεῖνοι φρονοῦσι. Bill.: *Quod cum nobis cum eorum dogmatibus non conveniat, coetus habendi potestatem illis factam esse, nihil aliud est quam eorum doctrinam nostra veriorem existimare.*

b. ἐπιτρέπονται δόγμα. In Orat. 2. verbum δογμα deest, nec legitur etiam in tribus codicibus Colbertinis, nempe in iis quae signantur 3. 6. 9.

c. ἡ ἀμίμητος. Ita Coisl. 1. Reg. Mon-

morte divinitatem quoque simul cum corpore mortuam fuisse, sicque rursus Patris opera a morte ad vitam revocatam. Alia autem omnia, quae huiusmodi absurditatibus adiicit, longum fuerit commemorare. T. II. p. 168.

4. Proinde si iis, qui talia sentiunt, coetus habere licet, illud velim cogitet atque expendat tua in Christo illustris prudentia, quod nobis non idem sentientibus ac illi coetus habendi potestas illis facta nihil aliud sit, quam eorum doctrinam nostra veriorem existimari. Nam si illis ut et pie sentientibus ea, quae sentiunt, docere liberequ promulgare permittitur, quis non videt Ecclesiae doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse. Quomodo igitur excelsus et praestans animus tuus ad tanti mali correctionem consueta libertate non uti sustinuit? Verum etiamsi nondum factum est, nunc saltem inimitabilis tua numerisque omnibus absoluta virtus excitetur, ac pientissimum Imperatorem doceat nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio rediturum esse utilitatis, si tale malum ad fidei sanae eversionem per eorum libertatem licentiamque praevaleat. T. II. p. 169.

tac. et Combef. Quam lectionem secutus est Bill. In edit. *ἀμώμητος, inculpata.*

d. *κατισχύσει.* Addunt Coisl. 1. Reg. necnon Montac. et Morel. *ἐρρωμένον σε καὶ ὑπερευχόμενον ἡμῶν ὁ Χριστὸς χαρίσαιτο ταῖς αὐτοῦ ἐκκλησίαις τὸν κοινὸν προστάτην τῶν ἐκκλησιῶν, incolumen te ac pro nobis orantem Christus Ecclesiis suis largiatur communem Ecclesiarum defensorem.* Similem clausulam nonnullis Gregorius apposuit Epistolis, nec rara est apud sanctos Patres; hanc tamen, inquit Combef., non habet Colb. maximus, nec codd. exhibent meliores.

APPENDIX.

EUNOMII
APOLOGETICUS.

MONITUM.

p. 260. *Hoc ipsum est scriptum illud famosum, quod quinque adversus Eunomium libris S. Basilius confutavit, notatque titulum istum vafre ac versute ab Eunomio esse excogitatum, ne haereticum suum dogma, quod peroptabat, exponere ac promulgare sponte, sed veluti*
p. 261. *coactus tueri se ac defensionem suam edere videretur*[1]. *Exordium huius Apologetici Epilogumque Graece cum Henr. Warthoni versione ex codice C. V. Thomae Tenison vulgavit Guil. Caveus in Historia literaria Scriptorum Ecclesiasticorum, integrum Anglice vertit ediditque Wilh. Whistonus in Tomo I. operis Eunomianismo incrustando destinati, quod primitivum Christianismum redivivum inscripsit Lond.* 1711. 8. *Graece exstat in variis bibliothecis, meminique me Eunomii Apologeticum ms. evolvere inter libros Marquardi Gudii, atque hunc ipsum respici haud dubito a praestantissimo Morhofio, quando memoriae lapsu scripsit Photini Apologiam ineditam in Gudii bibliotheca reperiri*[2]. *Neque alia est Eunomii Catechesis, ad quam e ms. Isaaci Vossii vulgandam atque versione et confutatione donandam Balthasar Beckerus invitatus est a Samuele Maresio*[3] *in litteris datis Groningae A.* 1670. *Quandoquidem vero in manus meas pervenit libellus hic integer cum latina versione* Iac. Fabricii *Holsati*[4], *descriptus ex codice, qui manu C. V. Frid. Lindebrogii exaratus exstat in bibliotheca Iohannea huius urbis*[5], *existimavi me rem non ingratam facturum*

1) Supra pag. 10 in.
2) Polyhist. Tom. 3. Lib. 5. § 33.
3) Vd. V. C. Mich. Lilienthal selecta historico-literaria p. 33.
4) Suspicor hunc esse Iac. Fabricium Iacobi F. Superintendentem deinde Generalem Slesvicensem, defunctum A. C. 1645., de quo dixi in Centuria Fabriciorum pag. 42 sq.
5) Hamburgi.

studiosis ecclesiasticarum litterarum, si eum hoc loco subiungerem, p. 261.
cum versione illa subinde emendata et annotatis in ima pagina locis S. Basilii, quibus argutiae eius confutantur. Neque enim verendum est ne collatis egregii Doctoris responsionibus aliquis Eunomiana versutia valde commoveatur. At operae pretium est videre quomodo haeretici quoque acutissimi pro haeresi sua decertantes frustra sint, et quomodo Eunomius etiam longe praeclarius de Christo senserit Socini schola, neque ea fuerit impudentia, ut clarissimis S. Scripturae oraculis contrarium testantibus Christum ante Mariam exstitisse negaret. Philostorgius l. 8. c. 12. *testatus est non modo Basilium, sed et Apollinarium praeterea πρὸς τὴν ἀπολογίαν Εὐνομίου ἀντιγράψαι,* adversus Eunomii Apologiam scripsisse; *quod Apollinarii opus intercidit. Photius Cod.* 137. *Eunomii Apologeticum βιβλιδάριον appellat, narratque illius συναιρεσιώταις in maxima admiratione atque inter arcana habitum fuisse, ita ut S. Basilius aegre exemplum eius* p. 262.
consequi potuerit. Fallitur V. C. Federicus Morellius, qui Praefatione ad Tom. I. Nysseni edit. A. 1618. *Photium de ἐκθέσει loqui existimat* [1]). *Nam certissime constat de longe alia ei ὁμοσεβείας Eunomianae ἐκθέσει sermonem esse, illa nempe, quam Basilius confutavit et quam proxime subiungam, ubi notavero apud Photium post verba οὗ ἡ ἐπιγραφὴ excidisse vocem ἀπολογητικός* [2]).

1) quae infra subiicietur.

2) Garnier in Basilii Opp. Tom. I. p. 618. hoc monitum praefixit: Putavi non defuturos qui Eunomii opus cum Basilii libris comparare vellent: quod ut facilius fieri posset, hunc libellum hoc loco edendum iudicavi. Sed monere iuvat, Graeca et Latina [Par. II.: haec quidem decurtata] e clarissimo doctissimoque viro Ioanne Alberto Fabricio sumta esse. [Par. II.: Vide Bibliothecam Graecam vet. edit. T. 8. p. 260—305. Fabricii notas criticas omnes fere, de quarum omissione non sine causa questus erat Harles T. 9. p. 212., in imo margine apposuimus. Eunomii Graecam orationem tacite emendavimus plurimis in locis ad fidem codicis optimi, nunc Regii 965., olim Colbertini 4529.]

p. 262.

ΕΥΝΟΜΙΟΥ ΤΟΥ ΔΥΣΣΕΒΟΥΣ

ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ

πρὸς ὃν ἔγραψεν ἀντιῤῥητικὸν ὁ μέγας Βασίλειος.

[Οὗτος ὁ λόγος οὐ δι' ἄλλο τι γέγραπται ἢ ἵνα δεικνύηται ἡ γραφή. ἃ γὰρ λέγει περὶ θεοῦ, ὡς ἀγέννητος, [a] καὶ γεννητὸς ὁ υἱός, καὶ ἕτερα ὅσα ληρεῖ, ἀσεβέστατά εἰσι, καὶ ἔξω τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν πίστεως. πρόσχες οὖν, ὁ ἀναγινώσκων, ἵνα μὴ παρατραπῇς τῆς εὐθείας ὁδοῦ.]

Τὸ μὲν συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τινὰς ἐξ ἀκολάστου γλώττης καὶ γνώμης ἀγνώμονος μοχθηρῶν καὶ φιλαπεχθημόνων ἔργον εἰδότες, τὸ δὲ τοὺς ἐκ διαβολῆς εἶναι δόξαντας πονηροὺς πάσῃ προθυμίᾳ πειρᾶσθαι τὸ ψεῦδος τοῖς ἐλέγχοις ἀποτρέπειν ἀνδρῶν
p. 263. σωφρόνων καὶ μετὰ τῆς ἰδίας εὐβουλίας τὴν τῶν πολλῶν ἀσφάλειαν περὶ πολλοῦ ποιουμένων, ηὐχόμεθα μὲν λόγῳ τὴν γνῶσιν ἀμφοῖν ἔχοντες, μήτε τῆς προτέρας ποτὲ γενέσθαι μοίρας, καὶ τῆς ὑστέρας τὴν πεῖραν διαφυγεῖν· ἐπειδὴ δὲ μὴ [b] κατὰ γνώμην ἐκβῆναι συνέβη τὸ τέλος, ποικίλως καὶ πολυτρόπως διά τε λόγων καὶ πράξεων παρὰ πολλοῖς κατασκευασθείσης ἡμῶν ψευδοῦς δυσφημίας, ἀλγεινῆς μὲν ἡμῖν, βλαβερᾶς δὲ τοῖς πιστεύουσιν, ὑπό τινων πονηρῶν καὶ μηδὲν ὀκνούντων λέγειν ἢ πράττειν [c] ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἀκεραιοτέρων ταῖς τῶν διαφόρων κατηγορίαις τὴν ἀλήθειαν μετρούντων, οὐ κρίσει τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς προσιεμένων, ἡμῖν τε αὐτοῖς λυσιτελεῖν ᾠήθημεν πρὸς ἀπολογίαν καὶ τοῖς ἀβασανίστως [d] λεγομένοις πρὸς ἀσφάλειαν, ἔγγραφον εἰς ὑμᾶς ἐκθέσθαι τῆς ἑαυτῶν δόξης τὴν ὁμολογίαν, εἴ πως διὰ ταύτης
p. 264. τήν τε προλαβοῦσαν ἀποτριψαίμεθα βλασφημίαν καὶ πρὸς τὸ

a. Nota in codice manu exarato adscripta.

b. Aëtii et Eunomii dogma ἀγέννητον non posse esse simile τῷ γεννητῷ. Vide Epiphanium Haeresi 76.

c. Basil. pag. 10 md.

d. Ms. Tenisson. κατὰ σπουδήν.

e. Id. ἀνδρῶν. In ms. vetusto fuit ανων, quod significat ἀνθρώπων.

EUNOMII IMPII

p. 262.

APOLOGIA

quam confutavit Basilius Magnus.
Iacobo Fabricio Holsato interprete.

[Hic libellus nulla alia de causa descriptus est, quam ut quale sit hoc scriptum constet. Etenim quae de Deo pronuntiat et eo quod sit ingenitus et quod Filius sit genitus et alia, quae nugatur, maxime sunt impia et a sancta piaque nostra fide aliena. Attende igitur et cave, quicunque haec legis, ne a recta via avertaris.]

1. Petulanti lingua et mente prava aliis calumniando obtrectare cum eorum hominum esse sciamus, qui improbi odioque digni sunt, vicissim omni conatu et studio totaque mente in id incumbere, ut per calumniam pro malis habiti mendacium veris argumentis a se propellant, hominum bonorum esse novimus, et quidem talium, qui cum p. 263.
sibi privatim bene consultum cupiunt, tum multorum quoque publicam confirmationem magni faciunt. Optabamus itaque ut sola speculatione utrumque hoc cognitum habere nobis contingeret, et neque cum priori ullum consortium haberemus, et a posterioris etiam experimento immunes esse possemus. Quia vero finem illum ex animi sententia assequi non licuit, vafre et varie tam verbis quam factis comparata nobis apud multos mendacii infamia, magno profecto cum dolore nostro, illorum vero, qui fidem istis habent, damno, cumque haec fiant a malitiosis et eiusmodi hominibus, qui quidvis dicere aut facere non verentur, tum a simplicioribus, qui veritatem ex dissidentium criminationibus metiuntur et nullo iudicio sparsas contra nos calumnias admittunt et in manus sumunt; utile nobis ipsis duximus partim quidem ad nostri defensionem, partim vero etiam ad ea, quae alias simpliciter et sine certa probatione dicuntur, confirmanda probeque munienda, ut scripto comprehensam coram vobis nostrae sententiae exponeremus confessionem, si quo pacto per illam tum calumnias antevertentes, p. 264.

f. [Par. M.: Cod. 965. *τὰ λεγόμενα δεχομένοις*, melius.]

p. 264. λοιπὸν τοὺς μὲν πονηροὺς ἀτολμοτέρους, τοὺς δὲ λίαν εὐχερεῖς ἀσφαλεστέρους παρασκευάσαιμεν, τοῖς μὲν τὸ ψευδῆ λέγειν ἐπιδεές, τοῖς δὲ τὸ πιστεύειν ἀσφαλὲς ὑποδείξαντες, συναποδεικνυμένης τῇ παρ' ἡμῶν ἀληθείᾳ τῆς κατ' ἀμφοῖν κολάσεως. ἡ γὰρ πρὸς τὸ ψεῦδος κοινωνία κοινὴν ἀμφοτέροις κατεργάζεται τὴν τιμωρίαν.

[a]Αἰτοῦμεν δὲ πρὸ πάντων ὑμᾶς τούς τε νῦν ἀκουσομένους καὶ τοὺς [b]εἰς ὕστερον ἐντευξομένους, μὴ τῷ πλήθει διακρίνειν ἐθέλειν τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, τῇ πλείονι μοίρᾳ τὸ κρεῖττον συνάπτοντας, μήτε μὴν ἀξιώμασιν ἢ τινων ἀλαζονείᾳ προσέχοντας ἀμαυροῦσθαι τὴν διάνοιαν, ἢ τῇ τάξει τῶν [c]προλαβόντων τὸ
p. 265. πλεῖον νέμοντας ἀποφράττειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ὑστέροις, τὴν δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν παντὸς μὲν [d]ἀνθρώπων ἀριθμοῦ, πάσης δὲ φιλοτιμίας ἢ φιλονεικίας, συνηθείας τε αὖ καὶ συγγενείας, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν πάντων ὅσα τοῖς τῆς ψυχῆς κριτηρίοις ἐπισκοπεῖν εἴωθεν, προτιμήσαντας [c]τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν εὐνοίᾳ κρίνειν τὰ λεγόμενα. μεγίστη γὰρ μοῖρα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας διάγνωσιν ἡ πρὸς αὐτὴν οἰκείωσις.

[e]Πρὸς δὴ τούτοις μηδ' ἡμῖν χαλεπαίνειν, εἰ τύφου μὲν ἀμελήσαντες καὶ φόβου, τῆς δὲ παραυτίκα χάριτος καὶ ἀσφαλείας τὴν ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἄδειαν προτιμήσαντες καὶ πάσης ἐπιγείου κακοπαθείας θανάτου τε προσκαίρου φοβερωτέραν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὡρισμένην ἀπειλὴν εἶναι κρίναντες, παντὸς ἐπικαλύμματος
p. 266. γυμνὴν ἐκτιθέμεθα τὴν ἀλήθειαν. οὔτε γὰρ κατὰ τὸν ἀπόστολον εἰπεῖν ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν [1]), οὐδ' ὁ σύμπας κόσμος πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ δεσποτείαν ἰσόρροπον ἀντάλλαγμα τῆς ἰδίας ἑκάστου ψυχῆς, πολὺ καθ' ἑκάτερον [f]ἀπόλαυσίν τε καὶ κόλασιν ὑπερβαλλόντων τὰ παρόντα τῶν προσδοκωμένων.

[g]Ἀλλ' ἵνα γε μὴ τούτοις ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβοντες [h]πέρα τοῦ μέτρου μηκύνωμεν τὸν λόγον, ἐπ' αὐτὴν ἤδη τρεψώμεθα τῆς πί-

1) Rom. 8, 18.

a. Ita codices Gudii, Lindenbrogii, Tenissonii; licet apud Basil. pag. 14 v. md. est αἰτοῦμαι.

b. εἰς omittit Basil. et Gud.

c. Ita recte Basil. Teniss. Lindenbrog. Nam Gud. male προσλαβόντων.

hoc est prius sparsas et acceptas amoliri, tum vero in posterum ma- p. 264.
litiosos illos homines minus audaces, illos vero, qui valde sunt simplices facileque capiuntur et permoventur, certiores atque confirmatiores reddere possemus, demonstrando iterum illis quidem quam sit horribile mendacia dicere falsaque asserere, hisce vero quam sit periculosum falsa credere, ostensa simul ea quae a nobis stat veritate et quae utrisque metuenda est poena. Nam mendacii communio communem etiam utrisque conficit poenam.

2. Petimus autem ante omnia tum a vobis, qui nunc haec estis audituri, tum etiam ab illis, qui in posterum in eadem incident eaque legent, ne multitudinis ratione habita secundum eam verum a falso discernere velitis, maiori scilicet parti id, quod melius est, nimirum victoriam et veritatis testimonium attribuendo, neve dignitati aut iactantiae quorundam dediti aciem mentis vobis retundi patiamini, vel p. 265
dum plus aequo ordini priorum doctorum tribuitis, aures posterioribus obturetis. Quin potius ut Salvatoris nostri Iesu Christi doctrinam omni hominum numero, omni quoque ambitioni vel contentionis studio, omni quoque familiaritati et cognationi, atque ut summatim dicam, omnibus illis rebus, quae menti in iudicando tenebras offundere solent, praeferatis, atque ita bene erga veritatem affecti de iis, quae dicuntur, iudicium feratis. Etenim ad solidam veritatis cognitionem et diiudicationem plurimum facit, si quis ipsius veritatis tanquam domestica familiaritate delectetur.

3. Praeterea rogamus, ne nobis indignemini, quod neque fastus neque metus rationem ullam habemus, sed omni temporali gratiae et tranquillitati illam fiduciam animi intrepidi praeponimus, quae propter futurum statum penes fideles est, et illa mala, quae Deus impiis certo minatur, magis censemus timenda, quam quamlibet terrenam afflictionem ipsamque adeo temporalem mortem, et sic ipsam veritatem omni p. 266
velamine destitutam exponimus. *Neque* enim, ut cum Apostolo loquar, *dignae sunt afflictiones praesentis saeculi ad eam gloriam, quae aliquando revelabitur*. Neque sane universus hic mundus dignus est, qui conferatur cum illo commodo et dominio, quae tanquam aequam compensationem propria uniuscuiusque anima accipiet, cum ab iis, quae utrimque exspectanda sunt, tum quoad praemia tum quoad poenam longe praesentia superentur.

4. Sed ne, dum hisce diutius iusto immoramur, sermonem nimium producamus, ad ipsam nos convertimus fidei confessionem, ex

d. Cod. Tenisson. iterum ἀνδρῶν.
e. Verba τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν εὐνοίᾳ κρίνειν τὰ λεγόμενα apud Caveum male desiderantur.
f. Basil. pag. 16 in.
g. Ita rectius ms. pro ὑπόλαυσιν.
h. Sic ms. Lindenbr. pro παρά, quod Caveus edidit.

p. 268. στεως τὴν ὁμολογίαν, ἐξ ἧς εὐμαρὴς καὶ ῥᾳδία γένοιτ' ἂν τοῖς βουλομένοις τῆς ἡμετέρας γνώμης κατανόησις. ἀναγκαῖον δὲ ἴσως τοὺς περὶ τούτων λόγους ποιουμένους καὶ δόξης οἰκείας εὐθύνας ὑπέχοντας μὴ ταῖς τῶν πολλῶν ἀμελῶς [a]ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι γνώμαις, [b]τὴν δὲ κρατοῦσαν ἄνωθεν ἐκ τῶν πατέρων εὐσεβῆ παράδοσιν [c]ὥσπερ τινὰ γνώμονα καὶ κανόνα προεκτιθεμένους ἀκριβεῖ τούτῳ συγχωρεῖν χρῆσθαι κριτηρίῳ πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἐπίκρισιν.

p. 267. [d]Πιστεύομεν εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, ἐξ οὗ τὰ πάντα. καὶ εἰς ἕνα μονογενῆ υἱὸν τοῦ θεοῦ, θεὸν λόγον, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, δι' οὗ τὰ πάντα. καὶ εἰς ἓν πνεῦμα ἅγιον, τὸν παράκλητον, ἐν ᾧ πάσης χάριτος διανομὴ κατὰ τὴν συμμετρίαν πρὸς τὸ συμφέρον ἑκάστῳ δίδοται τῶν ἁγίων.

Ἡ μὲν οὖν ἁπλουστέρα καὶ κοινὴ πάντων πίστις, ὅσοις τὸ δοκεῖν ἢ τὸ εἶναι χριστιανοῖς ἐπιμελές, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ κεφαλαιωδέστερον εἰπεῖν, αὕτη, λειπομένων ἔτι τῶν δευτέρων, ὧν διὰ τὸ τέως [f]ἀναμφισβήτητον παρέλκειν ἡγούμεθα τὴν μνήμην. ἡμεῖς δ' εἰ μὲν ἐωρῶμεν ἐπάναγκες εἶναι τοῖς ἅπαξ τὰς φωνὰς παραδεξαμένοις, ἀπαράτρεπτον συνδιασώζειν τοῖς ὀνόμασι τὴν ἀληθῆ διάνοιαν, ἢ τοὺς ἡμᾶς ἀσεβείας γραφὴν γραψαμένους μετὰ τὴν ὁμολογίαν ταύτην ἐλευθέρους ἀφιέντας τῶν ἐγκλημάτων, καθαρευούσης αὐτῶν τῆς διανοίας πάσης καθ' ἡμῶν πονηρᾶς ὑπονοίας, τοῦτον
p. 268. ὅρον καὶ πέρας τῶν ἰδίων ἂν ἐποιησάμεθα λόγων, ἀσφαλῆ τὴν ἡσυχίαν ἡμῖν ἐγγυωμένης τῆς ὁμολογίας· ἐπειδὴ δὲ μήτε διὰ κακόνοιαν ἤ τινα γνώμης μοχθηρίαν ἑτέραν παρατρέπειν καὶ διαφθείρειν τὴν ἔννοιαν ἐπιχειροῦσιν, αὐτάρκης πρὸς πίστωσιν τῆς ἀληθείας (οὐ γὰρ ἂν Σαβέλλιος ὁ Λίβυς καὶ Μάρκελλος ὁ Γαλάτης καὶ Φωτεινὸς ἤ τις ἄλλος τῶν τὴν αὐτὴν τούτοις μανίαν μανέντων συλλόγων ἱερατικῶν καὶ κοινωνίας μυστηρίων καὶ περιβόλων ἐκκλησιαστικῶν εἴργοντο), μήθ' ἡμῖν ἱκανὴ πρὸς διάλυσιν τῶν ἐπενεχθέντων ἐγκλημάτων, ἀλλὰ δεῖ τινων ἀκριβεστέρων λόγων πρὸς τὴν τῆς διανοίας ἐξάπλωσιν, πειρασόμεθα ὡς ἂν οἷοί τε ὦμεν εἰς τοὐμφανὲς ἀνάγειν ἣν αὐτοὶ περὶ τούτων τυγχάνομεν ἔχοντες δόξαν, ἤτοι προτιθέντες τὴν λέξιν, εἶθ' ὕστερον ἐκκαλύπτοντες τὴν ἔννοιαν, ἢ καὶ προκειμένοις τοῖς ἐννοίαις τὰς φωνὰς

a. Al. καὶ αὐτούς.

b. Basil. pag. 18 md.

c. Hac fidei formula etiam Arium Alexandro Alexandrino fucum fecisse notat Basil. pag. 16 extr.

d. Basil. pag. 18 md. — Whistonus iubet conferre symbolum, quod exstat Constit. Apostol. 7, 41.

e. Male apud Basil. pag. 18 s. f. ἡμῶν οὖν pro ἡ μὲν οὖν, ut recte pag. 20 md. excusum.

f. Ita recte mss. quos inspexi, licet Whistonus legit ἀμφισβήτητον, vertit enim: *Omitting at present the additional*

qua iis, qui nostram velint scire sententiam, promptum et expeditum p. 266.
erit eam agnoscere. Necessarium autem quoque fortassis fuerit nobis, qui de hisce rebus verba facimus, et propriae sententiae rationem reddere tenemur, ne temere semel multitudinis nos dedamus opinionibus, sed ut piam illam traditionem, quae retro cogitando inde a Patribus usque obtinuit, velut quandam amussim ac regulam praemittamus, atque ea deinde ceu exacta iudicii norma uti cuivis permittamus ad eorum quae dicuntur diiudicationem.

5. *Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, ex quo* p. 267.
sunt omnia. Et in unum unigenitum Filium Dei, Deum Verbum, Dominum nostrum Iesum Christum, per quem sunt omnia. Et in unum Spiritum sanctum Paracletum, in quo universae gratiae distributio iuxta proportionem prout expedit unicuique datur sanctorum.

6. Haec igitur est illa simplicior confessio, et omnium, quibuscunque hoc curae est ut videantur vel sint Christiani, communis fides, ut compendio ac generalius aliquanto dicam, omissis caeteris, quorum, quia adhuc extra controversiam versantur, mentionem facere superfluum iudicamus. Nos vero siquidem videremus necessario incumbere illis, qui semel ipsas voces ratas habuerunt, ut una cum nominibus verum quoque sensum indivulsum tenerent, parive necessitate oportere eos, qui nos impietatis accusarunt, post editam hanc confessionem ab intentatis criminibus rursum nos absolvere, purgato nimirum p. 268.
ipsorum animo ab omni prava contra nos suspicione, possemus quidem verborum nostrorum statim finem et terminum hic facere, tutum quietemque spondente nobis eadem confessione. Verum quia neque illis, qui malevolentia aut alio quodam vitio verum sensum pervertere et corrumpere conantur, ad fidem veritati faciendam sufficit (alioqui enim Sabellius Libys et Marcellus Galata et Photinus aut quisquam alius ex illis, qui eodem cum ipsis furore insaniverunt, propterea a sacris conventibus et mysteriorum communione adeoque ecclesiasticis septis non arcerentur), neque nobis ad illata contra nos crimina dissolvenda sufficiens fuerit, verum opus est exquisitioribus et solidioribus quibusdam rationibus ad sensus veri explicationem; conabimur itaque quoad possumus in manifestam lucem proferre eam quam ipsi tenemus hisce de rebus sententiam, vel ut primum in medium afferamus verba confessionis, et ita deinde ex eis eruamus verum sensum, vel etiam ut praeiactis sententiis aptemus voces; non ut veritatem con-

articles which have been controversed. Sed per τὰ δεύτερα Eunomius intelligit capita posteriora, quae in symbolo sequebantur de resurrectione et vita aeterna, de quibus nulla tunc erat controversia. Erat autem gravissima de Filio Dei et Spiritu S., de quibus verba symboli adscripsit.

p. 269. ἐφαρμόζοντες, οὐ [a]λυμαινόμενοι τῇ ἀληθείᾳ τῆς κατὰ τὴν τάξιν ταύτην ἐναλλαγῆς, ἀρκούντων δηλαδὴ τῶν αὐτῶν ἡμῖν πρός τε τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἀπολογίαν καὶ τὸν τῶν ἡμᾶς γραψαμένων ἔλεγχον.

[b]Εἷς τοίνυν κατά τε φυσικὴν ἔννοιαν καὶ κατὰ τὴν τῶν πατέρων διδασκαλίαν ἡμῖν ὁμολόγηται θεός, μήτε παρ' ἑαυτοῦ μήτε παρ' ἑτέρου γενόμενος. ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον, ἐπειδή γε δεῖ κατὰ ἀλήθειαν τό τε ποιοῦν τοῦ γινομένου προϋπάρχειν καὶ τὸ ποιούμενον τοῦ ποιοῦντος εἶναι δεύτερον, μήτε δὲ αὐτὸ ἑαυτοῦ πρότερον ἢ ὕστερον εἶναι δύνασθαι, μήτε ἕτερόν τι πρὸ τοῦ θεοῦ. ἦ γὰρ ἂν ἐκεῖνο πρὸ τοῦ δευτέρου τὸ τῆς θεότητος ἔσχεν ἀξίωμα. τὸ γάρ τοι δυνατὸν εἶναι λέγειν ὑφ' ἑτέρου τι γίνεσθαι ἀληθὲς ὂν ἐπὶ γενητῶν ἂν ἔχοι χώραν κἀπὶ τῶν ὑπὸ θεοῦ γενομένων τάττοιτο δικαίως. [c]οὐκοῦν εἰ μήτε αὐτὸς ἑαυτοῦ μήθ' ἕτερόν τι αὐτοῦ προϋπάρχειν δέδεικται, πρὸ δὲ πάντων αὐ-
p. 270. τός, ἀκολουθεῖ τούτῳ τὸ ἀγέννητον· μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν οὐσία ἀγέννητος. περιττὸν μὲν ἴσως καὶ παρέλκον δόξει τισὶ τὰ πολλοῖς ὁμολογούμενα κατασκευάζειν ὡς ἀμφίβολα. οὐ μὴν ἀλλά γε διὰ τοὺς σοφίαν οἰομένους τὴν πρὸς τὰ φανερὰ μάχην ἢ πρὸς μέμψιν καὶ συκοφαντίαν παρεσκευασμένους δεῖ τινος ἀκριβεστέρας παρατηρήσεως ἡμῖν.

[d]Ἀγέννητον δὲ λέγοντες οὐκ ὀνόματι μόνον κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρωπίνην σεμνύειν οἰόμεθα δεῖν, [e]ἀποτιννύναι δὲ κατ' ἀλήθειαν τὸ πάντων ἀναγκαιότατον ὄφλημα τῷ θεῷ τὴν τοῦ εἶναι ὅ ἐστιν ὁμολογίαν. τὰ γάρ τοι κατ' ἐπίνοιαν λεγόμενα ἐν ὀνόμασι [f]μόνον καὶ προφορᾷ τὸ εἶναι ἔχοντα ταῖς φωναῖς συνδιαλύεσθαι πέφυκεν. ὁ δὲ θεὸς καὶ σιωπώντων καὶ λεγόντων καὶ γενομένων, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὰ ὄντα ἦν τε καὶ ἔστιν ἀγέν-
p. 271. νητος. [g]ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ στέρησιν· εἴ γε τῶν κατὰ φύσιν αἱ στερήσεις εἰσὶ στερήσεις καὶ τῶν ἕξεων δεύτεραι. οὔτε δὲ κατὰ φύσιν ἦν τις τῷ θεῷ γένεσις, οὔτε προτέραν ἔχων ταύτην εἶτα στερηθεὶς γέγονεν ἀγέννητος. ἐπεὶ καὶ λίαν ἐστὶν ἀσεβὲς ὡς λυμαντικὸν τῆς ἀληθοῦς περὶ θεοῦ ἐννοίας καὶ τῆς τελειότητος αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τῆς τῶν ἐφευρόντων διανοίας, τὸ λέγειν ὅλως ἐστερῆσθαί τινος τὸν θεόν, δηλονότι τῶν φύσει προσόντων. οὐ

a. [Par. II : λυμαινομένης. E.]
b. Basil. pag. 22 md.
c. Apud Basil. pag. 24 extr. ἆρ' οὖν, et mox μήτε ἕτερον.
d. Basil. pag. 28 md. 34 s. f.
e. Basil. ἐκτιννύναι δὲ αὐτῷ τὸ πάντων.
f. Ita Basil., sed mss. μόνοις.
g. Basil. pag. 38 extr.

vellat haec iuxta seriem hanc a me instituta commutatio, sed ut haec p. 269.
ipsa ita tractata ad utrumque sufficiant, nimirum ut et nostram tueamur apologiam, et eos quoque, qui nos accusarunt, coarguamus.

7. Unum igitur tam secundum naturalem notionem, quam secundum Patrum doctrinam confessi sumus Deum, qui neque a se ipso neque ab alio est factus. Utrumque enim horum aeque impossibile, quandoquidem ipsa veritas requirit, ut causa prior sit effectu et ut factum sit posterius ipso faciente. Nec fieri potest ut unum quidquam et idem sit se ipso prius aut posterius, sicut et eadem ratione fieri nequit ut aliud quidquam Deum antecesserit; alioqui enim hoc ipsum divinitatis dignitatem habuisset ante illud, quod posterius est. Hoc inquam aeque impossibile est. Etenim affirmare fieri posse ut quod vere est ab alio factum sit, locum id habet in iis, quae generari et fieri possunt, suoque iure ita dicitur de iis, quae a Deo facta sunt. Quocirca si nec ipse se ipso prior fuit, neque aliud quid ipsum ante- p. 270.
cessit, ut iam est demonstratum, sique ipse ante omnia existit, consequens est ipsum ingenitum esse; imo potius ipse est essentia ingenita. Supervacaneum quidem fortassis et abundans nonnullis videbitur, illa, quae apud plerosque sunt in confesso, ita tractare ac si essent dubia. Verum enim vero propter illos, qui sapientiam esse censent contra rem manifestam pugnare, vel etiam propter alios, qui ad vellicandum et calumniandum instructi sunt, necesse est ut observatione utamur accuratiore.

8. Quando autem ingenitum dicimus Deum, non arbitramur nomine tenus saltem iuxta humanum commentum esse colendum, sed revera hoc maxime necessarium debitum Deo persolvendum, ingenuam scilicet confessionem, quod nimirum ipse sit hoc ipsum quod est. Quaecunque enim voce aliqua hominum artificio excogitata proferuntur, ea cum in solis nominibus et ipsa enuntiatione esse suum habeant, cum ipsis vocibus una dissolvi solent. Deus autem ut qui Deus est et eorum qui tacent et qui loquuntur et qui sunt vel fuerunt, is p. 271.
inquam et erat et est ingenitus antequam rerum natura existeret. Neque tamen secundum privationem est ingenitus; privationes enim naturalium rerum proprie privationes sunt et ipsis habitibus posteriores. Iam vero neque illa Deo secundum naturam competit generatio, neque ea ratione dicitur ingenitus, quasi prius aliquam sui generationem habuerit et postea illa sit privatus, quandoquidem valde hoc est impium, et ita impium, ut si id obtineat, omnis de Deo eiusque perfectione vera cogitatio, imo eorum, qui haec comminiscuntur, proprius intellectus plane evertatur, dicere nimirum, Deum omnino aliqua re privatum esse, earum nimirum, quae sua natura semper ipsi adsunt.

p. 271. γὰρ ἄν τις εἴποι σωφρονῶν ἐστερῆσθαί τινά τινος τῶν μὴ πρότερον ὑπαρχόντων. [a]εἰ δὲ μήτε κατ' ἐπίνοιαν μήτε κατὰ στέρησιν, ὡς ὁ ῥηθεὶς ἔδειξε λόγος, μήτε ἐν μέρει τὸ ἀγέννητον (ἀμερὴς γὰρ) μήτε ἐν αὐτῷ ὡς ἕτερον (ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος) μήτε παρ' αὐτὸν ἕτερον (εἷς γὰρ καὶ μόνος αὐτός ἐστιν ἀγέννητος), [b]αὐτὸ ἂν εἴη οὐσία ἀγέννητος.

p. 272. [c]Ἀγέννητος δὲ ὢν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ἀπόδειξιν οὐκ ἄν ποτε πρόσοιτο [d]γέννησιν, ὥστε τῆς ἰδίας μεταδοῦναι τῷ γεννωμένῳ φύσεως, ἐκφύγοι τε ἂν πᾶσαν σύγκρισιν καὶ κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸ γεννητόν. εἰ γάρ τις κοινοποιεῖν πρὸς ἕτερον ἢ μεταδιδόναι τινὶ τῆς οὐσίας ταύτης ἐθελήσειεν, ἤτοι κατὰ διάστασιν καὶ μερισμὸν ἢ κατὰ σύγκρισιν τοῦτο κατασκευάσειεν ἄν. ὁπότερον δ' ἂν λέγηται τούτων, πολλαῖς ἀτοπίαις, βλασφημίαις δὲ μᾶλλον ὁ λόγος ἐνεχθήσεται. εἴτε γὰρ διαιροῖτο καὶ μερίζοιτο,
p. 273. οὐκ ἔτ' ἀγέννητος εἴη, ὃ μὴ πρότερον ἦν τοῦτο ἐκ τῆς διαιρέσεως γιγνόμενος, ἀλλὰ μὴν οὔτ' ἄφθαρτος, τοῦ μερισμοῦ τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἀξίωμα λυμαινομένου· εἴτε τὴν πρὸς ἕτερον δέχοιτο σύγκρισιν, τῆς συγκρίσεως οὐκ ἐξ ἀκοινωνήτων γιγνομένης κοινοποιηθήσεται τὸ τῆς οὐσίας ἀξίωμα, εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τοὔνομα, ὥστ' ἐξ ἀνάγκης δεῖν τοὺς τούτῳ τῷ λόγῳ βιαζομένους ἢ τὴν προσηγορίαν ἀκοινώνητον φυλάττειν βουλομένους ἀκοινώνητον ταύτῃ συνδιασώζειν καὶ τὴν οὐσίαν, ἢ ταύτης μεταδιδόναι τινὶ πειρομένους μεταδιδόναι καὶ τῆς προσηγορίας ὥσπερ καὶ τῆς οὐσίας. χωλεύοι γὰρ ἂν αὐτοῖς ἡ φιλοτιμία, λειπομένην παρέχουσα θατέρῳ μέρει τὴν χάριν, μετὰ τοῦ μηδ' ἄξιον ἐργάζεσθαι λόγου τὴν διαφοράν, ἀκριβολογουμένους περὶ τὴν προσηγορίαν, εἴ γε ὀνόματι μόνῳ ὁ μὲν ὑπερέχοι, ὁ δὲ ἐλαττοῖτο. εἰ δὲ τῆς αὐτῆς μεταδιδόναι φω-
p. 274. νῆς ὁ τῆς ἀκολουθίας ἀναγκάζει λόγος, μεταδιδότωσαν φιλοτιμό-

a. Basil. pag. 44 s. f.
b. Fortasse leg. *αὐτός*, ut pag. 270 in.
c. Basil. pag. 56 med. 60 in.
d. Hoc palmarium Eunomii argumentum ac prope unicum, *fieri non posse ut ex ingenita divina essentia similis ipsi Filius generetur*. Unde quidquid de generatione Filii in sacris litteris dicitur, ille de creatione accipit. Sed non maioris illa argumentatio mihi videtur esse ponderis, quam si neges ab increata divina essentia aliquid potuisse creari ac produci. Deinde quomodo de re creata dici potest quod sit *χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως* Dei, *σοφία* et *λόγος* Patris atque *ἴδιος υἱός*, proprius Filius et unigenitus, a quo Spiritus S. accipit? Quomodo factus est per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil nec visibile nec invisibile? Hisce itaque et aliis clarissimis Scripturae testimoniis argumentationes metaphysicae argutiae opponere Eunomii est, qui ab Aëtio magistro edoctus essentiam divinam penitus ac perfecte scilicet cognitam sibi habere persuadebat. *Τοσοῦτον αὐτὸν ἐπίσταμαι καὶ οἶδα, ὥστε μὴ εἰδέναι ἐμαυτὸν ὡς θεὸν μᾶλλον ἐπίσταμαι. Tam perspicue Deum qualis sit novi ac tantam illius notitiam sum consecutus .... ut ne me ipsum quidem melius quam illum*

Neque enim quis sanae mentis dixerit quemquam aliqua re ex iis, p. 271.
quae nunquam penes ipsum fuerunt, privatum esse. Si vero neque cogitatione neque iuxta privationem, uti iam prolata demonstravit oratio, neque respectu alicuius partis ingenitum accipi potest (est enim ipse impartibilis), neque ea ratione quasi in ipso aliquid sit diversitatem quandam habens (simplex enim est et incompositus), neque ita quasi aliud quid sit praeter ipsum (unus enim et solus ipse est ingenitus), illud ipsum fuerit illa essentia, quae dicitur ingenita.

9. Ingenitus autem cum sit iuxta praemissam demonstrationem, p. 272.
fieri non potest ut generatio aliqua sit in ipso talis, ut propriae suae naturae genitum participem faciat, et necesse etiam est, ut excedat omnem comparationem ac societatem, quae institui quidem posset respectu eius, quod genitum est. Si quis enim essentiam hanc communem reddere cum aliqua re alia vel de hac essentia aliquid alicui impertire voluerit, necessario hoc facere attentabit vel secundum diremtionem ac partitionem vel secundum similitudinem ac comparationem. Utrum autem ex his asseratur, multas profecto secum absurdi- p. 273.
tates vel potius blasphemias trahet et inferet ipsa assertio. Etenim sive dividatur aut in partes secetur, non amplius illa esse potest ingenita, cum videlicet ipsa illud, quod antea non erat, ex tali divisione fiat, imo hoc pacto corruptionis expers illa esse nequit, siquidem partitio ista totam incorruptibilitatis maiestatem labefactat; sive etiam comparationem quandam admittat ad aliud, quandoquidem nulla comparatio ex illis fit, ubi plane nihil est commune; essentiae utique maiestas communicationis subibit sortem. Si vero hoc revera ita sit, ergo et nomen ipsum commune erit, ita ut necessario oporteat eos, qui hac ratione urgentur, vel ipsam appellationem incommunicabilem conservare ac tueri. Si vero voluerint ejdem essentiam ab omni etiam communicatione sartam tectam conservare, vel si quidquam impertiri de ea alteri conabuntur, perinde aliquid de appellatione largiantur necesse est, quemadmodum de ipsa faciunt essentia. Claudicaverit enim ipsis, nisi scilicet hoc fecerint, ambitio, quae alteri parti doni alicuius defectum tribuit, et accedit una quod neque dignum quid faciunt ma- p. 274.
iestate Verbi, quando tam subtiles sunt in distinguenda appellatione, si quidem hic quidem solo nomine sit maior, alter vero minor. Si

noverim. Aëtius apud Epiphanium 76. pag. 916. et 989. Eunomius ipse maiore etiam insolentia apud Socratem 4. c. 7.: *ὁ θεὸς περὶ τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐδὲν πλέον ἡμῶν ἐπίσταται, οὐδέ ἐστιν αὕτη μᾶλλον μὲν ἐκείνῳ, ἧττον δὲ ἡμῖν γινωσκομένη. ἀλλ' ὅπερ ἂν εἰδείημεν ἡμεῖς περὶ αὐτῆς, τοῦτο πάντως κἀκεῖνος οἶδεν, ὃ δ' αὖ πάλιν ἐκεῖνος, τοῦτο εὑρήσεις ἀπαραλλάκτως ἐν ἡμῖν. De sua ipsius essentia Deus nihil amplius scit quam nos, nec illa ipsi quidem notior, nobis autem obscurior.*

e. [Par. II.: Codex 965. *ἐνσχεθήσεται.*]

p. 274. τερον καὶ τῆς ἰσότητος, οὐχ εὑρισκομένου τινὸς ἐν ὅτῳ θήσονται τὴν ὑπεροχήν.

[a] Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ἂν εἴποιμεν, ὡς κοινὴ μὲν ἀμφοῖν ἡ οὐσία, τάξει δὲ καὶ τοῖς ἐκ χρόνου πρεσβείοις ὁ μέν ἐστι πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος. [b] ἐπειδὴ γὰρ δεῖ προεῖναι πάντως τοῖς ὑπερέχουσι τὸ τῆς ὑπεροχῆς αἴτιον, οὐ συνέζευκται δὲ τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ [c] ὁ χρόνος, οὐκ αἰών, οὐ τάξις. ἥ τε γὰρ τάξις δευτέρα τοῦ τάττοντος, οὐδὲν δὲ τῶν τοῦ Θεοῦ ὑφ' ἑτέρου τέτακται. ὅ τε χρόνος ἀστέρων ποιά τίς ἐστι κίνησις, ἀστέρες δὲ οὐ τῆς ἀγεννήτου μόνον οὐσίας καὶ νοητῶν ἁπάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πρώτων σωμάτων γεγόνασιν ὕστεροι. περὶ γὰρ αἰώνων τί δεῖ καὶ λέγειν, τῆς p. 275. γραφῆς σαφῶς διαγορευούσης πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχειν τὸν Θεόν[1]), καὶ τῶν κοινῶν λογισμῶν ἐπιμαρτυρούντων; οὐ γὰρ μόνον ἀσεβές, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ καταγέλαστον, τοὺς ἓν μόνον παραδεξαμένους ἀγέννητον ἢ προϋπάρχειν τι τούτου φάσκειν ἢ συνυπάρχειν ἕτερον. εἴτε γὰρ προϋπάρχοι τι, τοῦτο δικαίως λέγοιτ' ἂν ἀγέννητον, οὐ τὸ δεύτερον· εἴτε συνυπάρχοι, τῇ πρὸς θάτερον κοινωνίᾳ τοῦ συνυπάρχειν ἑκάτερον ἀφαιρεθήσεται τὸ ἓν μόνον εἶναι καὶ τὸ ἀγέννητον εἶναι, οἷα δὴ μετὰ τῆς οὐσίας ἀποκλήρωσίν τινα καὶ περιγραφὴν ἀμφοῖν συνεισαγόντων συνθήκην τε αὖ καὶ τὸν τῆς συνθήκης αἴτιον.

[d] Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐνυπάρχειν τι ταύτῃ δυνατὸν οἷον εἶδός φαμεν ἢ ὄγκον [e] καὶ πηλικότητα, διὰ τὸ πάντη συνθήκης ἐλεύθερον εἶναι τὸν Θεόν. εἰ δὲ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τι μήτε ἐστὶ p. 276. μήτε ποτὲ γένοιτ' ἂν εὐαγὲς ἐπινοῆσαι συμπεπλεγμένον τῇ οὐσίᾳ[f], ποῖος ἔτι συγχωρήσει λόγος πρὸς τὴν ἀγέννητον ὁμοιοῦν τὴν γεννητήν; [g] τῆς κατ' οὐσίαν ὁμοιότητος ἢ συγκρίσεως ἢ κοινωνίας μηδεμίαν ὑπεροχὴν ἢ διαφορὰν καταλιπούσης, ἰσότητα δὲ σαφῶς ἐργαζομένης, μετὰ δὲ τῆς ἰσότητος ἀγέννητον ἀποφαινούσης τὸν ὁμοιούμενον ἢ συγκρινόμενον. οὐδεὶς δὲ οὕτως ἀνόητος καὶ πρὸς ἀσέβειαν τολμηρὸς ὥστε ἴσον εἰπεῖν τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, αὐτοῦ

1) Ps. 55 [54. LXX.], 20.

a. Basil. p. 62 s. f.

b. Male apud Basilium ἐπειδή γε δεῖ προσεῖναι ἐν τοῖς. [Par. II. habet ἐπειδή γε. E.]

c. [Par. II.: Ita est in ms. Lindembr.

vero consequentiae ratio illos cogit ut eandem utrique tribuant vocem, p. 274.
largiantur etiam, quod est honorificentius, aequalitatem, cum non inveniant ubinam statuere possint illam praeeminentiam.

10. Non enim profecto hoc dixerint, quod communis quidem ambobus essentia est, ordine vero et iis quae ex tempore promanant praerogativis hic quidem prior, ille vero posterior seu secundus est; quandoquidem in his, quae praeeminent, praeexistere omnino oportet causam eius praeeminentiae. Essentiae autem Dei non competit nec adiunctum est tempus, non aevum, non ordo. Ordo enim posterior est ordinante; nihil autem eorum, quae Dei sunt, ab alio est ordinatum. Et tempus stellarum quidam motus est; stellae vero non solum post ingenitam essentiam et omnia intelligibilia, sed etiam post prima corpora exstiterunt illisque omnibus sunt posteriores. De aeonibus autem seu aevo quid attinet dicere, cum Scriptura diserte affirmet p. 275.
ante saecula esse Deum, quod idem communes quoque attestantur ratiocinationes? Neque enim impium tantummodo, sed plane quoque et affatim ridiculum est, si illi, qui quidem concedunt unum esse ingenitum, nihilominus affirmare non dubitant vel ante illud exstitisse quid aliud vel una exstitisse. Sive enim prius quid existat, hoc iure meritoque dici poterit ingenitum, non illud, quod posterius fuit; sive una quid existere potuit, ratione illius societatis, quam utrumque respectu alterius habet, quia utrumque una fuit et alterum non sine altero fuit, hinc sane evertetur tolleturque illud, quod Deus unum quid sit et quidem ingenitum; id quod perinde est, ac si postquam prius certis officiis, quae distributione per sortem facta circumscripserunt ipsam amborum essentiam, postea illorum quandam conventionem eiusque conventionis causam inferant.

11. Quin imo neque fieri potest ut quidquam huic essentiae insit, cuiusmodi dicimus esse speciem vel molem aut quantitatem, propterea quod penitus ab omni compositione liber sit Deus. Si vero neque pium est, neque poterit esse unquam, horum et similium quid p. 276.
comminisci, quod id divinae competat essentiae, quae quaeso ratio concedet amplius, ut substantiae ingenitae genitam assimilemus? cum similitudo vel comparatio aut societas, quae est secundum essentiam, nullam praeeminentiam vel differentiam relinquat, aequalitatem autem perspicue adstruat, una vero cum aequalitate manifestum faciat assimilatum aeque oportere esse ingenitum. Nemo autem adeo demens et impie audax esse potest, ut aequalem affirmet Patri Filium, cum ipse

monente Fabricio, qui habet *οὐ χρόνος*, ut cod. 965., eodem sensu.]
d. Basil. pag. 68 extr.
e. Basil. *ἡ πηλικότητα.*
f. Basil. addit *τοῦ θεοῦ.*
g. Basil. p. 72 md.

p. 276. τοῦ κυρίου διαῤῥήδην εἰπόντος· [a]ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με μείζων μού ἐστιν[1]), ἢ συζεῦξαι θατέρῳ τῶν ὀνομάτων θάτερον, ἀνθέλκοντος ἑκατέρου πρὸς ἑαυτὸ καὶ μηδ' ἑτέρου προσιεμένου τὴν πρὸς θάτερον κοινωνίαν. ἄν τε γὰρ ἀγέννητος, οὐχ υἱός· ἄν τε υἱός, οὐκ ἀγέννητος. [b]ἀλλ' ὅτι μὲν εἷς ὁ τῶν ἁπάντων θεὸς ἀγέννητος καὶ ἀσύγκριτος, πλειόνων ὄντων τῶν παραλελειμμένων [c]ἀποχρῆναι ἡγοῦμαι τὰ ῥηθέντα πρὸς ἀπόδειξιν.

p. 277. [d]Ὅτι δὲ καὶ εἷς υἱός, μονογενὴς γάρ, ἐνῆν μὲν τὰς τῶν ἁγίων φωνὰς παραθεμένους, δι' ὧν υἱὸν καὶ γέννημα καὶ ποίημα καταγγέλλουσι, ταῖς τῶν ὀνομάτων διαφοραῖς καὶ τὴν τῆς οὐσίας παραλλαγὴν ἐμφανίσαντας, ἀπηλλάχθαι [e]φροντίδος καὶ πραγμάτων· διὰ δὲ τοὺς σωματικὴν τὴν γέννησιν ὑπολαμβάνοντας καὶ ταῖς ὁμωνυμίαις προσπταίοντας ἀναγκαῖον ἴσως καὶ περὶ τούτων διὰ βραχέων εἰπεῖν. [f]γέννημα τοίνυν τὸν υἱόν φαμεν κατὰ τὴν τῶν γραφῶν διδασκαλίαν, οὐχ ἕτερον μέν τι τὴν οὐσίαν νοοῦντες, ἕτερον δέ τι παρ' αὐτὴν τὸ σημαινόμενον, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι τὴν ὑπόστασιν, ἣν σημαίνει τοὔνομα, ἐπαληθευούσης τῇ οὐσίᾳ τῆς προσηγορίας· ταύτην δὲ [g]γεγεννῆσθαι μὲν οὐκ οὖσαν πρὸ τῆς ἰδίας συστάσεως, εἶναι δὲ γεννηθεῖσαν πρὸ πάντων γνώμῃ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

p. 278. Εἰ δέ τῳ δοκεῖ τολμηρὸν εἶναι τὸ ῥηθέν, ἐπισκεψάσθω παρ' ἑαυτῷ πότερον ὡς ἀληθὲς ὂν ἢ ψεῦδος. εἰ μὲν γὰρ τὸ πρότερον, ἀνυπαίτιος ἡ τόλμα κατὰ τὴν αὐτοῦ κρίσιν, ἐπείπερ μηδὲν τῶν ἀληθῶν ἐν καιρῷ καὶ μέτρῳ λεγόμενον ὑπαίτιον· εἰ δὲ ψεῦδος, ἀνάγκη δήπου πᾶσα τούτων τοὐναντίον ἀληθὲς ἡγεῖσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶν ὄντα γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν· ὅπερ οὐκ ἀτοπίας μόνον ἢ βλασφημίας, ἀλλὰ καὶ πάσης εὐηθείας ὑπερβολὴν ἂν ἔχοι. τῷ γὰρ ὄντι τί δεῖ γενέσεως; εἰ μὴ πρὸς ἕτερόν τι μεταῤῥυθμίζοιτο κατὰ τὴν ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων σωμάτων φύσιν, ἅπερ γενέσθαι λέγοιτ' ἂν ἀληθῶς, ὄντα μὲν ἃ ἐστιν, οὐκ ὄντα δὲ ἃ γίνεται. οὔτε γὰρ τὰ σπέρματα ἄνθρωπος οὔτε λίθος οἶκος, γίνεται δὲ τὸ μὲν ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἶκος. εἰ δὲ τούτων ἕκαστον, οἷς καὶ παραβάλλειν τὴν υἱοῦ γένεσιν πάντων εὐσεβέστατον, οὐκ ὄντα γίνεται, οὐ γὰρ

p. 279. ἐκεῖνο γίνεται, ὃ πρότερον ἦν, ποίαν δέξεται ἴασιν ὁ τὸν υἱὸν

1) Ioan. 14, 24. 28.

a. Huic dicto Basil. pag. 74 in. opponit Phil. 2, 6: *Non rapinam arbitratus est εἶναι ἴσα θεῷ, esse aequalem Deo.*

b. Basil. pag. 70 v. md. 78 v. md.

c. Basil. ἀποχρῆν ἡγοῦμαι καὶ τά.

d. Basil. lib. II. pag. 82 in.

Dominus diserte pronuntiet: *Pater, qui misit me, maior me est*, vel p. 276.
ut copulet alteri ex nominibus alterum, utroque contra ad se illud certatim trahente sibique appropriante, neque altero ullam societatem respectu alterius admittente. Si enim ingenitus, non erit filius, et si filius, non erit ingenitus. At quod unus ille cunctorum Deus sit ingenitus et incomparabilis, pluribus omissis, quae dici possent, sufficere haec, quae iam dicta sunt, ad demonstrationem existimo.

12. Quod autem Filius sit unus et unicus (unigenitus enim est), p. 277.
allatis in medium sanctorum vocibus, quibus tum genimen sive generaturam tum creaturam praedicant et per nomina discrepantia essentiae etiam discrepantiam manifestam faciunt, possemus ista ratione omni porro cura et labore supersedere. Verum propter illos, qui hanc generationem corporalem esse opinantur et aequivocationibus impingunt, necessarium fortassis erit etiam de his paucis breviterque dicere. Dicimus itaque Filium esse genimen sive generaturam, iuxta Scripturarum doctrinam, non aliud quid essentiam intelligendo, item aliud quid quod praeter ipsum significetur, sed illum esse hanc hypostasin, quam nomen ipsum significat, ita ut appellatio ipsi essentiae veritatem adstruat, siquidem essentia non verius quam ipsa appellatione monstratur. Dicimus autem porro hanc substantiam genitam esse, cum non esset ante propriam constitutionem, postquam vero genita fuit, exstitisse illam ante omnia decreto Dei et Patris.

13. Si vero alicui hoc ipsum ausu temerario dictum videtur, p. 278.
consideret ipse secum utrum verum hoc sit an falsum. Si prius, eiusmodi ausus culpa caret proprio istius hominis iudicio, quandoquidem nihil rerum verarum, quod suo quidem tempore et modo dicitur, habere culpam potest. Sin vero falsum est, summa profecto necessitate erit, ut quod illis, quae dixi, contrarium est, verum putemus. Hoc vero est, Filium genitum esse cum antea existeret, id quod non solum absurditatis vel blasphemiae, sed etiam summae non potest non esse fatuitatis. Res enim, quae est, quid quaeso opus habet generatione, nisi ad similitudinem alicuius alterius rei transformetur iuxta rerum animatarum naturam? Quae quidem vere fieri dici possunt, cum existant quod sunt, non autem existant ea quae fiunt. Etenim hominis semen non statim ipse est homo neque lapis domus, fit autem tandem illud quidem homo, hic vero domus. Si vero unum quodlibet eorum, quibus assimilari Filii generationem omnium est piissimum, cum non sint prius, tandem tamen quid fiant (non enim fieri p. 279.
dici potest quod antea erat), cuiusmodi quaeso medicinam admittet,

e. Basil. φροντίδων.
f. Basil. pag. 92 in. 96 md.
g. Basil. pag. 100 md. 106 v. md.
h. Basil. pag. 106 md.

p. 279. ὄντα γεγεννῆσθαι λέγων; [a]εἰ γὰρ πρὸ τῆς γεννήσεως ἦν, ἀγέννητος ἦν.

Ἀλλὰ πάλαι γε καλῶς ὡμολόγηται μηδὲν ἕτερον ἀγέννητον εἶναι παρὰ τὸν Θεόν. ἢ τοίνυν μεταθέσθωσαν τῆς ὁμολογίας, ἕτερον εἰσάγοντες ἀγέννητον, ἢ τούτοις ἐμμένοντες παραιτείσθωσαν λέγειν ὄντα γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν, ἐπεὶ μηδὲ συγχωρεῖ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ γεννήματος ἡ προσηγορία πρὸς τὴν ἀγέννητον. πᾶσα γὰρ γένοιτο σύγχυσις ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων, μιᾶς μὲν οὐσίας οὔσης τε καὶ λεγομένης ἀγεννήτου, ἐπεισαγομένης δὲ τῷ λόγῳ πάλιν ἑτέρας, εἶτα ταύτης γεννητῆς ὀνομαζομένης, υἱοῦ τε μὴ γεννηθέντος κατ' αὐτοὺς καὶ πατρὸς μὴ γεννήσαντος, ὀνόματα, εἴγε μὴ γεννηθεὶς ἦν. πλὴν εἰ μή τις κατὰ τὸν λόγον κακὸν κακῷ
p. 280. ἰώμενος μείζονι τὸ ἔλαττον αὐξητικὴν ἢ μεταβλητικὴν ἐπινοήσειε γένεσιν, πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις μήτ' ἐκεῖνο καλῶς λογισάμενος, ὡς εἴτε αὐξάνοι τι, προσθήκῃ τινὸς τῶν ἔξωθεν αὐξήσειεν ἄν. πόθεν οὖν τὸ προστεθέν, εἰ μὴ καὶ ἕτερον ὑποθοίμεθα; ἀλλὰ εἰ μὲν τοῦτο, πολλὰ τὰ ὄντα καὶ ἀγέννητα ὄντα εἰς συμπλήρωσιν ἑνὸς ἐπινοεῖν ἀναγκαῖον, εἰ δ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἡ αὔξησις, πότερον ἄμεινον ὁμολογεῖν πᾶν μὴ ὂν γεγεννῆσθαι γνώμῃ τοῦ παραγαγόντος, ἢ σύνθετον λέγειν τὴν οὐσίαν ἐξ ὄντος καὶ μὴ ὄντος; εἴτε μεταβάλλοιτο, μηδενὸς ὄντος εἰς ὃ μεταβληθείη εἰς τὸ μὴ ὂν ἐξ ἀνάγκης μεταβληθήσεται. καὶ πῶς οὐκ εὔηθες, ἵνα μὴ λέγωμεν ἀσεβές, τὸ ὂν εἰς τὸ μὴ ὂν κεχωρηκέναι λέγειν; δέον ἀφεμένους τῆς ἀμέτρου ταύτης εὐηθείας, παρανοίας δὲ μᾶλλον, σωφρόνως παραδέξασθαι τἀληθές.

Ἀλλ' οὗτοι μὲν ταύταις καὶ πολλῇ πλείοσι τούτων ἀτοπίαις
p. 281. ὄντες ὑπόδικοι λελῆθασι σφᾶς αὐτούς, οὐχ ἡμᾶς τόλμης εὐθύναις δικαίως ὑπάγοντες, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀσεβείας ἐγκλήμασιν· [b]ἡμεῖς δὲ τοῖς ὑπό τε τῶν [c]ἁγίων πάλαι καὶ νῦν ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν ἀποδεδειγμένοις ἐμμένοντες, μήτε τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ προσιεμένης γέννησιν ὡς ἀγεννήτου μήτε διάστασιν ἢ μερισμὸν ὡς ἀφθάρτου, μήτε μὴν ἑτέρας τινὸς ὑποκειμένης εἰς υἱοῦ γέννησιν, μὴ ὄντα φαμὲν γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν. [d]οὐ κοινοποιοῦμεν οὐδὲ τοῦ μονο-

a. Basil. pag. 116 md.
b. Basil. pag. 118 in.
c. Basil. ἁγ. πατέρων πάλαι (antea) et ἁγ. καὶ πάλαι (Garn.)

qui Filium eum ante exstiterit dicit genitum esse? Si enim ante ge- p. 279.
nerationem erat, erat utique ingenitus.

14. Verum vetusta recte habet confessio, quod nihil praeter Deum sit ingenitum. Aut igitur recedant ab illa confessione, et aliud quid proferant, quod sit ingenitum; vel si inhaerere illi sententiae volent, caveant in posterum ita loqui, quod Filius cum antea fuerit genitus sit, quia filii et prolis seu geniminis appellatio non ingreditur unum et idem subiectum cum appellatione ingeniti. Summa enim et extrema confusio oriri potest tam nominum quam rerum, si cum una revera sit et dicatur essentia ingenita, verbo autem alia praeter illam introducatur, posteaque haec genita nominetur, Filius autem non sit genitus iuxta ipsorum sententiam, neque Pater generaverit nomine tenus, si quidem non existat genitus; praeterquam nisi quis iuxta tritum sermonem malum minus malo curans maiori excogitaverit aliquam generationem, quae fiat per augmentationem, transformationem sive transmutationem. Et neque hoc modo praeter omnia alia probe ratiocina- p. 280.
retur, propterea quod si quid augmentetur, necesse sit ut auctario aliquo externo augmentum capiat. Unde igitur poterit esse illa additio, sive id, quod appositum censetur, nisi aliquid aliud prius subiecti loco ponamus? Atqui si res ita se habet, necesse fuerit excogitare multa, quae suum esse in semet habent et ingenita sunt, ut unum illud perfecte compleant. Sin vero augmentum illud accedit ex aliqua re, quae non est, utrum quaeso praestat confiteri, an quod non fuit, id gigni decreto illius, qui id produxit, an vero dicere essentiam constare ex ente et non ente, seu ex re aliqua, quae est vel fuit et non est vel non fuit? Sique transmutatur, nulla re existente, in quam possit transmutari, transmutabitur necessario in id, quod non est. Et quomodo quaeso non sit stolidum, ne dicamus impium, affirmare id, quod est, abiisse in aliquid, quod non est? Imo vero conveniens est ut missa et abiecta immodica hac stultitia aut potius insania debita modestia id, quod verum est, acceptetur.

15. Verum hi homines non vident hisce et longe pluribus absurditatibus esse se obnoxios, neque nos iuste in crimen audaciae ac p. 281.
praesumtionis merito abducere, sed ipsos semet impietatis accusare. Nos vero in his, quae olim a sanctis Patribus et nunc a nobis demonstrata, permanemus, et cum neque essentia Dei admittat generationem, utpote quae est ingenita, neque distantiam aut partitionem, siquidem est incorruptibilis, cumque nulla alia dari possit ad Filii generationem, dicimus Filium genitum esse cum antea non existeret; non quod communem faciamus essentiam Unigeniti cum iis, quae de

d. Basil. pag. 122 v. md.

p. 281. γενοῦς τὴν οὐσίαν πρὸς τὰ ἐκ μὴ ὄντων γενόμενα, ἐπείπερ οὐκ οὐσία τὸ μὴ ὄν, τῇ δὲ τοῦ ποιήσαντος γνώμῃ τὴν διαφορὰν τοῖς πᾶσιν ὁριζόμενοι τοσαύτην αὐτῷ νέμομεν ὑπεροχήν, ὅσην ἔχειν ἀναγκαῖον τῶν ἰδίων ποιημάτων τὸν ποιητήν. πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι[1]) κατὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην ὁμολογοῦμεν, συναπογεννηθείσης ἄνωθεν αὐτῷ τῆς δημιουργικῆς δυνάμεως, ὥστ' εἶναι θεὸν μονογενῆ πάντων τῶν μετ' αὐτὸν καὶ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. [a]μόνος γὰρ τῇ τοῦ ἀγεννήτου δυνάμει γεννηθεὶς καὶ
p. 282. κτισθεὶς τελειότατος γέγονεν ὑπουργὸς πρὸς πᾶσαν δημιουργίαν καὶ γνώμην τοῦ πατρός.

[b]Εἰ δ' ὅτι πατὴρ καὶ υἱός, διὰ τοῦτο ἀνθρωπίνην καὶ σωματικὴν χρὴ τὴν γέννησιν ἐννοεῖν, κἀκ τῶν ἐν ἀνθρώποις γεννήσεων ἀναγομένους τοῖς τῆς μετουσίας ὀνόμασι καὶ πάθεσιν ὑπάγειν τὸν θεόν, ἐπειδὴ καὶ δημιουργὸς ὁ θεός, ὕλην ὑποβάλλειν δεῖ πρὸς γένεσιν τῶν δεδημιουργημένων κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν πλάνην. ὁ γὰρ ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας γεννῶν ἄνθρωπος οὐκ ἂν ὕλης χωρὶς δημιουργήσειεν. εἰ δὲ τοῦτο παραιτοῖντο, μηδὲν τῆς τῶν ὀνομάτων φροντίζοντες προφορᾶς, τὴν δὲ τῷ θεῷ περιπίπτουσαν ἔννοιαν διασώζοντες ἐπιτρέποιεν ἐξουσίᾳ μόνῃ δημιουργεῖν, πῶς ἂν ἔχοι χώραν τὸ τῆς μετουσίας πάθος ἐπὶ θεοῦ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν; τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσειε τῶν εὐφρονούν-
p. 283. των, ὅτι τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν κατὰ τὴν ἐκφώνησιν καὶ προφορὰν τὴν κοινωνίαν ἔχει μόνον, οὐκ ἔτι δὲ κατὰ τὴν σημασίαν; ὡς ὀφθαλμὸς ἔπί τε ἀνθρώπου καὶ θεοῦ λεγόμενος· τοῦ μὲν γὰρ σημαίνει τι μέρος, τοῦ δὲ ποτὲ μὲν ἀντίληψιν καὶ φυλακὴν τῶν δικαίων, ποτὲ δὲ τὴν τῶν πραττομένων γνῶσιν.

Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ τὴν ἐκφώνησιν κεχωρισμένα τὴν αὐτὴν ἔχει σημασίαν, ὡς τὸ ὂν καὶ μόνος ἀληθινὸς θεός. οὐκοῦν οὐδὲ ὅταν λέγηται πατήρ, κοινὴν ἐννοεῖν χρὴ πρὸς ἀνθρώπους τὴν ἐνέργειαν, ἐπ' ἀμφοῖν συνεπινοοῦντας ταύτῃ ῥεῦσιν ἢ πάθος, ἐπείπερ ἡ μέν ἐστιν ἀπαθής, ἡ δὲ μετὰ πάθους, οὐδὲ ὅταν λέγηται πνεῦμα, κοινὴν ἔχει πρὸς τὰ λεγόμενα πνεύματα τὴν φύσιν, ἐν πᾶσι δὲ τὸ ἀνάλογον σώζοντας [c]μήτε τὸν υἱὸν ἀκούοντας ποίημα δυσχεραίνειν, ὡς κοινοποιουμένης πάντως καὶ τῆς οὐσίας ὑπὸ τῆς
p. 284. τῶν ὀνομάτων κοινωνίας. ὁ μὲν γάρ ἐστιν ἀγεννήτου καὶ ἀποιήτου

1) Ioan. 1, 3.

a. Basil. pag. 124 in. 126 v. md.
b. Basil. pag. 128 md. 132 extr.
c. Basil. pag. 136 extr.

nihilo facta sunt (siquidem non est essentia id, quod non est), sed p. 281.
eius qui fecit decreto seu sententia, dum differentiam omnibus rebus definitam assignamus, ipsi tantam prae aliis omnibus excellentiam tribuimus, quantam quidem opificem habere necesse est prae propriis quae fecit operibus. Etenim omnia per ipsum facta esse secundum beatum Ioannem confitemur, congenita scilicet ipsi ab initio creandi facultate, ut ita sit Deus unigenitus respectu omnium earum rerum, quae post ipsum et per ipsum factae sunt. Cum enim ipse solus ingeniti potentia genitus sit et creatus perfectissimus, hinc minister p. 282.
fuit in tota creatione et decreto Patris perficiendo.

16. Si vero ideo, quia Pater et Filius vocantur, propterea humanam et corporalem generationem oportet concipere, et ita de ea cogitare, et subducta ratione ex iis quae ab hominibus fiunt operibus transmutationis seu transsubstantiationis nominibus et passionibus Deum subiicere, siquidem quoque creator Deus, oportet nos illi substernere materiam, ut opera, quae facit, eventum effectumque suum sortiantur, qui Graecorum est error. Homo enim, qui ex propria gignit essentia, non sane quidquam struxerit sine materia. Quod si hoc dicere recusarint, nominum eloquutionem nihil omnino curantes, sique nihilominus servata veritate dignae de Deo notionis attribuerint soli divinae potentiae creandi officium et facultatem; quomodo quaeso locum habere in Deo poterit passio transsubstantiationis et participationis essentiae propter appellationem Patris? Ecquis enim eorum, qui recte sentiunt sanave sunt mente, diffiteri potest, quod quaedam nomina tantum quandam habent communionem ratione pronuntiationis et eloquutio- p. 283.
nis, non autem quoad significationem? Ut oculus, qui de homine et Deo dicitur, illius quidem partem quandam notat, huius vero interdum auxilium et custodiam iustorum, nonnunquam ipsam notitiam eorum, quae aguntur.

17. Multa vero cum magnam habeant quando pronuntiantur discrepantiam, eandem tamen obtinent significationem, ut Ens et solus verus Deus. Ergo neque si quando Pater nominetur, statim talem concipere mente operationem debemus, quae communis ipsi sit cum hominibus, ut simul utrobique hac ratione fluxum aut passionem mente agitemus. Siquidem operatio divina nulli passioni aut affectioni est obnoxia, hominum autem fit cum passione; illa passione caret, haec cum illa est. Neque si quando nominetur Spiritus, statim propterea communem habet naturam cum aliis, quae spiritus appellantur. In omnibus autem oportet nos modum et analogiam rationi et unicuique naturae consentaneam servare, neque statim indignari, cum Filium p. 284.
creaturam esse audimus, quasi nominum aequivocatio ipsam prorsus

p. 284. γέννημα καὶ ποίημα, οὐρανὸς δὲ καὶ ἄγγελοι καὶ πᾶν ὅπερ ἐστὶν ἄλλο ποίημα τούτου τοῦ ποιήματός ἐστι ποιήματα, προστάγματι τοῦ πατρὸς δι' αὐτοῦ γενόμενα. οὕτω γὰρ ἂν ταῖς γραφαῖς τὸ ἀψευδεῖν φυλάττοιτο ποίημα καὶ γέννημα λεγούσαις τὸν υἱόν, καὶ τῶν ὑγιαινόντων ἡμεῖς οὐκ ἐκστησόμεθα λογισμῶν, μήτε μέρη τῷ θεῷ περιάπτοντες, μήτε μὴν πρὸς μὲν γέννησιν τὴν ἰδίαν οὐσίαν, πρὸς δὲ κτίσιν ὕλην ὑποβάλλοντες, ἐξ ὧν ἡ τῶν ὀνομάτων διαφορὰ γίγνεσθαι πέφυκεν.

Εἰ δὲ μήτε γεννῶν ὁ θεὸς τῆς οἰκείας τῷ γεννωμένῳ μεταδίδωσι φύσεως κατὰ τοὺς ἀνθρώπους, ἀγέννητος γάρ, μηδὲ κτίζων ὕλης ἐπιδεῖταί τινος ἀπροσδεὴς ὢν καὶ δυνατός, ἀλόγιστος παντάπασιν ἡ τοῦ κτίσματος παραίτησις. ἐκ δὴ τούτων καὶ τῶν
p. 285. τοιούτων δεικνυμένους (ἐχρῆν) μήτε πάντη τοῖς ὀνόμασι συνεξομοιοῦν πειρᾶσθαι τὰς σημασίας, μήτε μὴν παραλλάττειν παρηλλαγμένων, ταῖς δὲ τῶν ὑποκειμένων ἐννοίαις προσέχοντας ἀκολούθως ἐφαρμόττειν τὰς προσηγορίας, ἐπεὶ μηδὲ ταῖς φωναῖς πέφυκεν ἀκολουθεῖν τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, τοῖς δὲ πράγμασιν ἐφαρμόζεσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν ἡ τῶν ὀνομάτων δύναμις. καταμέμψαιτο δ' ἄν τις οὐχ ἧττον καὶ τοὺς γέννημα μὲν καὶ ποίημα τὸν υἱὸν εἶναι πειθομένους, ἀγέννητόν τε καὶ ἄκτιστον τὸν θεὸν συντιθεμένους, τῇ δὲ τῶν δευτέρων προσθήκῃ καὶ τῇ κατ' οὐσίαν ὁμοιότητι ταῖς προλαβούσαις ὁμολογίαις ἐναντιουμένους. οὓς ἐχρῆν, εἰ μέν τις ἦν αὐτοῖς ἀληθείας φροντίς, παρηλλαγμένων τῶν ὀνομάτων παρηλλαγμένας ὁμολογεῖν καὶ τὰς οὐσίας (ἡ γὰρ ἂν οὕτω καὶ μόνως τὴν δικαίαν ἐφύλαττον τάξιν, ἑκατέρᾳ τούτων τὴν προσήκουσαν ἀποδιδόντες ὁμολογίαν), εἰ δὲ μὴ ταύτης ποι-
p. 286. οῦνται τινα λόγον, τῆς γοῦν ἰδίας ἐπινοίας φυλάξαι τὴν ἀκολουθίαν, καὶ μὴ τῆς αὐτῆς φύσεως παραχωροῦντας ἀλλοτριοῦν τῆς ἁρμοζούσης ὀνομασίας, ἀποδεδειγμένου διὰ πάντων ἡμῖν τῶν προλαβόντων αὐτῶν εἶναι τῶν οὐσιῶν σημαντικὰς τὰς προσηγορίας.

Εἴποι δ' ἄν τις ἴσως πρὸς ἀντιλογίαν ἠκονημένος, ὡς εἴπερ δεῖ τοῖς ὀνόμασι προσέχειν καὶ διὰ τούτων προσάγεσθαι ταῖς τῶν ὑποκειμένων ἐννοίαις, καθὸ μὲν ἀγέννητον καὶ γεννητὸν παρηλλάχθαι φαμέν, καθὸ δὲ φῶς καὶ φῶς, ζωή τε καὶ ζωή, δύναμις καὶ δύναμις, ἐοικέναι. πρὸς ὃν φαμεν, οὐ βακτηρίᾳ χρώμενοι πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀντ' ἀποκρίσεως κατὰ τὸν Διογένους ἐπαινέτην, πολὺ γὰρ κυνισμὸς κεχώρισται χριστιανισμοῦ, τὸν δὲ μακάριον

a. Basil. pag. 138 v. md.

essentiam communem reddat. Filius enim est ingeniti et non facti p. 284.
genimen seu progenies et factura vel opus, caelum vero et angeli et quidquid est praeterea creaturarum huius facturae seu operis sunt facturae seu opera, praecepto Patris per ipsum facta. Sic enim Scripturis sua constabit veritas, et ipsae ab omni mendacio sartae tectae conservari poterunt, cum videlicet illae de Filio pronuntient, quod factura sit et genimen; praetereaque hoc pacto a sanis ratiocinationibus non deflectemus, dum videlicet neque ullas Deo partes attribuimus, neque ipsi ad generationem propriam essentiam, ad creationem vero materiam subiicimus, unde existere solet nominum differentia.

18. Si vero Deus neque dum generat, de propria sua natura genito quidquam impertit hominum more, ingenitus enim est, neque dum creat, materia indiget, utpote qui nulla re opus habet et potens est, omnino rationem nullam habet, quod Filium creaturam dici nolunt. Ex his sane et eiusmodi aliis cum manifestum sit, imo adversarii oculari quasi demonstratione doceantur, non ubivis significationes p. 285.
verbis esse coaequandas, neque alternandas esse res sua natura differentes, subiectis autem rebus accurata consideratione adhibita aptas, convenientes et proprias significationes esse applicandas, siquidem natura rerum non ipsas sequi voces solet, sed necesse est ut vocum valor apte et convenienter rebus indatur. Culpaverit sane quis non parum etiam eos, qui quidem Filium progeniem et facturam esse persuasi sunt, simulque ingenitum et increatum Deum fatentur, verum posteriorum assertionum accessione et exaequatione illa, quam faciunt ratione essentiae, hisce suis prioribus confessionibus contradicunt. Quos utique deceret, si qua veritatis cura moverentur, cum diversa sint nomina, diversas etiam essentias confiteri. Nam vel hac et quidem sola ratione iustum servarent ordinem, et sic quoad utrumque horum convenientem ederent confessionem. Si vero nullam prorsus veritatis habeant rationem, saltem propriorum commentorum consequentiam ob-
servarent, neque recedendo ab una eademque natura appellationes a p. 286.
convenientia propria alienarent, cum passim in praecedentibus a nobis sit demonstratum, voces esse essentiarum significativas.

19. Dixerit autem fortasse quis ad contradicendum instructus ac veluti cote acutus redditus, quod si habita ratione nominum in rerum subiectarum considerationem est eundum, quatenus quidem ingenitum et genitum differre dicimus, quatenus vero lumen et lumen, vita et vita, potentia et potentia, non differre, sed eiusdem esse rationis. Cui respondemus, non baculo utentes ad quaestionem loco responsionis, id quod de Diogene refert eius laudator, Cynismus enim multum differt a Christianismo, sed sanctum Paulum imitantes, qui dicit longanimi-

p. 286. Παῦλον ἐζηλωκότες, ὃς φησι δεῖν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ παιδεύειν τοὺς ἀντιδιατιθεμένους[1]), ὅτι τὸ μέν ἐστιν ἀγέννητον φῶς, τὸ δὲ γεννητόν. [a]πότερον ἄλλο τι σημαίνει τὸ φῶς ἐπ' ἀγεννήτου λεγόμενον παρὰ τὸ γεννητόν, ἢ ταὐτὸν ἑκάτερον; εἰ μὲν γὰρ ἕτε-
p. 287. ρόν τι καὶ ἕτερον, εὔδηλον ὅτι καὶ σύνθετον τὸ ἐξ ἑτέρου καὶ ἑτέρου συγκείμενον, τὸ δὲ σύνθετον οὐκ ἀγέννητον· εἰ δὲ ταὐτόν, ὅσον παρήλλακται [b]τὸ ἀγέννητον πρὸς τὸ γεννητόν, τοσοῦτον παρηλλάχθαι δεῖ καὶ τὸ φῶς πρὸς τὸ φῶς καὶ τὴν ζωὴν πρὸς τὴν ζωὴν καὶ τὴν δύναμιν πρὸς τὴν δύναμιν. ὁ γὰρ αὐτὸς κανὼν καὶ τρόπος πρὸς τὴν ἁπάντων τῶν τοιούτων διάλυσιν. εἰ τοίνυν πᾶν, ὅπερ λέγεται τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας σημαντικόν, ἴσον ἐστὶ κατὰ τὴν τῆς σημασίας δύναμιν τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τὸ ἀμερὲς καὶ ἀσύνθετον, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον κἀπὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτὸν τῷ γεννήματι, παρηλλάχθαι δὲ ταῦτά φασι καὶ αὐτοί· τίς ἔτι συγχωρήσει λόγον τὴν τῆς οὐσίας ὁμοιότητα προσάγειν, ἢ τινι τὴν ὑπεροχὴν κατὰ τὸ μεῖζον ὁρίσασθαι, παντὸς μὲν ὄγκου, παντὸς δὲ χρόνου καὶ τῶν τοιούτων ἐξῃρημένων, ἁπλῆς τε καὶ μόνης οὔσης τε τῆς οὐσίας καὶ νοουμένης;

[a]Τὴν ἀρχὴν δὲ δοκοῦσί μοι οἱ τὴν ἀδέσποτον καὶ πάσης μὲν
p. 288. αἰτίας κρείττονα, πάντων δὲ νόμων ἐλευθέραν οὐσίαν τῇ γεννητῇ καὶ νόμοις πατρικοῖς δουλευούσῃ [d]συγκρῖναι τολμήσαντες ἢ μηδὲ ὅλως τὴν τῶν ὅλων φύσιν ἐπεσκέφθαι, ἢ μὴ καθαρᾷ τῇ διανοίᾳ τὰς περὶ τούτων ποιεῖσθαι κρίσεις. δυεῖν γὰρ ἡμῖν τετμημένων ὁδῶν πρὸς τὴν τῶν ζητουμένων εὕρεσιν, μιᾶς μέν, καθ' ἣν τὰς οὐσίας αὐτὰς ἐπισκοποῦμενοι καθαρῷ τῷ περὶ αὐτῶν λόγῳ τὴν ἑκάστου ποιούμεθα κρίσιν, θατέρας δὲ τῆς διὰ τῶν ἐνεργειῶν ἐξετάσεως, ἣν ἐκ τῶν δημιουργημάτων καὶ τῶν ἀποτελεσμάτων διακρίνομεν, οὐδετέραν τῶν εἰρημένων εὑρεῖν ἐμφαινομένην τὴν τῆς οὐσίας ὁμοιότητα δυνατόν. εἴτε γὰρ ἐκ τῶν οὐσιῶν ποιοῖτό τις τῆς ἐπισκέψεως τὴν ἀρχήν, [a]ἡ μὲν ἀνωτέρω βασιλείας καὶ πάντη γεννήσεως ἀνεπίδεκτος οὖσα, τούτοις τε παιδεύουσα τὴν μετ' εὐνοίας προσιοῦσαν διάνοιαν, ἀπωθεῖν ὡς πορρωτάτω πα-
p. 289. ρακελεύεται [e]νόμῳ φύσεως τὴν πρὸς ἕτερον σύγκρισιν, ἀκόλουθον καὶ προσήκουσαν τῷ τῆς οὐσίας ἀξιώματι παρέχουσαν νοεῖν καὶ τὴν ἐνέργειαν· [e]εἴτ' ἐκ τῶν δημιουργημάτων σκοπούμενος ἐκ τούτων ἐπὶ τὰς οὐσίας ἀνάγοιτο, τοῦ μὲν ἀγεννήτου τὸν υἱὸν εὑρί-

1) 2. Tim. 2, 25.

a. Basil. pag. 140 in.
b. Basil. τὸ γεννητὸν πρὸς τὸ ἀγέννητον, eodem sensu.
c. Basil. pag. 152 extr.
d. Apud Basil. συγκρίνειν.
e. Basil. pag. 150 extr.

tate adversarios esse erudiendos. Respondemus inquam, quod quae- p. 286.
dam lux est ingenita, quaedam vero genita. Utrum vero diversum seu aliud quid lux significat, cum de ingenita, quam cum de genita natura usurpatur, vel an unum et idem notat utrobique? Etenim si quidem diversum quid hic et diversum illic significat, manifestum inde est p. 287.
quod etiam compositum quid sit, ex alio videlicet et alio constans. Quod autem compositum est, ingenitum esse non potest. Sin vero unum et idem utrobique notat, quantum differt ingenitum a genito, tantum etiam differre oportet lumen a lumine et vitam a vita et potentiam a potentia. Unus enim et idem hic canon ac modus ad solutionem omnium eiusmodi obiectionum adhiberi potest. Si igitur quidquid significativum est essentiae Patris, aequale est vi significationis τῷ ingenito, propterea quod hic partium aut compositionis est nihil; eadem quoque ratione de Unigenito dicendum est, quod et ibi aequale est τῷ genito. At ipsi quoque haec differre dicunt. Quis quaeso amplius concedet sermonem essentiae aequalitatem adducere, aut cui aliquam ita praeeminentiam statuere, quod alter altero sit maior omni quidem mole, omni vero tempore et aliis eiusmodi rebus remotis, concessoque quod simplex et una sit et intelligi debeat?

20. Videntur vero nobis omnino illi, qui nullius dominio subditam et omni causa superiorem et ab omnibus legibus liberam es- p. 288.
sentiam naturae genitae et paternis legibus servienti comparare ausi sunt, neque ullo plane modo universitatis rerum considerasse naturam, aut si quando hoc faciunt, non pura mente de hisce rebus facere iudicia. Etenim cum nobis duae sint distinctae viae ad earum rerum, de quibus quaeritur, inventionem excogitatae, una quidem, iuxta quam ipsas essentias consideramus et ita sincera de ipsis ratione unumquodque sub censuram nostram vocamus, altera autem, quae fit per indagationem operationum, seu cum per operationes fit indagatio, quam ex ipsis iam factis et absolutis operibus diiudicamus. Tertiam viam, quae neutra sit harum et quae praeter iam dictas talem essentiae aequalitatem monstret, reperire est impossibile. Nam sive quis disquisitionis initium capere velit ex ipsis essentiis, illa quidem, quae superior est, cum alterius dominium vel ullam generationem neutiquam admittat et eiusmodi rebus mentem nostram cum amore veritatis accedentem erudiat, quam longissime iubet repellere lege naturae talem ad aliud comparationem, praebetque occasionem, ut talem mente ver- p. 289.
semus operationem, quae conveniens sit essentiae maiestati. Sin vero ex opificiis quis iudicium instituere velit indeque ad essentias feratur, ubi Filium ingeniti inveniet facturam seu opus, Unigeniti

f. Basil. pag. 154 s. f. g. Basil. pag. 156 md. 160 v. md.

p. 289. σκων ποίημα, τοῦ δὲ μονογενοῦς τὸν παράκλητον, κἀκ τῆς τοῦ μονογενοῦς ὑπεροχῆς τὴν τῆς ἐνεργείας διαφορὰν πιστούμενος, ἀναμφισβήτητον λαμβάνει καὶ τῆς κατ' οὐσίαν παραλλαγῆς τὴν ἀπόδειξιν, ἵνα μὴ τρίτον λέγωμεν, ὅτι πάμπολυ διενήνοχεν ὁ δημιουργῶν ἐξουσίᾳ τοῦ νεύματι πατρικῷ ποιοῦντος καὶ μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν ὁμολογοῦντος[1]), ὅ τε προσκυνούμενος τοῦ προσκυνοῦντος.

Εἰ μὲν οὖν μηδὲν ἄτοπον ἡγοῦνται τῶν αὐτῶν ἐπίσης ἑκατέρων μεταδιδόναι τούτων, οἷον οὐσίας, ἐνεργείας, ἐξουσίας, ὀνόματος, ἀνελόντες τὰς τῶν ὀνομάτων καὶ πραγμάτων διαφοράς, δύο p. 290. σαφῶς ἀγέννητα λεγέτωσαν· εἰ δὲ τοῦτο προφανῶς ἀσεβές, μὴ δὲ ἐπικαλύμματος ὁμοιότητος ὀνόματι κατασκευαζέτωσαν τὸ πᾶσιν ὁμολογούμενον εἰς ἀσέβειαν. ἀλλ' ἵνα γε μὴ δοκοίημεν κατὰ τὴν ἐπενεχθεῖσαν ἡμῖν καὶ παρὰ πολλοῖς θρυλλουμένην βλασφημίαν ἰδίοις πλάσμασι καὶ λόγοις ἐκβιάζεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἐκ τῶν γραφῶν αὐτῶν ποιησόμεθα τούτων τὴν ἀπόδειξιν. εἷς ὑπὸ νόμου καὶ προφητῶν καταγγέλλεται θεός. οὗτος καὶ τοῦ μονογενοῦς εἶναι θεὸς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ὁμολογεῖται. πορεύομαι γάρ, φησί, πρὸς τὸν θεόν μου καὶ θεὸν ὑμῶν[2]). μόνος ἀληθινὸς θεός[3]), μόνος σοφός[4]), μόνος ἀγαθός[5]), μόνος δυνατός, μόνος ἔχων ἀθανασίαν[6]). θορυβείσθω δὲ μηδεὶς μηδὲ ταρασσέσθω τὴν διάνοιαν. οὐ γὰρ ἐπ' ἀναιρέσει τῆς τοῦ μονογενοῦς θεότητος ἢ τῆς σοφίας ἢ τῆς ἀθανασίας ἢ τῆς ἀγαθότητος χρώμεθα τοῖς εἰρημένοις, ἀλλ' p. 291. ἐπὶ διακρίσει τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεροχῆς. μονογενῆ μὲν γὰρ ὁμολογοῦμεν θεὸν καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν, ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον, σοφόν, ἀγαθόν. ἀλλ' αὐτῆς γε τῆς συστάσεως καὶ παντὸς ὅπερ ἐστὶ τὸν πατέρα φαμὲν αἴτιον, οὐκ ἔχοντα τῆς ἰδίας οὐσίας ἢ τῆς ἀγαθότητος αἴτιον ὡς ἀγέννητον, ταύτην ἡμῖν παρεχόντων τὴν ἔννοιαν τῶν προτεθέντων.

Οὐκ οὖν εἰ μόνος μὲν ἀληθινὸς ὁ θεὸς καὶ σοφός, ἐπειδὴ καὶ μόνος ἀγέννητος, μονογενὴς υἱός, ἐπειδὴ μόνος ἀγεννήτου γέννημα, οὐκ ἂν δέ τι μόνον εἴη, κοινοποιουμένης πρὸς ἕτερον δι' ὁμοιότητα τῆς φύσεως. χρὴ τοίνυν τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοιότητα ἀνελόντες, τὴν δὲ τοῦ υἱοῦ πρὸς τὸν πατέρα δεξάμενοι κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον, εἰς ἕνα καὶ μόνον ἀληθῶς ἐνάγειν τὴν τῶν πάντων αἰτίαν τε καὶ ἀρχήν, ὑποτεταγμένου θηλαδὴ τοῦ υἱοῦ τῷ πατρί, τὴν δὲ περὶ τούτων ἔννοιαν ἀκριβῶς διακαθαίροντας, καὶ τὸν τῆς ἐνεργείας τρόπον οὐκ ἀνθρώπειον νομίζειν, εὐμαρῆ δὲ καὶ θεῖον,

1) Ioan. 5, 19. 2) Ioan. 20, 17. 3) Ioan. 17, 3. 4) Rom. 16, 27. 5) Matth. 19, 17. 6) 1. Tim. 6, 15. 16.

autem Paracletum seu Spiritum sanctum, cumque ex Unigeniti prae- p. 289.
eminentia de operationis differentia edoctus fuerit, indubitatam accipit de diversitate etiam secundum essentiam demonstrationem, ut non opus nobis sit tertium nominare; siquidem qui propria potestate aliquid operatur, plurimum differt ab eo, qui nutu paterno quid facit et fatetur se nihil a semet ipso facere, quique adoratur, ab eo, qui adorat.

21. Si igitur nullo modo absurdum esse putant aequali ratione utrisque haec eadem communicare, nimirum essentiam, operationem, potestatem, nomen, sublatis prorsus nominum et rerum differentiis, pronuntient una opera diserte duo esse ingenita. Sin vero manifeste hoc impium est, age probent non illa similitudinis appellatione, qua p. 290.
ceu velamento quodam utuntur, sed certis argumentis, quod omnium confessione impietati datur. Caeterum ne videamur iuxta intentatam nobis et in multorum ore versantem blasphemiam propriis figmentis vim velle veritati afferre, iam porro ex ipsis Scripturis illa, quae diximus, demonstrabimus. Unus a lege et Prophetis perhibetur esse Deus, et quod is ipse sit Unigeniti quoque Deus, ex ipsius Salvatoris confessione patet. Nam *Vado,* inquit, *ad Deum meum et Deum vestrum. Solus verus Deus, solus sapiens, solus bonus, solus potens, solus habens immortalitatem.* Nemo quaeso animo tumultuoso et commoto haec excipiat, nemo in mente perturbetur. Neque enim ideo hoc allato sermone sumus usi, ut Unigeniti divinitatem vel sapientiam vel immortalitatem vel bonitatem tolleremus, sed ad ostendendam differentiam respectu praeeminentiae Patris. Etenim unigenitum confitemur Deum et Dominum nostrum Iesum Christum, incorruptibilem et immortalem, sapientem, bonum. Sed huius ipsius consistentiae eiusque in universum quod est Patrem dicimus esse causam, cum ipse suae p. 291.
essentiae et bonitatis nullam habeat causam, utpote ingenitus, sicut ea, quae prius sunt proposita, menti nostrae ingenitum considerandum exhibuerunt.

22. Non igitur, siquidem solus ipse est verus Deus et sapiens, utpote qui solus est ingenitus, unigenitus Filius, qui solus est ingeniti progenies, unquam esse solum quid potest, propterea quia eius natura ob similitudinem cum aliquo altero fit communis. Necesse igitur est, ut sublata omni secundum substantiam similitudine, admissa autem ea, quam Filius respectu Patris habere potest, uni et soli vere Deo iuxta proprium sermonem omnium quae usquam sunt rerum causam et principium tribuamus, quoniam videlicet etiam ipse Filius sit subiectus Patri, utque pura omnino his in rebus mente versantes etiam modum operationis ab omni hominum conditione alienum putemus, facilem tamen et divinum. Non sane quasi arbitremur partitione aut

p. 291. οὗτοι μερισμὸν ἢ κίνησίν τινα τῆς οὐσίας τὴν ἐνέργειαν ἡγουμένους, ἅπερ ἐπινοεῖν ἀναγκαῖον τοὺς ὑπαγομένους τοῖς Ἕλλησιν σοφί-
p. 292. σμασιν, ἐνούντων τῇ οὐσίᾳ τὴν ἐνέργειαν καὶ διὰ τοῦθ' ἅμα μὲν τῷ θεῷ τὸν κόσμον ἀποφαινομένων, οὐδὲν δὲ μᾶλλον ἐκ τούτου τὴν ἀτοπίαν διαφευγόντων. ἐχρῆν γάρ τοι πρὸς τὴν τῆς δημιουργίας παῦλαν ἀπιδόντας μηδὲν πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀνανεύειν, οὐδὲ γὰρ ἀντιλήξειεν εἰς τέλος μὴ ἀπ' ἀρχῆς ὁρμώμενον.

Ἀλλ' οὗτοι μὲν μήθ' ὑγιαίνουσιν ὀφθαλμοῖς τὴν τῶν ὄντων κατανενοηκότες διαφοράν, μήτε δίκαιοι κριταὶ γενόμενοι τῶν πραγμάτων ἀφιέσθωσαν, διὰ κακόνοιαν ἐπικρυπτούσης αὐτοῖς τὴν ἀλήθειαν τῆς δίκης· ἡμεῖς δὲ κατὰ τὰ μικρῷ πρόσθεν ῥηθέντα τὴν ἐνέργειαν ἐκ τῶν ἔργων κρίνοντες οὐκ ἀσφαλὲς οἰόμεθα δεῖν ἑνοῦν τῇ οὐσίᾳ, τὴν μὲν ἄναρχον ἁπλῆν τε καὶ ἀτελεύτητον εἰδότες, τὴν δὲ ἐνέργειαν οὐκ ἄναρχον. ἢ γὰρ ἂν ἦν, καὶ τὸ ἔργον ἄναρχον, οὔτ' ἀτελεύτητον, ἐπεὶ μηδὲ οἷόν τε παυσαμένων τῶν
p. 293. ἔργων ἄπαυστον εἶναι τὴν ἐνέργειαν. λίαν γὰρ μειρακιῶδες καὶ φρενὸς νηπίας ἀγέννητον καὶ ἀτελεύτητον λέγειν τὴν ἐνέργειαν, ταὐτὸν τῇ οὐσίᾳ τιθεμένους, μηδενὸς τῶν ἔργων ἀγεννήτως γίγνεσθαι δυναμένου μήτ' ἀτελευτήτως. ἐκ γὰρ τούτων συμβαίνοι δυοῖν θάτερον, ἢ τὴν ἐνέργειαν ἄπρακτον εἶναι τοῦ θεοῦ ἢ τὸ ἔργον ἀγέννητον. εἰ δ' ἑκάτερον τούτων ὁμολογουμένως ἄτοπον, ἀληθὲς τὸ λειπόμενον, ἀρχομένων τε τῶν ἔργων μὴ ἄναρχον εἶναι τὴν ἐνέργειαν, παυομένων τε μὴ ἄπαυστον. οὐ χρὴ τοίνυν πειθομένους γνώμαις ἑτέρων ἀνεξετάστοις ἑνοῦν τῇ οὐσίᾳ τὴν ἐνέργειαν, ἀληθεστάτην δὲ καὶ θεῷ πρεπωδεστάτην ἐνέργειαν ἡγεῖσθαι τὴν βούλησιν, ἀρκοῦσαν πρός τε τὸ εἶναι καὶ σώζεσθαι τὰ πάντα, μαρτυρούσης καὶ προφητικῆς φωνῆς· πάντα γὰρ ὅσα ἠθέλησεν ἐποίησεν[1]). οὐ γὰρ ἐπιδέεταί τινος πρὸς τὴν ὧν βούλεται σύστασιν, ἀλλ' ἅμα τε βούλεται καὶ γέγονεν ὅπερ ἠθέλησεν.

p. 294. Οὐκοῦν εἰ τὴν μὲν βούλησιν ἀπέδειξεν ὁ λόγος ἐνέργειαν, οὐκ οὐσίαν δὲ τὴν ἐνέργειαν, ὑπέστη δὲ βουλήσει τοῦ πατρὸς ὁ μονογενής, οὐ πρὸς τὴν οὐσίαν, πρὸς δὲ τὴν ἐνέργειαν, ἥτις ἐστὶ καὶ βούλησις· ἀποσώζειν τὴν ὁμοιότητα τὸν υἱὸν ἀναγκαῖον. ἐξ ὧν προσαγομένους δεῖ τὸν ἀληθῆ τῆς εἰκόνος διασώζειν λόγον. αὐτὸς ὁ μακάριος Παῦλος ἐξηγήσατο, εἰπών· ὅς ἐστιν εἰκὼν

1) Ps. 115, 3 [113, 11. LXX. 113 B., 3. Vulg.].

motu quodam factam esse illam operationem; cuiusmodi quid necesse p. 292.
habent cogitare illi, qui Graecorum argutiis, operationem essentiae unientium atque ideo mundum Deo coexstitisse dicentium, neque hoc ipso absurditatem fugientium, sunt pellecti. Oporteret enim ipsos respiciendo ad cessationem creationis nequaquam principio eam exaequare extollendo. Fieri enim non potest ut fine aliquo desinat esse quod non ab aliquo principio coepit esse.

23. Verum enim vero hi homines, cum sciant rerum in natura existentium differentiam, nihilominus morbo quodam oculorum laborare videntur, neque sunt aequi rerum iudices. Facessant sane, quandoquidem ipsum ius illis ob malitiam veritatem occultat. Nos autem secundum ea, quae paulo prius sunt dicta, habito de operatione ex operibus iudicio, non censemus tutum esse illam illi essentiae unire oportere, cum sciamus hanc sine principio, sine compositione et sine fine esse, operationem vero non esse sine principio. Nam si esset sine principio, etiam ipsum opus esset principii expers neque sine fine; quandoquidem fieri non potest quin cessantibus operibus ipsa quoque cesset operatio. Valde enim puerile et infantis mentis est iu- p. 293.
dicium ingenitam et fine carentem dicere operationem, atque sic illam cum essentia unam eandemque rem esse, cum nullum plane opus fieri possit ingenite et infinite. Si enim hoc quis affirmaverit, alterutrum ex duobus inde consequens erit, aut operationem Dei esse sine actione, vel opus etiam ipsum esse ingenitum. Si vero utrumque horum omnium confessione est absurdum, verum erit id, quod reliquum est, videlicet cum opera initium habeant, operationem etiam non sine principio esse, cumque essent, eandem etiam non carere fine. Non itaque decet nos aliorum sententiis statim antequam probe examinentur fidem habere et ita essentiae operationem unire, sed existimare quod haec verissima Deoque conventientissima sit operatio, nimirum voluntas, quae valet et sufficiens est ad rerum omnium tum essentiam tum conservationem, testante hoc ipsum etiam voce prophetica: *Omnia* enim *quaecunque voluit fecit.* Non enim ulla re indiget ad earum rerum, quas esse vult, consistentiam, sed simul atque vult consistit etiam quodcunque voluit.

24. Quocirca siquidem oratio nostra iam ostendit voluntatem p. 294.
esse operationem, operationem vero non esse essentiam, cumque Unigenitus subsit voluntati Patris non ad essentiam, sed operationem, quae et ipsa est voluntas; necesse est ut Filius hanc servet et teneat similitudinem. Unde iam porro, cum commode eo provehamur, tenere nos oportet veram quoque rationem, cur imago dicatur. Ipse beatus Paulus exposuit, dicens: *Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus*

p. 294. τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ὁρατὰ καὶ ἀόρατα[1]). διὰ τοῦτο εἰκών. πάντα δὲ τὰ ἐν αὐτῷ κτισθέντα μετὰ τοῦ πρωτοτόκου οὐ τὴν ἀγέννητον οὐσίαν χαρακτηρίζει, οὐ γὰρ κατὰ ταῦτα ἡ οὐσία, τὴν δὲ ἐνέργειαν, δι' ἧς ὁ υἱός, ἐν ᾧ τὰ πάντα. οὐ πρὸς τὴν οὐσίαν φέροι ἂν ἡ εἰκὼν τὴν ὁμοιότητα, πρὸς δὲ τὴν ἐνέργειαν ἐναποκειμένην ἀγεννήτως τῇ προγνώσει, καὶ πρὸ τῆς πρωτοτόκου συστάσεως καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κτισθέντων. τίς γὰρ
p. 295. αὐτόν τε τὸν μονογενῆ γινώσκων καὶ πάντα τὰ δι' αὐτοῦ γενόμενα καταμαθὼν οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν αὐτῷ θεωρεῖσθαι πᾶσαν τὴν τοῦ πατρὸς δύναμιν; πρὸς ὅπερ ἀπιδὼν ὁ μακαριώτατος Παῦλος οὐ δι' αὐτοῦ φησιν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ, καίτοι προσθεὶς τὸ πρωτότοκος, ἵνα τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις καὶ αὐτὸς συμπαραληφθεὶς πᾶσι γνωρίζῃ τοῖς ταῦτα συνορᾶν δυναμένοις τὴν τοῦ πατρὸς ἐνέργειαν. εἰκόνα τοίνυν φαμὲν οὐχ ὡς ἀγεννήτῳ γέννημα παραβάλλοντες, ἀνάρμοστον γὰρ τοῦτό γε καὶ τοῖς πᾶσιν ἀδύνατον, ἀλλ' υἱὸν μονογενῆ καὶ πρωτότοκον πατρί, τῆς μὲν υἱοῦ προσηγορίας τὴν οὐσίαν δηλούσης, τῆς δὲ πατρὸς τὴν τοῦ γεννήσαντος ἐνέργειαν. εἰ δέ τις φιλονείκως τοῖς οἰκείοις ἐμμένων μὴ προσέχοι τοῖς ῥηθεῖσι τὸν νοῦν, ἐκβιάζοιτο δὲ τὴν τοῦ πατρὸς προσηγορίαν οὐσίας εἶναι σημαντικήν, μεταδιδότω καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῆς ὁμοίας φωνῆς, ᾧ προλαβὼν μετέδωκε καὶ τῆς ὁμοίας οὐσίας, μᾶλλον δὲ ἀμφοῖν ἑκατέρῳ, τῷ τε πατρὶ τῆς υἱοῦ, καὶ τῷ υἱῷ τῆς πατρός·
p. 296. ἡ γὰρ τῆς οὐσίας ὁμοιότης ταῖς αὐταῖς ὀνομάζειν προσηγορίαις ἀναγκάζει τοὺς ταύτην περὶ αὐτῶν ἔχοντας τὴν δόξαν.

Ἀρκούντων δὲ ἡμῖν τοσούτων καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ περὶ τοῦ παρακλήτου λοιπὸν εἰπεῖν, οὐ ταῖς ἀνεξετάστοις τῶν πολλῶν ἀκολουθοῦντας δόξαις, τὴν δὲ τῶν ἁγίων ἐν ἅπασι φυλάσσοντας διδασκαλίαν, παρ' ὧν τρίτον αὐτὸ ἀξιώματι καὶ τάξει μαθόντες τρίτον εἶναι καὶ τῇ φύσει πεπιστεύκαμεν, οὐκ ἐπαμειβομένων ταῖς φύσεσι τῶν ἀξιωμάτων κατὰ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἐκ πολιτείας μεταβολήν, οὔτ' ἐνηλλαγμένης τῆς τάξεως κατὰ τὴν δημιουργίαν ἐναντίως ταῖς οὐσίαις, ἀλλ' εὐαρμόστως ἐχούσης πρὸς τὴν φύσιν, ὡς μήτε τὸ πρῶτον τῇ τάξει δεύτερον εἶναι τὴν φύσιν, μήτε μὲν τὸ φύσει πρῶτον δευτέρας ἢ τρίτης λαχεῖν τάξεως. οὐκοῦν εἴπερ ἥδε τῆς τῶν νοητῶν δημιουργίας ἀρίστη τάξις, τρίτον ὂν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὴν τάξιν οὐκ ἂν

1) Col. 1, 15. 16. a. Basil. lib. 3. pag. 164 in.

omnis creaturae, quia in ipso creata sunt omnia, tam quae in caelo p. 294.
quam quae in terra sunt, visibilia et invisibilia. Hanc ob causam est imago. Omnia vero, quae in ipso creata sunt, una cum eo, qui primogenitus dicitur, non certe ingenitam quandam essentiam notant. Non enim eorum respectu essentia est. Ipsam vero operationem, per quam Filius, in quo omnia, referre imago ad essentiam non potest, nec gestare imago illam similitudinem potest ratione essentiae, cum sit operatio, quae ingenita fuit penes Deum in praescientia ante constitutionem etiam primogeniti et omnium, quae per ipsum creata sunt. Quis enim quaeso, qui tum ipsum Unigenitum novit, tum omnia, quae p. 295.
per ipsum facta sunt, etiam probe cognita habet, non confiteatur se eo intueri omnem Patris potentiam? Quo cum respexerit beatissimus Paulus, non *per ipsum* dicit, sed *in ipso*, et sane addendo *τὸ Unigenitus*, ut ipse cum aliis, quae per ipsum facta sunt, assumtus hanc Patris operationem manifestam faceret illis, qui haec contueri valent. Imaginem igitur illum dicimus, non quod ingenito genitum assimilemus (inconveniens enim et ineptum hoc esset neque a quoquam praestari potest), sed Filium unigenitum et primogenitum Patris dicimus, ubi quidem Filii appellatio essentiam denotat, Patris autem gignentis operationem. Si vero quis contendendi studio in propriis permanet opinionibus, et ea, quae iam dicta sunt, sana mente ponderare recusat, violenter autem instat Patris appellationem essentiae significativam esse, faciat ille etiam eandem vocem communem cum Filio, quem antea eiusdem etiam essentiae participem fecit, imo potius utramque ambobus, Filii scilicet appellationem Patri et Patris appellationem vicissim Filio tribuat; essentiae enim similitudo coget eos, qui hanc de ipsis opinionem habent, iisdem appellationibus ipsos no- p. 296.
minare.

25. Cum vero haec nobis sufficiant de Unigenito, consequens fuerit deinceps de Paracleto quoque dicere, non sectando multorum opiniones non probatas aut satis expensas, sed servando in omnibus sanctorum doctrinam, a quibus cum didicerimus tertium dignitate et ordine, tertium quoque iuxta naturam revera esse credimus. Non quod dignitates more hominum usitato in vicissitudine politica naturis hisce etiam per vices contingant, neque etiam quasi ordo ita sit permutatus in creatione, ut essentiis is sit contrarius, sed quod conveniens sit ipsi naturae, ut neque quod primum fuit ordine, secundum sit iuxta naturam, neque etiam id, quod primum natura fuit, secundum aut tertium sortiatur ordinem. Quocirca, siquidem constitutionis eorum, quae mente tantum percipiuntur, non potest non optimus esse ordo, Spiritus sanctus cum sit tertium ordine, primum esse non

p. 297. πρῶτον εἴη τὴν φύσιν, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. ἦ γὰρ ἂν εὔηθες καὶ περιττὸν τὸν αὐτὸν ποτὲ μὲν πρώτην ποτὲ δὲ τρίτην ἔχειν χώραν, ἔν τε ἄμφω εἶναι, τό τε προσκυνούμενον καὶ ἐν ᾧ προσκυνεῖται, καθ' ἃ φησιν ὁ κύριος· πνεῦμα ὁ Θεός, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν[1]). οὐδὲ μὴν ταὐτὸν τῷ μονογενεῖ. οὐ γὰρ ἂν ὑπηριθμήθη τούτῳ ὡς ἰδίαν ἔχων ὑπόστασιν, ἀρκούσης καὶ πρὸ τούτων τῆς τοῦ σωτῆρος φωνῆς, δι' ἧς ἕτερον ἔφη σαφῶς τὸν ἀποσταλησόμενον[2]) εἶναι πρὸς ὑπόμνησιν καὶ διδασκαλίαν τῶν ἀποστόλων. οὐδέτερον μὲν ἀριθμῷ παρὰ τὸν Θεόν, ἀγέννητον δέ, εἷς γὰρ καὶ μόνος ἀγέννητος, ἐξ οὗ τὰ πάντα γέγονεν, ἢ ἄλλο μὲν παρὰ τὸν υἱόν, γέννημα δέ, εἷς γὰρ καὶ μονογενής, ὁ κύριος ἡμῶν, δι' οὗ τὰ πάντα[3]), κατὰ τὸν ἀπόστολον, ἀλλὰ καὶ τρίτον καὶ φύσει καὶ τάξει προστάγματι τοῦ πατρός, ἐνεργείᾳ δὲ τοῦ υἱοῦ γενόμενον, τρίτῃ χώρᾳ τιμώμενον ὡς πρῶτον καὶ μεῖζον πάντων καὶ μόνον τοιοῦτο τοῦ
p. 298. μονογενοῦς ποίημα, θεότητος μὲν καὶ δημιουργικῆς δυνάμεως ἀπολειπόμενον, ἁγιαστικῆς δὲ καὶ διδασκαλικῆς πεπληρωμένον. τοὺς γάρ τοι πεπιστευκότας ἐνέργειαν εἶναί τινα τοῦ Θεοῦ τὸν παράκλητον, εἶτα ταῖς οὐσίαις ὑπαριθμοῦντας, ὡς λίαν εὐήθεις καὶ πολὺ τῆς ἀληθείας ἀπεσχοινισμένους νῦν διελέγχειν μακρᾶς ἂν εἴη σχολῆς.

Ἀλλ' ἵνα μὴ τῷ μήκει τῶν λόγων ἀποκνήσωμεν τοὺς ἀκούοντας, πᾶσαν ἐν βραχεῖ τῶν ῥηθέντων περιλαβόντες τὴν δύναμίν φαμεν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν εἶναι τὸν τῶν πάντων Θεόν, ἀγέννητον, ἄναρχον, ἀσύγκριτον, πάσης αἰτίας κρείττονα, πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι αἴτιον, οὐκ ἐκ κοινωνίας τῆς πρὸς ἕτερον τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν συστησάμενον, οὐ τῇ τάξει τὸ πρῶτον, οὐ συγκρίσει τὸ κρεῖττον κατὰ πάντων ἀποφερόμενον, ἀλλὰ καθ' ὑπεροχὴν ἀσύγκριτον οὐσίας καὶ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας, γεννήσαντα καὶ ποιήσαντα πρὸ πάντων μονογενῆ Θεὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονεν, εἰκόνα καὶ σφραγῖδα τῆς
p. 299. ἰδίας δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, μήτε τῷ γεννήσαντι κατὰ τὴν οὐσίαν συγκρινόμενον, μήτε τῷ δι' αὐτοῦ γενομένῳ ἁγίῳ πνεύματι, τοῦ μὲν γὰρ ἐλάττων ἐστὶν ὡς ποίημα, τοῦ δὲ κρείττων ὡς ποιητής. τοῦ μὲν οὖν πεποιῆσθαι μάρτυς ἀξιόπιστος ὁ παρ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου μαρτυρηθεὶς ἐκ Θεοῦ τὴν γνῶσιν ἔχειν Πέτρος[4]), εἰπών· ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ὅτι κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε[5]), καὶ ὁ ἐκ προσώπου τοῦ κυρίου λέγων·

1) Ioan. 4, 24. 2) Ioan. 15, 26. 3) 1. Cor. 8, 6. 4) Matth. 16, 17. 5) Act. 2, 36.

poterit natura, id quod est Deus et Pater. Etenim vel ineptum et p. 297.
abundans esset, si eundem diceremus modo primum modo tertium tenere locum, unumque et idem esse id, quod adoratur, et illud, in quo adoratur, quemadmodum ipse Dominus dicit: *Deus est spiritus, et eos, qui illum adorant, oportet in spiritu et in veritate adorare.* Neque enim unum et idem est cum Unigenito; alias enim non haberet numerum suum post Filium, utpote qui suam quoque propriam substantiam habet, sufficiente etiam ad horum confirmationem ipsa Salvatoris voce, qua manifeste divgrsum dixit esse eum, qui mittendus erat ad recordationem apostolorum. Neque sane numero quidquam est aliud praeter Deum, quasi etiam ingenitus quidam, unus enim ipse et solus ingenitus est, ex quo omnia facta sunt, aut aliud sane praeter Filium, progenies inquam seu propago quaedam, unus enim et solus est unigenitus, *Dominus* noster, *per quem sunt omnia,* iuxta Apostolum. Verum tertium quid est tum natura tum ordine, iussu quidem Patris, operatione autem Filii factum; tertio loco colitur, quia videlicet ordine et dignitate praestat aliis, et unicum tale Unigeniti opus est, deitate quidem et potentia creandi remota, sanctificandi autem et docendi facultate abundans. Illos enim, qui Paracletum operationem p. 298.
quandam Dei esse credunt et deinde illum essentiis subiungunt, tanquam valde insulsos et a veritate longe remotos si nunc refutare vellemus, longa sane mora ad id nobis opus foret.

26. Verum ne sermonum prolixitate auditores gravemus minusve alacres reddamus, paucis eorum quae diximus vim omnem comprehendentes dicimus unum et solum verum esse illum rerum omnium Deum, ingenitum, sine principio, incomparabilem, omni causa superiorem, et omnibus rebus aliis quod et ipsae quid seu substantiae sunt causam; qui non ex communione quadam cum alia aliqua re communicationem rerum constituit, nec antecedit cuncta ordine, nec praestat collatione; ad omnes quidem res respectum quendam ad collationem quandam suam habet, sed ratione praeeminentiae nullam comparationem essentiae, potentiae, imperiive admittit; qui genuit et fecit ante omnia unigenitum Deum Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia facta sunt, quique imago et signaculum est propriae potentiae et operationis, neque ei, qui genuit, secundum essentiam aequiparatur, p. 290.
neque Spiritui sancto, qui per ipsum factus est, illo quidem minor tanquam creatura seu factura, hoc vero praestantior tanquam creator seu factor. Et sane quod creatus sit, fide dignus est testis ille, qui ab ipso Domino testimonium habet, quod ex Deo scientiam suam habeat, Petrus nimirum, cum dicit: *Certo igitur sciat universa domus*

a. Basil. pag. 176 in.

p. 299. κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ [1]), τοῦ δὲ πεποιηκέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅ τε εἰπών· εἷς θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα [2]), καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης φήσας· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν [3]). ἐξ ὧν ἀκόλουθον ἂν ἦ ἀγέννητον λέγειν, ὅπερ ἀσεβές, ἢ εἴπερ γέγονε δι' αὐτοῦ γεγονέναι. μόνον γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὁμο-
p. 300. λογοῦμεν γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν, ὑποτεταγμένον οὐσίᾳ καὶ γνώμῃ (ζῆν τε γὰρ διὰ τὸν πατέρα καὶ μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν αὐτὸς ὁμολογεῖ [4])) μήτε μὴν ὁμοούσιον μηδὲ ὁμοιούσιον, ἐπείπερ τὸ μὲν γένεσιν καὶ μερισμὸν σημαίνει τῆς οὐσίας, τὸ δὲ ἰσότητα.

Οὔτε δὲ γεννητὸς ὁ πατήρ, οὔτε ἀγέννητος ὁ υἱός, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶν ἀτελευτήτως, τοῦτο καὶ λεγόμενον ἀληθῶς γέννημα, υἱὸν ὑπήκοον, ὑπουργὸν τελειότατον, πρὸς πᾶσαν δημιουργίαν καὶ γνώμην πατρικὴν ὑπηρετήσαντα, πρὸς τὴν τῶν ὄντων σύστασιν καὶ διαμονήν, πρὸς [a]ὀνομαθεσίαν ἀνθρώπων, πρὸς οἰκονομίαν καὶ πᾶσαν πρόνοιαν, ὑπηρέτῃ χρώμενον τῷ παρακλήτῳ πρὸς ἁγιασμόν, πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς βεβαίωσιν τῶν πιστῶν, ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν γεννηθέντα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, νόμοις ἀνθρωπίνοις πολιτευσάμενον ὁσίως, σταυρωθέντα, ἀποθανόντα, ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, ἀνελθόντα εἰς οὐρανόν, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶν-
p. 301. τας καὶ νεκροὺς κατὰ δικαίαν ἀνταπόδοσιν πίστεώς τε καὶ ἔργων, βασιλεύοντά τε εἰς τοὺς αἰῶνας, σωζομένης ἐν ἅπασι πάντοτε τῆς ὑπεροχῆς τοῦ θεοῦ καὶ μοναρχίας, ὑποτεταγμένου δηλαδὴ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου τῷ Χριστῷ μετὰ πάντων, αὐτοῦ δὲ τοῦ υἱοῦ καὶ τῷ θεῷ καὶ πατρί, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου διδασκαλίαν, ὅς φησιν· ὅταν γὰρ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι [5]). τούτων δὲ πάντων εἰκρινῶς μὲν καὶ πλατύτερον ἐν ἑτέροις [b]ἡμῖν ἀποδεδειγμένων, ἐν βραχεῖ δὲ νῦν πρὸς ὑμᾶς ὡμολογημένων, εὐχόμεθα τούς τε παρόντας ὑμᾶς καὶ πάντας τοὺς τῶν αὐτῶν ἡμῖν μυστηρίων κοινωνοῦντας, μὴ ψόγον ἀνθρώπων δεδοικότας μήτε σοφίσμασιν ἀπατωμένους ἢ κολακείαις
p. 302. ὑπαγομένους κατὰ τὴν ἀληθῆ καὶ δικαίαν κρίσιν ἐπιψηφίσασθαι τοῖς εἰρημένοις, κρατούσης δηλαδὴ παρὰ πᾶσι τῆς βελτίονος μοίρας, τόν τε λογισμὸν τῶν ἐνοχλούντων προστησαμένους πάντα

1) Prov. 8, 22. 2) 1. Cor. 8, 6. 3) Ioan. 1, 3. 4) Ioan. 6, 57; 5, 19. 5) 1. Cor. 15, 28.

a. Fortasse *υἱοθεσίαν*. [Par. II.: Cod. 965. *νομοθεσίαν*, optime.]

Israel, quod ipsum Dominum et Christum Deus fecit, et ipse, qui ex p. 299.
persona Domini inquit: *Dominus creavit me in principio viarum suarum.* Quod autem ipse vicissim creavit Spiritum sanctum, hic etiam ostendit, qui dicit: *Unus est Deus, ex quo sunt omnia, et unus Dominus Iesus Christus, per quem sunt omnia,* et sanctus Ioannes, qui dixit: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nequidquam.* Ex quibus consequi necesse est vel ipsum ingenitum dicere, quod impium est, vel si factus est, quod ipse per ipsum factus sit. Tantum enim a Patre confitemur genitum esse Filium, subordinatum essentiae seu voluntati (sicut ipse Filius fatetur quod propter Patrem vivat neque a semet quidquam faciat) neque tamen dicimus ipsum p. 300.
coessentialem neque similis essentiae, siquidem illud generationem et participationem notat essentiae, hoc autem eiusdem exaequationem.

27. Neque vero genitus est Pater, neque ingenitus Filius; sed id quod est sine ullo fine, idem etiam ipsum vocari vere fatemur, utpote genimen seu progeniem, filium obsequentem, ministrum perfectissimum, qui ad omnem creationem voluntatemque Patris operam suam praestitit, nimirum ad omnium rerum quae sunt compositionem, ad distributionem, ad leges hominibus ferendas, ad oeconomiam et omnem providentiam, ministro utentem Paracleto ad sanctificationem, ad doctrinam, ad confirmationem fidelium, genitum in diebus ultimis ex sancta Virgine, sancte hic versatum iuxta leges humanas, crucifixum, mortuum, redivivum tertia die, reversum in caelum, iamiamque venturum iudicare vivos et mortuos, iusta retributione fidei et operum facta, regnantem in saecula, sarta tecta servata ubivis in omnibus praeeminentia Dei et monarchia seu summo imperio, subdito videlicet p. 301.
sancto Spiritu cum omnibus ipsi Christo, ipso vero Filio Deo ac Patri, iuxta beati Apostoli Pauli doctrinam, qui dicit: *Postquam enim ipsi omnia subdita fuerint, tunc etiam ipse Filius subdetur ei, qui ipsi prius omnia subdidit, ut Deus sit omnia in omnibus.* Cum autem universa haec liquido magisque prolixe alibi a nobis demonstrata, iam vero in brevem ad vos confessionem sint contracta, precamur tum ut vos, qui iam hic adestis, tum etiam ut omnes alii, qui haec mysteria nobiscum communia habent, nullas hominum vituperationes reveriti nullisve argutiis decepti vel adulationibus illecti, ea, quae iam dicta sunt, vero et iusto approbetis iudicio, apud omnes potiore nimirum parte praevalente, utque ratione tumultuantibus praelata omnes laqueos retiaque cuncta evitetis, quae a diabolo hominibus tenduntur eo animo, ut vel multi fugiant veritatem, vel etiam ut non paucos ipse inescet,

b. Notandus hic locus, quo ad uberiora sua scripta iam ante illud tempus edita Eunomius provocat.

p. 302. θήρατρα καὶ δίκτυα διαφυγεῖν, ἃ τῷ διαβόλῳ κατ' ἀνθρώπων μεμηχάνηται, πολλοὺς [a]φυγεῖν ἢ δελεάζειν μεμελετηκότι τοὺς μὴ πρὸ τῶν ἡδέων τὸ συμφέρον αἱρουμένους ἢ τὰ παρόντα τῶν μελλόντων ἀσφαλέστερα λογιζομένους· εἰ δ' ἄρα καὶ παρά τισι νικήσει τὰ χείρω (ἀποστρέψαι δὲ ὁ Θεὸς τοῦ λόγου τὴν πεῖραν), πρὸς μὲν τὸ ψεῦδος τῶν πολλῶν συμπνεόντων, πρὸς δὲ τὴν ἀλήθειαν διισταμένων, τῶν τε ἀρεσκόντων τῷ Θεῷ καὶ κοινῇ συμφερόντων τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἀσφάλειαν καὶ δόξαν περὶ πλείονος ποιουμένων, τοὺς γοῦν ἑπομένους ἀσάλευτον καὶ παγίαν διαφυλάξαι τῷ παραδεδωκότι τὴν πίστιν, περιμένοντας τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ κριτήριον, οὗ τῦφος μὲν καὶ δόξα καὶ ψεῦδος προφέρεται, γυμνοὶ δὲ πάσης ἀρχῆς ἢ θεραπείας ἢ κολακείας
p. 303. οἱ κρινόμενοι, πολυχειρία δὲ καὶ πλοῦτος ἀσθενὴς πρὸς δυσωπησιν, κἂν [b]ᾖ λίαν παρὰ ἀνθρώποις εὐδόκιμος. ἀνδρῶν γὰρ ἐνδόξων πλῆθος ἑνὸς πένητος εὐσεβοῦς οὐκ ἀντάξιον εἰς παράστησιν παρ' ἀληθείᾳ δοκιμαζούσῃ, συναγωνιζομένης μὲν εὐσεβείας κατὰ δικαίαν ἀμοιβὴν τῶν νῦν δι' αὐτὴν καὶ τὸ θανεῖν κέρδος ἡγουμένων, ἀποδιδόντος δὲ τὰ τῶν ἀγώνων ἆθλα τοῦ πάλαι καὶ νῦν ἀθλοθετοῦντος Χριστοῦ, τοῖς μὲν ὑπὲρ ἀληθείας πονήσασι τὴν ἀληθινὴν ἐλευθερίαν καὶ βασιλείαν οὐρανῶν, τοῖς δὲ διὰ καινόνοιαν ταύτην ἀτιμάσασι τιμωρίας ἀπαραιτήτους. ταῦτ' εἰρήσθω μὲν ἀμφότερα πρὸς ὑμᾶς· ἐκβαίη δὲ πρὸς τὴν βελτίω μοῖραν τὸ τέλος.

Εἷς ἐστι Θεὸς ἀγέννητος καὶ ἄναρχος, οὔτε πρὸ ἑαυτοῦ ἔχων τινὰ ὄντα, οὐδὲν γὰρ πρὸ τοῦ ἀγεννήτου εἶναι δύναται, οὔτε σὺν αὐτῷ, εἷς γὰρ καὶ μόνος Θεὸς ὁ ἀγέννητος, οὔτ' ἐν αὐτῷ, ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος. εἷς δὲ ὢν καὶ μόνος ὢν καὶ ἀεὶ ὁ αὐτὸς ὢν πάντων ἐστὶ Θεὸς καὶ κτίστης καὶ δημιουργός, πρώτως μὲν καὶ ἐξαιρέτως τοῦ μονογενοῦς, ἰδίως δὲ τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. τὸν μὲν γὰρ υἱὸν πρὸ πάντων καὶ πρὸ πάσης κτίσεως μόνον τῇ ἑαυ-
p. 304. τοῦ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ἐγέννησέ τε καὶ ἔκτισε καὶ ἐποίησεν, οὐδὲν τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως μεταδοὺς τῷ γεννηθέντι, ἄφθαρτος γὰρ καὶ ἀδιαίρετος καὶ ἀμέριστος ὁ Θεός, ὁ δ' ἄφθαρτος τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας οὐ μεταδίδωσιν, οὔτε καθ' ἑαυτὸν ἄλλον ὑποστησάμενος, μόνος γὰρ αὐτὸς ἀγέννητος, κατὰ δὲ τὴν ἀγέννητον οὐσίαν γεννηθῆναι ἀδύνατον, οὔτε οὖν τῇ ἑαυτοῦ οὐσίᾳ ἀπεχρήσατο, ἀλλὰ τῇ βουλήσει μόνῃ, οὔτε κατὰ τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, ἀλλ' [b]οἷον ἐβουλήθη ἐγέννησε. καὶ διὰ τούτου πρῶτον μὲν πάντων καὶ μεί-

a. [Par. II.: Cod. 965. φοβεῖν]. ms. Gud. et Lindenbrog. [Par. II.: et cod. 965.].
b. Caveus οἷαν edidit, sed οἷον habet

eos videlicet, qui non praeferunt suavitati utilitatem, quive praesentia p. 301.
futuris certiora iudicant. Sane vero si contigerit, ut ita etiam apud
aliquos peiora praevaleant (avertat autem Deus sermonis huius conа- p. 302.
tum, ne scilicet tale quid, quod dixi, tentetur), cum multi soleant
conspirare in mendacio, dissidere autem in veritate, cumque pluris
faciant praesentem conditionem periculo carentem et saecularem quie-
tem ac gloriam quam ea, quae Deo placent et publicae inserviunt
utilitati; optamus saltem ut scilicet ii, qui nosmet docentes et mo-
nentes sequuntur, immotam et stabilem ei, qui dedit illam, conservent
fidem, utque laeti exspectent Servatoris nostri Iesu Christi iudicium,
ubi sane fastus, gloria et mendacium radicitus sunt exstirpata, quique
illi iudicio sistuntur, destituti sunt omni imperio vel veneratione vel
adulatione. Praesidia autem ampla et divitiae exporrigere alicuius
frontem ibi non valebunt, licet apud homines magnae prius existima-
tionis fuerint. Hominum enim clarorum multitudo non ibi potior erit
uno pio paupere, ut propterea veritatis tum omnia censentis possit
evadere censuram; siquidem ibi pietas una pugnabit, prout iusta re-
tributio eorum poscit, qui nunc vel mori propter eam lucrum iudi-
cant. Christus vero, qui olim et etiamnum praemia certaminibus de-
bita penes se habet et distribuit, largietur illis certe, qui veritati pa-
trocinando laboraverunt, veram libertatem et regnum caelorum, illis p. 303.
autem, qui hanc perversa mente iusto suo honore defraudarunt, poe-
nas inevitabiles. Haec in utramque partem dicta ad vos sunto; utinam
vero finis meliorem in partem eveniat.

28. Unus est Deus ingenitus omnique principio carens, nemini
subditus, qui neque ante semet quemquam habuit qui fuerit, nihil
enim ante ingenitum esse potest, neque una secum, nam ipse cum
ingenitus sit unus et solus est Deus, neque in semet, simplex enim
est et incompositus. Unus autem cum sit cumque solus sit et semper
sit idem, rerum omnium est Deus et creator et opifex, primario qui-
dem et modo quodam eximio ipsius Unigeniti, proprie autem et si-
gillatim eorum, quae per ipsum sunt facta. Namque ipsum quidem
Filium ante omnia omnemque creaturam solum sua ipsius potentia et
operatione et genuit et creavit et fecit; nihil plane de sua substantia p. 304.
communicando ei, qui genitus est (corrumpi enim, dividi et in partes
secari Deus nequit; qui vero corrumpi nequit, propriam certe essen-
tiam communem non facit), neque alium in subsistentiam sui similem
producendo, ipse enim solum ingenitus est, iuxta illam vero ingeni-
tam essentiam ut aliquid ab ipso generetur fieri nequit, neque igitur
propria essentia abusus est, sed sola voluntate genuit, neque ad si-
militudinem suae essentiae, sed qualem voluit, talem generavit; per-

p. 304. ζον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐποίησεν, ἐξουσίᾳ μὲν ἰδίᾳ καὶ προστάγματι, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ δυνάμει τοῦ υἱοῦ, μετὰ δὲ τοῦτο τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα, καὶ σώματά τε καὶ ἀσώματα διὰ τοῦ υἱοῦ ἐποίησεν. εἷς γὰρ θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα, κατὰ τὸν ἀπόστολον, καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα[1]). εἷς οὖν θεὸς ἀγέννητος, ἄκτιστος, ἀποί-
p. 305. ητος. καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, [a]γέννημα τοῦ ἀγεννήτου, οὐχ ὡς ἓν τῶν γεννημάτων, κτίσμα τοῦ ἀκτίστου, οὐχ ὡς ἓν τῶν κτισμάτων, ποίημα τοῦ ἀποιήτου, οὐχ ὡς ἓν τῶν ποιημάτων, καθὼς εἴρηται ὑπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς· κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με[2]). καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, πρῶτον καὶ μεῖζον πάντων τῶν τοῦ μονογενοῦς [b]ἔργων, προστάγματι μὲν τοῦ πατρός, ἐνεργείᾳ δὲ καὶ δυνάμει τοῦ υἱοῦ γενόμενον.

1) 1. Cor. 8, 6. 2) Prov. 8, 22. 23. 25.

a. [Cfr. huius Biblioth. Tom. I. p. 322 md. E.]

que hunc primum quidem omnium maioremque caeteris Spiritum p. 304.
sanctum fecit, propria sane sua potestate et mandato, operatione vero et potentia Filii. Post hunc autem reliqua cuncta in caelo et in terra, visibilia et invisibilia, corporea et incorporea per eundem fecit Filium. *Unus enim est Deus, ex quo sunt omnia*, iuxta Apostolum, *unusque est Dominus Iesus Christus, per quem sunt omnia.* Unus igitur est Deus non genitus, non creatus, non factus. Et unus est Dominus Iesus Christus, Dei Filius, genimen ingeniti, non tamen instar unius ex aliis p. 305.
rebus generatis, creatura non creati, non tamen instar unius ex aliis rebus creatis, opus non facti, non tamen instar unius ex aliis rebus factis, quemadmodum pronuntiatum est a sancta Scriptura: *Dominus creavit me initio viarum suarum, ante saecula fundavit me, ante omnes colles genuit me.* Et unus Spiritus sanctus, primum omnibusque caeteris maius Unigeniti opus, iussu quidem Patris, operatione vero et potentia Filii factus.

b. Al. [Par. II.: et cod. 965.] ἔργον.

EUNOMII
CONFESSIO FIDEI.

MONITUM.

p. 147. *Aliud* Eunomii *scriptum est* ἔκθεσις πίστεως, *quam* Theodosio Imp. *iussu ipsius Constantinopoli exhibuit. De re ipsa conferendus utique est Socrates H. E.* 5, 10., *ex quo hoc saltem in memoriam revocare liceat, quaecunque ibi sint acta, non Episcoporum, non Imperatoris, sed* Sisinnii *Lectoris Agelii Novatianorum Episcopi, esse acta. Quae quum incidant in Coss. Merobaudem iterum et Saturninum h. e. in A. C.* 381. *aut* 383., *Eunomius vero* apologiam 1. *iam ante A. C.* 365. *ediderit, patet sane hanc non esse scriptam confessionis fidei tuendae causa, quod Basnagius*[1]) *cumque eo quidam alii tradunt.*

Hanc fidei confessionem primus cum sua versione edidit Valesius p. 148. *in notis ad Socratis locum citatum*[2]), *nec miror, quod mendose, neque enim in mentem venerat, eam ipsam a Gregorio Nysseno* libro,

1) Canisii lectiones ant. ed. Basn. Vol. I. pag. 177. IX.

2) Cum hac adnotatione: Hanc fidei expositionem, quam tunc Eunomius obtulit Principi Theodosio, manuscriptam penes me habeo beneficio viri clarissimi ac doctissimi Emerici Bigotii. In codice quidem Bavarico et in exemplari Livineii subiecta erat libris Gregorii Nysseni contra Eunomium, ut testatur Gretserus. Verum in codice Florentino, ex quo Bigotius eam descripsit, praefixa erat iisdem libris. Nec inutile fuerit eam hic apponere. Etsi enim totam impietatem complectitur, quaedam tamen habet minime spernenda.

Porro hanc esse confessionem fidei, quae ab Eunomio tradita est Theodosio mense Iunio Merobaude iterum et Saturnino Coss., constat ex verbis, quae leguntur initio huius confessionis: *καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων τὴν ὁμολογίαν.*

ut Morellius numerabat, secundo *adv. Eunomium esse refutatam.* p. 148. *Quum vero alii mendosius adhuc descripserint, interque eos I. A. Fabricius*[1]*), nec quisquam eorum, quod equidem sciam, Gregorium contulerit, operae pretium h. e. doctis gratum me facturum putavi, si hic emendatiorem proponerem. Versione nihil opus esse videbatur, monere tantum paucis, ubi minus recte verterat Valesius; emendationis vero rationem reddere non minus necesse putavi, quam ea animadvertere, quae ad explicandam Eunomii sententiam restabant.*

1) Biblioth. Gr. Tom. VIII. p. 253—260.

ΕΥΝΟΜΙΟΥ

ΕΚΘΕΣΙΣ ΠΙΣΤΕΩΣ.

p. 149. *Τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν κατὰ δικαίαν κρίσιν φήσαντος ὁμολογεῖν ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας αὐτὸν καὶ ἀπαρνεῖσθαι τοὺς ἀρνουμένους αὐτόν*[1]*, καὶ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας προτρεπούσης ἡμᾶς ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι λόγον*[2]*, καὶ τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ταύτην ἐπιζητούντων τὴν ὁμολογίαν, προθύμως ὁμολογοῦμεν ἃ φρονοῦμεν καὶ ὅτι*

Πιστεύομεν εἰς τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν θεόν, κατὰ τὴν αὐτοῦ [a]*τοῦ κυρίου διδασκαλίαν,* [b]*οὐκ ἐψευσμένῃ φωνῇ τιμῶντες αὐτόν, ἔστι γὰρ ἀψευδής, ἀλλ' ὄντως ὄντα* [c]*φύσει τε καὶ δόξῃ θεόν, ἕνα, ἀνάρχως, ἀϊδίως, ἀτελευτήτως, μόνον, οὐ τὴν οὐσίαν,*
p. 150. *καθ' ἣν ἐστιν εἷς, χωριζόμενον, ἢ μεριζόμενον εἰς πλείους, ἢ ἄλλοτε ἄλλον γενόμενον, ἢ τοῦ εἶναι ὃ ἐστι μεθιστάμενον, οὔτε ἐκ μιᾶς οὐσίας εἰς* [d]*ὑπόστασιν τρισσὴν σχηματιζόμενον; πάντη γὰρ* [e]*καὶ καθάπαξ ἐστὶν εἷς καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως διαμένων μόνος, οὐ κοινωνὸν ἔχων τῆς θεότητος, οὐ* [f]*μερίτην τῆς δόξης, οὐ σύγκληρον τῆς ἐξουσίας, οὐ σύνθρονον τῆς βασιλείας, εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος θεὸς παντοκράτωρ, θεὸς θεῶν, βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ κύριος τῶν κυριευόντων*[3]*, ὕψιστος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ὕψιστος ἐν οὐρανοῖς, ὕψιστος ἐν ὑψίστοις,* [g]*ἐπουράνιος, ἀληθινὸς*

1) Matth. 10, 32. 33. 2) 1. Petr. 3, 15. 3) 1. Tim. 6, 15.

a. Duo haec verba Gregorius habet, nec abesse possunt. Respicit ad Ioan. 17, 3.

b. Recte Greg. addit *αὐτόν*. In *τιμῶντες* voluit quod ad Apol. 1. [p. 121.] notavi; vertendum itaque ut Aëtii *ἐπαίρειν, καλλωπίζειν*. Inepte et coacte *ἐψ. φ.* et *ἀψευδής*; illud est *nomine improprio*, hoc idem quod *ἀληθινὸς ἐν τῷ εἶναι*.

c. Eminentiore sensu *φ. τ. κ. δ.* h. e. *φυσικῇ δόξῃ* Deum vocat. Infra, ubi de Filio sermo est, *ἀμετάδοτον δόξαν* dicit et *ἀξίαν*, h. e. *dignitatem internam, essentialem, ab alio nullo tributam, nemini debitam*, cuius cogitatio non homines solum aut Angelos, sed Spiritum quoque S. et Filium ipsum ad adorandum impellat. Filius contra *οὐ φύσει θεός*, sed *γεν-*

EUNOMII

CONFESSIO FIDEI.

1. Cum Deus ac Servator noster Iesus Christus iustissima sen- p. 149.
tentia dixerit confessurum se coram Deo Patre eos, qui ipsum confiterentur coram hominibus, et negaturum eos, qui ipsum negarent, cumque apostolica doctrina hortetur nos, ut promti paratique simus ad reddendam rationem cuilibet eam poscenti, cum denique imperialia praecepta hanc confessionem requirant, alacri animo confitemur quae sentimus, et quod

2. Credimus in unum ac solum verum Deum, iuxta ipsius Domini doctrinam neutiquam falsa voce eum honorantes, est enim expers mendacii; quippe qui et natura et gloria revera est unus Deus; sine principio, semper et indesinenter solus; substantia, secundum quam unus est, nequaquam divisus, aut partitus in plures, aut alius atque p. 150.
alius subinde existens, aut ab eo, quod est, recedens, nec ex una substantia in tres hypostases figuratus. Omnino enim et semel unus est, uno semper atque eodem modo permanens solus, nullum habens socium Divinitatis, nullum gloriae participem, nullum consortem potentiae, nullum regni assessorem. Unus enim est ac solus Deus omnipotens, Deus Deorum, Rex Regum et Dominus Dominantium; altissimus super omnem terram, altissimus in caelis, altissimus in altissimis ac caelestibus; verus in existendo id quod est, et manet semper,

νίσει, χάριτι τοῦ θεοῦ, δοθείσῃ δόξῃ Deus esse videbatur Eunomio.

d. Sic Greg. recte, nam insolitis delectabatur. Alii dedere *ὑποστάσεις τρεῖς*, quod perinde est. Contulisse iuvabit Arii ad Alex. epistolam notissimam [vd. p. 17 e].

e. *καί* Gregorius addit.

f. Sic recte Greg., non *μεριστήν* ut alii. Auctoritates huius significationis nemo hic desiderabit. Sufficiat Suidae glossa: *μερίτης, συμμεριστής*, ad Polybium provocantis.

g. Alii *καὶ τοῖς ἐπουρανίοις*, equidem Greg. sequor. *Hypsistianos* quod huc advocavit Gregorius, utroque indignum. Turgidior adhuc ut in Panegyrico Eusebius de laud. Const. cap. 1. p. 604 (ed. Vales.). Statim ab initio Patrem vocat *τὸν μέγαν βασιλέα, τὸν ἀληθῶς μέγαν βασιλέα*, quae tamen et Christo et Constantino tribuit, *τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων, τὸν πάντων ἀνώτατον*, nondum satis

p. 151. ἐν τῷ εἶναι ὅ ἐστιν, ἀεὶ καὶ διαμένων, ἀληθινὸς ἐν ἔργοις, ἀληθινὸς ἐν λόγοις, [a]ἀρχῆς ἁπάσης, ὑποταγῆς, ἐξουσίας, βασιλείας ἀνώτερος, τροπῆς καὶ μεταβολῆς ἐλεύθερος ὡς [b]ἀκήρατος, οὐκ ἐν τῷ γεννᾶν τὴν ἰδίαν οὐσίαν μερίζων καὶ ὁ αὐτὸς γεννῶν καὶ γεννώμενος ἢ ὁ αὐτὸς πατὴρ γενόμενος καὶ υἱός, ἔστι γὰρ ἄφθαρτος, οὐκ [c]ἐν τῷ ποιεῖν ὕλης ἢ ἡμερῶν ἢ φυσικῶν ὀργάνων προσδεόμενος, ἔστι γὰρ πάντων ἀπροσδεής.

Πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν τοῦ θεοῦ υἱόν, τὸν μονογενῆ θεόν,
p. 152. τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, [d]υἱὸν ἀληθινόν, οὐκ ἀγέννητον, [e]ἀληθῶς γεννηθέντα πρὸ αἰώνων, οὐκ ἄνευ τῆς πρὸ τοῦ εἶναι γεννήσεως ὀνομαζόμενον υἱόν, πρὸ πάσης κτίσεως γενόμενον, οὐκ
p. 153. ἄκτιστον, ἀρχὴν ὁδῶν καὶ ἔργων τοῦ θεοῦ, ἐν ἀρχῇ [f]ὄντα, οὐκ ἄναρχον· σοφίαν ζῶσαν, ἀλήθειαν ἐνεργοῦσαν, δύναμιν ὑφεστῶσαν, ζωὴν γεννητήν, ὡς υἱὸν θεοῦ ζωογονοῦντα τοὺς ζῶντας καὶ ζωοποιοῦντα τοὺς νεκρούς, φῶς ἀληθινὸν φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον[1]), ἀγαθὸν καὶ χορηγὸν ἀγαθῶν, ὡς ἀγαθότητι καὶ δυνάμει γεννηθέντα τοῦ πατρός· οὐχὶ τῷ [g]γεννήσαντι συμμερισάμενον τὴν ἀξίαν, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τὴν πατρικὴν οὐσίαν, [h]οὐ τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ γενόμενον ἐκ γεννήσεως ἔνδοξον καὶ
p. 154. τῆς δόξης κύριον, καὶ λαβόντα παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν δόξαν, οὐ τῆς ἐκείνου μεταλαβόντα δόξης, ἀμετάδοτος γὰρ ἡ δόξα τοῦ παν-

1) Ioan. 1, 9.

est, τὸν ὑπέρτατον, et pag. 606.: τοῦτον καὶ αὐτὸς ὁμοῦ πᾶς ἀνυμνεῖ κόσμος· τοῦτον ἄνωθεν οὐρανοί, οὐρανίων τε ἀψίδων ὑπέρτεροι χοροὶ γεραίρουσιν, ὑμοῦσι δ' ὕμνοις ἀῤῥήτοις ἀγγέλων στρατιαί, πνεύματά τε νοεροῦ φωτὸς ἔκγονα τὸν σφῶν γεννήτορα (ubinam loci iam residebit ὁ μονογενής?) θεολογοῦσι· τοῦτον αἰῶνες ἄχρονοι πρὸ οὐρανοῦ τοῦδε καὶ πρὸ κόσμου, ἄλλοι τε τοῦτον ἄπειροι αἰῶνες αἰώνων πρὸ πάσης τῆς τῶν ὁρατῶν ὑποστάσεως, μόνον καὶ μέγαν δεσπότην καὶ κύριον ἐπιγράφονται· τοῦτον καὶ αὐτὸς ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸ πάντων καὶ μετὰ πάντας ὁ προὼν αὐτοῦ μονογενὴς λόγος. Hiantem destituit vox.

a. Sic recte Greg. Valesius cum ceteris ἀρχή.

b. Valesius vertit *illibatus*, ita docte ut pauci sint intellecturi. ἀκήρατος est philosophorum *simplex*, *omnis compositionis expers*, hinc *incorruptibilis*, hinc *immortalis*; dixit igitur pro ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν. Dixit autem, ut Philo saepius Deum dicit οὐ σύγκριμα, quale nos simus homines, ἀλλὰ φύσιν ἁπλῆν. cf. init. libri 3. Allegor.

c. Val. dedit οὐκ ἐν τῷ π. ἡμέρων, vertit tamen: *nequaquam indigens materiae aut membris aut naturalibus instrumentis*. Scilicet legebat ὕλης ἢ μερῶν. Reliqua facile coniicias; miratur tamen Basnagius apud Canisium. Lectionem, quam dedi, firmant Gregorii verba: ὥστ' εἶναι αὐτῷ τὰ πάντα καὶ ἀντὶ πάντων τὴν ὁρμὴν τοῦ παντοδυνάμου θελήματος, ὕλην, ὄργανον, τόπον, χρόνον, οὐσίαν, ποιότητα, πᾶν ὁτιοῦν ἐστιν ἐν τῇ κτίσει νοούμενον. Nulla hic μερῶν mentio, et consentit in hoc quidem Basnagius.

d. Vales. aliique horum loco dant Χριστόν, ἀληθινὸν θεόν, οὐκ ἀγέννητον, quod quam longe distet ab Eunomii sententia, doctum fere puto neminem qui non videat. Sed per totam hanc de Filio Dei confessionem corruptius est Bigotii ms., ut gratis sit habenda Gregorio, qui plurima certe nobis servavit. Ceterum prima haec, πιστεύομεν ... δύναμιν ὑφεστῶσαν, si tanquam Marcello inprimis opposita consideraveris, facile videas, Eunomio nihil tam aversum, nihil tam con-

verus in operibus, verus in sermonibus; principium omnis subiectionis, potestatis, imperii; superior conversione et expers mutationis utpote illibatus; propriam substantiam non partiens in generando, nec idem generans et generatus, aut idem Pater existens et Filius, est enim incorruptus; in faciendo nequaquam indigens materia aut membris aut naturalibus instrumentis, nulla enim re opus habet. p. 151.

3. Credimus etiam in Filium Dei; unigenitum Deum; primogenitum omnis creaturae; Christum; verum Deum, non ingenitum, p. 152. non antequam esset sine generatione Filium nominatum; genitum ante omnem creaturam, non increatum; principium viarum Dei ad opera, p. 153. et in principio existentem Sermonem, non expertem principii; sapientiam viventem; veritatem operantem; virtutem subsistentem; vitam genitam; qui utpote Filius Dei vivos vivificat et suscitat mortuos; *lucem veram, quae illuminat omnem hominem venientem in mundum;* bonum et suppeditatorem bonorum, quippe qui bonitate et virtute Patris est genitus; qui neque cum eo, qui ipsi impertitus est dignitatem, neque cum ullo alio paternam substantiam aut regnum participavit, sed qui ex generatione factus est gloriosus et Dominus gloriae, qui a Patre accepit gloriam, non autem participavit gloriam Pa- p. 154. tris, nam gloria Omnipotentis est incommunicabilis, sicut ipse dixit:

trarium adeo atque ima fundamenta quatiens et convellens, ut est, visum esse, quam illius sententiam. Damnata quidem ea iam aliquot ante lustris fuerat, non audita, certe non cognita, non intellecta intelligere nolentibus; tamen, quum multi in iisdem illis orbis Romani partibus, per quas Eunomii fama sparsa erat, veterem illam fidem, a Marcello revocatam, a plurimis occid. episcopis probatam et ab Athanasio prudenti consilio praeteritam, a qua nec post suam nec Photini damnationem senex recessisset (et est profecto eiusmodi, ut si semel amplexus sis, non tibi extorqueri aut avelli te ab ea sinas), eam igitur sententiam quum multi, *ἀναρίθμητον πλῆθος*, ut Eugenius fatetur, tenerent rebusque Eunomianorum officerent, nihil mirum, si quae fortissima putabat eis opposuit, prudenter tegens quae letali punctae paterent. Hinc, ut alia omittam, nulla *τοῦ λόγου* mentio, hinc dixit *υἱὸν ἀληθινόν*, ut Asterius *ἀληθῶς υἱόν*, hinc prima, secunda *generationis* assertio. Tetigerat autem saepius Marcellum etiam in Apol. 1., hoc est statim ab eius damnatione: nam c. 11. [supra p. 590.] *ἐνύπαρξίν τινα* Deo tribui posse negat, et c. 22 [p. 604.] *τοὺς κίνησίν τινα τῆς οὐσίας τὴν ἐνεργείαν ἡγουμένους* cum Graecis delirare statuit. Conf. et c. 23. 24.

e. Paulo obscurior haec sic fere interpretanda sunt. Quoniam *υἱός* vocatur, sequitur ut sit *γεννηθείς* (attende quaeso, qui sentis, qua via ad demonstrandam *γέννησιν* te ducat. Iam nullam habet in *υἱός* metaphoram; etsi non *κυρίως* est *υἱός*, est tamen *ἀληθῶς*, quia sic saepissime vocatur, non quia alicubi *γεννήσεως* illius clara satis mentio fiat; ex ipso autem nomine sequitur *γέννησις*), ex *γεννήσει* porro, ut quandoque exstiterit, ut esse coeperit etc. Ne tamen aliquis tam acutum demonstratorem miretur, idem prorsus Alexandro opposuerat Arius: *εἰ ὁ πατὴρ ἐγέννησε τὸν υἱόν* (crediderit an riserit *γέννησιν*, dubites), *ἀρχὴν ὑπάρξεως ἔχει ὁ γεννηθείς· καὶ ἐκ τούτου δῆλον ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός, ἀκολουθεῖ τε ἐξ ἀνάγκης ἐξ οὐκ ὄντων ἔχειν αὐτὸν τὴν ὑπόστασιν.* Socr. 1, 5.

f. Vales. post *δ.* addit *λόγον*. Greg. recte omisit. Cf. quae ad Apol. 2. fr. 13. not.

g. Vales. *μερίσαντι*.

h. Greg. *οὐ τὴν βασιλείαν* non habet. Quamvis abesse possint, quum infra de ea re profiteatur, distinctionis tamen caussa addidisse videtur, nam *παντοκράτορι* Filium quoque parere putabat.

p. 154. τοκράτορος, καθὼς εἶπε· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω[1]), δεδοξασμένον ὑπὸ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, [a]δοξαζόμενον ὑπὸ τοῦ πνεύματος δι' αἰῶνος καὶ πάσης λογικῆς καὶ γενητῆς οὐσίας, δορυφορούμενον ὑπὸ πάσης ἐπουρανίου στρατιᾶς, κύριος γάρ ἐστι καὶ βασιλεὺς τῆς δόξης ὡς υἱὸς θεοῦ καὶ θεός· δημιουργὸς ἀθανάτων καὶ θνητῶν, δημιουργὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός, πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέν[2]), βασιλεὺς καὶ κύριος πάσης ζωῆς καὶ πνοῆς τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, πάντα γὰρ αὐτῷ παρεδόθη παρὰ τοῦ πατρὸς[3]) κατὰ τὴν ἁγίαν αὐτοῦ φωνήν[4]), καὶ πάντα δέδωκεν ὁ πατὴρ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· ὑπήκοος πρὸς τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν καὶ γένεσιν, ὑπήκοος πρὸς πᾶσαν διοίκησιν, οὐκ ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσλαβὼν τὸ εἶναι [b]υἱὸς ἢ θεός, ἀλλ' ἐκ τοῦ υἱὸς εἶναι καὶ γεννηθῆναι μο-
p. 155. νογενὴς θεὸς γενόμενος, ὑπήκοος ἐν ἔργοις, ὑπήκοος ἐν λόγοις· μεσίτης ἐν δόγμασι, μεσίτης ἐν [c]νόμῳ. [d]τοῦτον ἴσμεν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ μονογενῆ θεόν, τοῦτον ὅμοιον τῷ γεννήσαντι μόνον, κατ' ἐξαίρετον ὁμοιότητα καὶ τὴν ἰδιάζουσαν ἔννοιαν, οὐχ ὡς πατρὶ πατέρα, οὐ γάρ εἰσι δύο πατέρες, οὐδὲ ὡς υἱῷ υἱὸν οὐκ ὄντων δύο υἱῶν, οὐδὲ ὡς ἀγέννητον ἀγεννήτῳ, μόνος γάρ ἐστιν ἀγέννητος ὁ παντοκράτωρ καὶ μόνος υἱὸς ὁ μονογενής, ἀλλ' ὡς υἱὸν τῷ πατρί, ὡς εἰκόνα καὶ ὡς [a]σφραγῖδα πάσης τῆς τοῦ παντοκράτορος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως, σφραγῖδα τῶν τοῦ πατρὸς ἔργων καὶ λόγων καὶ βουλευμάτων· [f]τοῦτον ὁμολογοῦμεν ἕνα, τὸν ἐν ὕδασιν ἐπι-
p. 156. κλύσαντα τὴν γῆν, τὸν πυρὶ καταφλέξαντα Σοδομίτας, τὸν ἐπιθέντα δίκην Αἰγυπτίοις, τὸν θέμενον τοὺς νόμους κατ' ἐπιταγὴν τοῦ αἰωνίου θεοῦ, τὸν [e]ἐπὶ τῶν προφητῶν ὁμιλήσαντα τοῖς πα-

1) Es. 42, 8. 2) Ioan. 1, 3. 3) Matth. 11, 27. 4) Ioan. 3, 35.

a. Vales. comma hoc sic dedit: *δεδοξασμένον ὑ. τοῦ πατρὸς δ. α.* facili errore. Ceterum illud expressum est ad Ioan. 12, 28., ubi multi, quos annotare neglexi, et Marcellus (fr. 96.) legebant *ἐδοξασά σε*; scilicet interpretabantur *τὸ ὄνομά σου* per *υἱόν σου*, eaque interpretatio pro variante exstat. Alterum nititur Ioan. 16, 14. et similibus aliis locis. Inepta sane et praepostera elegantiae nescio cuius captatio; nempe, si sibi constare vult, aliter *ἐδόξασε* Pater, aliter *δοξάζει ἔτι καὶ νῦν* Spiritus S.

b. Sic Valesius. Gregorius habet *υἱὸς θεός*, ubi *ἤ* excidisse potest. Fortasse legendum *υἱὸς θεοῦ*, idque mihi valde placere fateor, praecipue quod Gregorius nihil de *ἤ θεός* queratur, sana quoque et communia interdum vellicans. In textum tamen recipere addubitavi. Ceterum, quod quis orthodoxorum miretur, detestatur hic Eunomius loci illius Phil. 2, 9. *παρερμηνείαν*, quae multis Arianorum placuerat.

c. Val. *νόμοις*.

d. Haec verba si tanquam faculam adhibeas Philostorgii loco 6, 1., quem doctiss. Gothofredus satis infeliciter tentabat, mecum ibi leges: *καὶ γὰρ ἀνόμοιον τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, οὐ μόνον οὐθαμῶς, ἐν οἷς ἐδημηγόρησε δογματίζειν ἐφωράθη, ἀλλά γε καὶ ὅμοιον κατὰ τὰς γραφὰς ἀνακηρύττειν ἐπαῤῥησιάζετο· οὐ μέντοι ὅμοιον κατὰ τὴν οὐσίαν λέγειν τῷ πατρὶ τὸν υἱόν, οὐδὲ ὅμοιον κατὰ πάντα φρονεῖν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς μονογενεῖ θεῷ πρὸς τὸν ἀπαθῶς γεγεννηκότα πατέρα προσήκοντας λόγους.*

Gloriam meam alteri non dabo; qui a Patre glorificatus est ante saecula, qui glorificatur a Patre per saecula et per universam rationalem et creatam substantiam; quem stipat universa caelestis militia; est enim Dominus et Rex gloriae utpote Dei Filius ac Deus; opifex mortalium atque immortalium; opifex spirituum et universae carnis; *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil;* Rex et Dominus vitae omnis ac spiritus eorum, quae per ipsum facta sunt, *Omnia enim ei tradita sunt a Patre* iuxta sanctissimam eius vocem, *et omnia dedit Pater in manu eius,* obediens ad opificium et creationem omnium rerum, obediens ad omnem administrationem; qui non ex obedientia accepit ut esset Filius aut Deus, sed ex eo quod Filius est et quod unicus genitus est, factus est Deus; obediens in operibus, obediens in verbis; mediator in sententiis, mediator in legibus. Hunc Filium Dei et unigenitum Deum agnoscimus, solum similem Patri ob praecipuam similitudinem et propriam significationem, non ut Patrem Patri, neque enim duo sunt patres, non ut Filium Filio, quippe cum non sint duo filii, neque ut ingenitum ingenito, unus enim ingenitus est, Deus scilicet omnipotens, et unus Filius, unigenitus scilicet, sed similem, ut Filium Patri, quippe qui imago sit et sigillum omnis operationis ac virtutis paternae, sigillum omnium operum ac sermonum et consiliorum Patris. Hunc confitemur unum esse eorum, qui terram inundarunt, eum, qui Sodomitas igne exussit, qui Aegyptios supplicio affecit, qui leges tulit iuxta mandatum aeterni Dei, qui tempore Prophetarum loquutus est ad priscos, qui vocavit

p. 154.

p. 155

p. 156.

e. Ad Ioan. 6, 27.

f. Valesius iunxit sequentibus, quibus et facile et apte iungatur, prono sensu, quem versio non exprimit. Cogitabat forte *μακροστίχου* illius formulae Antioch. a. 344. anathematismum hunc: *εἴ τις τὸ ἔβρεξε κύριος πῦρ παρὰ κυρίου μὴ ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἐλαμβάνοι, ἀνάθεμα ἔστω.* Gregorius quomodo intellexerit, non liquet; nisi quis ex istis *εἶτα χαρίζεται αὐτῷ* praeivisse Valesio colligat. Quod si est, perperam uterque. Nempe Patri tribuerat Eunomius *ἐνότητα.* Infra de Spiritu S. statuet: *εἷς δὲ καὶ οὗτος ὤν.* Sic et Filio tribuit *ἐνότητα.* Nec poterat aliter qui *τρεῖς ὑποστάσεις μεμερισμένας* tuebatur, qui Basilium insimulaverat, quod *δύο Χριστούς, δύο κυρίους* statueret, qui denique *μονογενεῖ θεῷ* ea quoque tribuebat, quae post indutam carnem gessit ac passus est, de quo statim plura.

g. Equidem maluerim *διά*; sed parvi interest. Sic autem ex Eunomii sententia intelligendum. Pater quaecunque vult revelari, h. e. quaecunque doceri vult homines aut iuberi aut de futuris moneri, Filio mandat; Filius deinde ea innuit Spiritui S., qui *πνεύματι* (ut infra videbimus) parens denique Prophetarum mentes collustrat, fert, rapit. Porro huc pertinet, quod, ut nostri inspirationem Spiritui S. tribuere solent, Eunomius, Marcellus, Irenaeus praecipue, eam Filio tribuerunt; auctor autem ep. ad Hebr. cum plurimis scriptoribus sacris *τῷ θεῷ.* Tandem ut magis adhuc Eunomii hac quidem de re sententia declaretur, Filio tribuit *ὡς ἀνενδεῶς πάντα λαβόντι παρὰ τοῦ πατρός* plenam omnium omnino rerum, etiam futurarum, Deique adeo Summi cognitionem. In hoc quidem Ario longe melior Eunomius, in illo autem Eutychio idem sentienti suffragatus est vel cum periculo. Ultimum hoc illi fuit mortalium certaminum, quo praeclare edito animam veri sitientissimam efflavit. Conf. Sozom. 7, 27.

p. 157. λαοῖς, τὸν καλέσαντα τοὺς ἀπειθοῦντας, τὸν λαβόντα πᾶσαν τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν, ὁ γὰρ πατὴρ κρίνει οὐδένα, τὴν γὰρ κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ[1]), τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν γενόμενον ἐν σαρκί, γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ἄνθρωπον ἐπὶ ἐλευθερίᾳ καὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν, [a]οὐκ ἀναλαβόντα τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον, τὸν διὰ γλώσσης καὶ στόματος εὐαγγελισάμενον τὴν εἰρήνην τοῖς ἐγγὺς καὶ τοῖς μακράν, τὸν γενόμενον ὑπήκοον μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου[2]), καὶ μὴ ἰδόντα διαφθοράν, ἀλλὰ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν, [b]καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἀνακεφαλαιοσάμενον τοῖς ἑαυτοῦ τὸ μυστήριον, καὶ καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός, τὸν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

p. 161. Καὶ μετὰ τοῦτον πιστεύομεν εἰς τὸν παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸν καθηγητὴν τῆς εὐσεβείας, γενόμενον ὑπὸ τοῦ μόνου θεοῦ διὰ τοῦ μονογενοῦς, καὶ [c]τούτῳ καθάπαξ ὑποτεταγμέ-
p. 164. νον, οὔτε κατὰ τὸν πατέρα οὔτε τῷ πατρὶ συναριθμούμενον, εἷς

1) Ioan. 5, 22. 2) Phil. 2, 8.

a. Contrarium plane dedere Val. et Canisius. At vero Arianorum communis erat sententia, σῶμα tantum, σάρκα assumsisse. Monuerat hoc iam *Grabius* in Spicil. T. 2. p. 226. Sed Epiphanii quidem locus iste, quem adduxit, nimis iciunus est. Dabo alia. T. 1. p. 743 sic ait: ἀρνοῦνται ψυχὴν αὐτὸν ἀνθρωπείαν εἰληφέναι, αὐτὸ τοῦτο κατασκευάζοντες (h. e. ut ostendant Dei Filium non esse φύσει θεόν, quod ex verborum serie arenae instar continente coniicias licet). σάρκα γὰρ ὁμολογοῦσιν ἀληθινὴν ἀπὸ Μαρίας αὐτὸν ἐσχηκότα καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, χωρὶς ψυχῆς, ἵνα ὅταν ἀκούσῃς περὶ πείνης ἢ δίψης ἢ καμάτου ἢ ὁδοιπορίας ἢ ἱδρῶτος ἢ ὕπνου ἢ ἐμβριμήσεως, καὶ εἴπῃς ὅτι διὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τούτων ἐπεδέετο, λέξωσί σοι ὕστερον ὅτι σὰρξ καθ' ἑαυτὴν ταῦτα οὐκ ἐνεργεῖ, ἐὰν μὴ ἔχῃ τὴν ψυχήν· καὶ γὰρ τῷ μὲν ὄντι οὕτως ἐστί. τί οὖν ἐστι, φασί, ἀλλ' ὅτι ἡ θεότης αὐτῶν ἐπεδέετο, ἵνα ὅτε εἴπωσι τὴν θεότητα αὐτοῦ ἐπιδεομένην, ξένον αὐτὸν ἀποφανῶσιν, καὶ ἀλλότριον τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας τε καὶ φύσεως ἀληθινῆς; Et T. 2. p. 38.: Λουκιανὸς γὰρ καὶ πάντες Λουκιανισταὶ ἀρνοῦνται τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ ψυχὴν εἰληφέναι, σάρκα μὲν μόνον φασὶν ἐσχηκέναι, ἵνα δῆθεν προσάψωσι τῷ θεῷ λόγῳ ἀνθρώπινον πάθος. Atque in hoc quidem alias ob causas fidem habeo levissimo illi pravitatis haereticae inquisitori. Porro pertinet huc locus *Eustathii Antioch.* (ap. Fabric. B. G. VIII. p. 188): διὰ τί δὲ περὶ πολλοῦ ποιοῦνται δεικνύναι, τὸν Χριστὸν ἄψυχον ἀνειληφέναι σῶμα, γεώδεις πλάττοντες ἀπάτας; ἵνα εἰ δυνηθεῖεν ὑποφθεῖραί τινας ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὁρίζεσθαι, τηνικαῦτα τὰς τῶν παθῶν ἀλλοιώσεις τῷ θείῳ περιάψαντες πνεύματι (Marcellum te legere putes), ῥᾳδίως ἀναπείσωσιν αὐτούς, ὡς οὐκ ἔστι τὸ τρεπτὸν ἐκ τῆς ἀτρέπτου φύσεως γεννηθέν. An forte et in hoc Arium deseruit ducem Eunomius? Gregorium nostrum audi: ἀλλ' ἐκεῖνο χρὴ προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις, ὅπερ κρηπῖδά τινα ποιοῦνται τῆς ἀσεβείας ἐν τῷ περὶ τῆς οἰκονομίας λόγῳ, οὐχ ὅλον ἄνθρωπον παρ' αὐτοῦ σεσῶσθαι διοριζόμενοι, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ἡμίτομον, τὸ σῶμα λέγω (ista quidem iniuria est; absit ut cuiquam eorum venerit in mentem)· ὁ δὲ σκοπὸς ἔστιν αὐτοῖς.. τὸ δεῖξαι τὰς ταπεινοτέρας φωνάς, ἃς ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου ποιεῖται ὁ κύριος, παρ' αὐτῆς τῆς θεότητος γεγενῆσθαι δοκεῖν, ἵνα διὰ τούτων ἰσχυροτέρων ἀποδείξωσι τὴν βλασφημίαν δι' αὐτῆς τῆς τοῦ κυρίου ὁμολογίας κρατυνομένην. Haec generatim praefatus Eunomii verba subiungit, ut edidi, eamque sententiam fusius diluit. Ceterum quod tam multa Dei Filio unice tribuit et tanquam propria, quae alii tribuere non solebant, praevidit in hoc reliquis Arianis, qui ad sarciendum, ut vi-

eos, qui parere recusabant, qui omnem iudicandi potestatem accepit, p. 151.
Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, qui in ultimis diebus factus est in carne, factus ex muliere, factus est homo ad liberationem et salutem generis nostri, qui hominem ex anima constantem et corpore adsumpsit, qui ore et lingua annuntiavit pacem vicinis simul ac remotis, qui factus est obediens usque ad crucem et ad mortem, et qui non vidit corruptionem, sed resurrexit tertia die, et post resurrectionem discipulis suis per compendium exposuit mysterium, qui sedet ad dexteram Patris, qui venturus est ut vives iudicet ac mortuos.

4. Post hunc credimus in Paracletum, Spiritum veritatis, doctorem pietatis, qui factus est ab Unigenito et illi simul subiectus, nec post Patrem nec cum Patre connumeratus, unus enim ac solus Pater p. 164.

detur, divinitatis verae damnum eo plura, quae gesserit, undique conquirere et magnificis verbis adsequare voluere. Patet hoc ex plurimis Symbolis, quae per eam tempestatem ab Arianis sunt condita. Sic primi non invidiae Apollinari faciendae causa (nam id quidem temporum ratio refellit), sed alio consilio *τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν καὶ τῶν ἐκεῖσε οἰκονομίαν* Ariminensi Symbolo inferserunt. Huic subscribere nolunt Eunomius, quum quod Filium *θεὸν ἐκ θεοῦ* praedicaret ac *ὅμοιον τῷ πατρὶ κατὰ πάντα* et *οὐσίας* nomine uti vetaret, tum et huius opinionis causa, ut mihi quidem est verisimile. Nuspiam certe in eius scriptis vel levissimam mentionem fieri memini. Nec vero Athanasiani *καταβάσει* illi, etsi aliquoties repetitae, nec ab ipsis impugnatae, in ullo celebriorum suorum Symbolorum locum fecerunt; tantum abest, ut sanctissimam illam *fidei traditionem* istiusmodi opinione passi sint contaminari. Factum id tum demum, quum ne legere quidem Graeca scirent Theologi.

b. Vertit Valesius *per compendium exposuit mysterium*; non male, ut fuit Vir in hisce doctissimus ac providus, quamquam nullo hic iam quidem silentio opus est, quale Eunomii aetate servabatur dicentibus *τὰ ἔκφορα* tantum. Equidem magis speriam velum, veritamque *iterum mandavit mysterium*. In fine huius articuli omisit *ὑποταγήν* futuram illam, quae Marcellum adeo turbaverat ac de statu deiecerat. Catum in hoc dixerim. Nam quae Apol. 1. c. 27 effuderat, *βασιλεύσεται εἰς τοὺς αἰῶνας τότε ὑποταγήσεσθαι*, non magis sibi constant, quam Marcelli somnia. Quodsi a primis inde adolescentiae initiis *ὑπήκοος* fuit, si adhuc *ὑπήκοος* est, quid futura quandoque *ὑποταγῇ* opus est amplius? Catus, inquam, et levis effugit ictum et cum ictu vulnus.

c. Vales. *τοῦ*, operarum errore, nam vertit *illi*. Repetierunt tamen alii. Gregorius legit *καὶ τοῦτο* et sic interpretatur. Igitur iam tum librarius aberraverat. Verum id quidem nostra parum refert, *τούτῳ* legas an *τούτοις*. Sed de *ὑποτάξει*, quam brevissime potero dicendum. Ac Basilius quidem et uterque Gregorius se intelligere dissimulant, ut disputatores solent, quid *ὑπαρίθμησις*, *συναρίθμησις*, *ὑπόταξις* et *σύνταξις* toties ingesta velint, eaque saepius exagitant; Eunomius autem ipse more suo levissimum hoc argumentum, sed simplicioribus valde aptum, nusquam quod equidem sciam exposuit, iecit tantum si forte impraevisum magis vulneret. Videamus agedum. Orthodoxi prudentiores etsi tribus *ὁμοουσίαν* tribuebant, *τάξιν* tamen eorum quandam, ne perent unitas, concedebant, intisimumque putabant eam sequi, quae baptismi formula nitatur. Iam quum Asiani et inter hos Eunomius minorem Patre Filium, Filio Paracletum, ut qui ab eo mittatur, credevent, in eadem illa formula vestigia se quaedam deprehendere sibi videbantur, quibus sua sententia insistet: *Patri Filium ibi, Filio Spiritum S. subiici* (ambigue; deius an virtus, quis in hoste requirat?), *sic iterato ipsius Servatoris testimonio in re tam gravi etc. suam sententiam confir-*

p. 164. γάρ ἐστι καὶ μόνος πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός, οὔτε τῷ υἱῷ συνεξισούμενον, μονογενὴς γάρ ἐστιν ὁ υἱὸς οὐδένα ἔχων ἀδελφὸν ὁμογενῆ, οὔτε μὴν ἄλλῳ τινὶ συντασσόμενον, ἁπάντων γὰρ ἀναβέβηκε τῶν διὰ τοῦ υἱοῦ γενομένων ποιημάτων γενέσει καὶ φύσει καὶ δόξῃ καὶ γνώσει, ὡς πρῶτον ἔργον καὶ κράτιστον τοῦ μονογενοῦς μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον· εἷς δὲ καὶ οὗτος ὢν καὶ πρῶτος καὶ μόνος, καὶ πάντων προὔχων τῶν τοῦ υἱοῦ ποιημάτων κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φυσικὴν ἀξίαν· πᾶσαν ἐνέργειαν καὶ διδασκαλίαν ἐξανύων κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ υἱῷ, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνων καὶ ἀπαγγέλλων τοῖς παιδευομένοις καὶ τῆς ἀληθείας καθηγούμενος, ἁγιάζων τοὺς ἁγίους, μυσταγω-
p. 166. γῶν τοὺς προσιόντας τῷ μυστηρίῳ, διανέμων πᾶσαν δωρεὰν τῷ [b]νεύματι τοῦ διδόντος τὴν χάριν, συνεργῶν τοῖς πιστοῖς πρὸς κατανόησιν καὶ θεωρίαν τῶν διατεταγμένων, [c]ὑπηχῶν εὐχομένοις, ὁδηγῶν πρὸς τὸ συμφέρον, κρατύνων πρὸς εὐσέβειαν, φωτίζων τὰς ψυχὰς τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως, καθαίρων τοὺς λογισμούς, δαίμονας ἀπείργων καὶ νοσοῦντας θεραπεύων, [d]ἀῤῥωστοῦντας ἰώμενος, πλανωμένους ἐπιστρέφων, θλιβομένους παρακαλῶν, ὀκλάζοντας ἀνορθῶν, πονοῦντας ἀνακτώμενος, τοῖς ἀγωνιζομένοις ὑποφωνῶν, δειλανδροῦντας θαρσύνων, ἁπάντων [e]κηδόμενος καὶ πᾶσαν φροντίδα καὶ πρόνοιαν εἰσφερόμενος εἰς προσαγωγὴν τῶν εὐνουστέρων καὶ φυλακὴν τῶν πιστοτέρων.

p. 168. Πιστεύομεν ἐπὶ τούτοις εἰς τὴν γενησομένην ἀνάστασιν διὰ τοῦ σωτῆρος αὐτῶν τῶν διαλυθέντων σωμάτων μετὰ τῶν οἰκείων

mari. Ut si v. c. S. P. Q. R. legas, aut *videant Consules, Praetores* etc., aurem tibi vellicet ipse nominum ordo, ut intelligas meius esse Consulis quam Praetoris imperium. Valent sane eiusmodi vehementer ad imperitae plebis animos commovendos; ipsi caussae per se nihil aut prodesse aut nocere posse quilibet aequus ac doctus sentit, eamque ob caussam nec ipse Eunomius multum istis tribuisse videtur, minus certe quam Aristotelis categoriis ac Aëtii sui aphorismis. Nam in Apol. I. cap. 25. sic fere de Paracleto (nam et ibi sic vocat) *οὐ ταῖς τῶν πολλῶν*, sit, *ἀκολουθήσω δόξαις, τὴν δὲ τῶν ἁγίων ἐν ἅπασι φυλάξω διδασκαλίαν, παρ' ὧν τρίτον αὐτὸν ἀξιώματι καὶ τάξει μαθὼν τρίτον καὶ τῇ φύσει πεπίστευκα*; paullo luculentius tamen est, quod paucis interiectis sit: *οὐ γὰρ ἂν ὑπηρισθμήθη τούτῳ ὡς ἰδίαν ἔχον ὑπόστασιν, ἀρκούσης καὶ πρὸ τούτων τῆς τοῦ σωτῆρος φωνῆς* Ioan. 16, 7. 16. Ac sane nudarunt ipsum pectus, iugulum porrexerunt omnes ii, qui aiut fiterentur, hanc *τάξιν* non minus, quam *γέννησιν, πνεῦσιν, ἐκπόρευσιν*, latere nos penitus ac mentis humanae captum superare, eamque ob caussam scrutari ea vetarent, id sibi nihilominus sumebant, ut non intellecta definirent, metaphysicorum veterum more an vetere, suasque definitiones tanquam privilegium irrogarent. Sequebantur Ariani, eadem illa aliter definientes, nemo tamen arrogantius Aëtio et Eunomio. Nam quum Arius, Eusebius rel. suae memores imbecillitatis *ἄγνωστον* fiterentur Deum, illi contra sibi aeque notum esse somniabantur vigilantes ac sibi sint ipsi. Hinc Philostorgius, Eunomii admirator, et Arium et Eusebium 1, 2. reprehendit, quod Deum *ἄγνωστον καὶ ἀκατάληπτον* dixerint. Sed illa ipsa arrogantia etsi omnium indignationem mereatur, quum tamen sibi constent, ac quae nosse se putant definiant, magis excusatione digna est, quam reliquorum omnium inconstantia. Sed satis de hoc qui Arianorum plebem delusit fatuo igne. Quae statim apud nostrum

est super omnia, nec Filio coaequatus, unicus enim est Filius, nullum p. 165.
fratrem habens simul genitum, nec tamen cum ulla alia re comparatus, omnia enim quae per Filium facta sunt opera transcendit generatione ac natura et gloria et cognitione, quippe qui primum sit ac praestantissimum et maximum ac pulcerrimum opus Unigeniti; qui cum unus ac solus sit etiam ipse, primusque et excellentissimus omnium Filii opificiorum, ob substantiam et naturae dignitatem operationem omnem ac doctrinam perficit ex arbitrio Filii, missus ab illo et ab eodem accipiens, et renuntians iis, qui instituuntur, docens veritatem; sanctos sanctificans; deducens eos, qui ad Sacramentum ac- p. 166.
cedunt; dividens spiritui omne donum eius, qui dat gratiam; qui cooperatur fidelibus ad intelligentiam et contemplationem eorum, quae mandata sunt; qui orantibus subsonat; qui ad id, quod utile est, praeit viam; qui ad pietatem corroborat; qui animas luce cognitionis illustrat; qui purgat cogitationes; qui Daemones abigit, aegros curat, sanat languidos; qui errantes reducit in viam, solatur contritos, titubantes erigit, reficit laborantes; qui pugnantibus subclamat, timidis addit animos; curator universorum, qui curam omnem ac sollicitudinem adhibet, ut benevolos promoveat et fideliores quosque custodiat.

5. Posthaec credimus in eam quae per Servatorem futura est p. 168.
resurrectionem corporum, horum scilicet ipsorum, quae dissoluta sunt,

sequuntur, *οὔτε κατὰ τὸν πατέρα οὔτε τῷ πατρὶ συναριθμούμενον*, idem fere volunt quod Horatii illa: *cui nihil viget simile aut secundum, proximos tamen ...* [Od. I, 12, 18].

a. Duo haec verba omisit Val.

b. Omnes dedere *πνεύματι*. Gregorius plane non habet. Emendationem meam firmant proxima *κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ υἱῷ*, et multo magis quod Apol. I. c. 20. similiter de Filio ac Patre statuit: *πολὺ διενήνοχεν ὁ δημιουργῶν ἐξουσίᾳ* (qualis Pater est) *τοῦ νεύματι πατρικῷ ποιοῦντος, καὶ μηδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν ὁμολογοῦντος*. Ex his porro patescunt, quae supra pag. 623 g. de revelationis modo finxisse putari poteram. Tandem ad haec Philostorg. 6. 2. facile emendatur et intelligitur (*ἀναισθέστερον* ibi Photii sententiam dicentis est): *τόν τε γὰρ Ἰωσὴφ μετὰ τὴν ἄφραστον κυοφορίαν συνάπτειν οὐ πεφρίκασι τῇ παρθένῳ* (exclamare hic libeat) *καὶ τὸν υἱὸν τοῦ πατρὸς δοῦλον καὶ ὑπηρέτην, καὶ δὴ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ οὐ φοβερὸν ἡγοῦντο λέγειν*. Nempe *τοῦ υἱοῦ* pendet a remotioribus *δοῦλον καὶ ὑπερέτην*, non a proxime praecedente *πνεῦμα*, et *οὐ φοβερὸν ἡγοῦντο* idem fere est (mains dicam an minus dubito) quod *οὐ πεφρίκασι*. Non adduxissem haec ex illa epitome, quae saepe foeneratur magis lucem, quam foeneret, nisi ad reliqua Eunomianorum blasphema illud quoque accessisse testimonium praeberet idoneum.

c. Respicit Rom. 8, 26. Non monuissem nisi Gregorius hic iucunde ignorantiam simulasset. Minus apte positum fortasse putabat, qualia multa in Eunomio offendas. Sic tamen *ὑπηχεῖν* Philo saepissime adhibuit, a quo multa mutuatus est Eunomius. Sic de Somniis p. 1142. *ὑπηχεῖ δέ μοι πάλιν τὸ εἰωθὸς ἀφανῶς ἐνομιλεῖν πνεῦμα ἀόρατον*.

d. Val. *τοὺς νοσοῦντας*. Ceterum illud, quod paullo ante dicit, *δαίμονας ἀπείρονων*, lucem aliquam debet Philostorgio 7, 10., ubi Posidonius (Medicus ille fortassis, quem Galenus laudat) reprehenditur, quod dixerit homines non daemonum vi *ἐκβακχεύεσθαι*, sed humorum quorundam cacochymiam hunc affectum operari; nullam quippe daemonum vim esse, quae naturam hominum damno afficiat.

e. Val. *κηδεμόνα ... εἰσφερόμενον*.

p. 168. καὶ μερῶν καὶ μορίων, οὐδενὸς ἐλλείποντος οὔτε ἐνηλλαγμένου τῶν τὸ ἑκάστου σῶμα συμπληρούντων κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἔτι μὴν καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις κρίσιν τῶν [a]ἐπικαίρως δοξαζομένων ἢ βεβιωμένων καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν γενομένων ἔργων καὶ λόγων καὶ ἐνεργειῶν, πράξεων, ἐνθυμημάτων, νοημάτων, μηδενὸς τὸ παράπαν λανθάνοντος τῶν μεγίστων ἢ τῶν ἐλαχίστων, μηδενὸς περιορωμένου τῶν ἐνθέσμως ἢ παρανόμως εἰργασμένων ἢ πεπραγμένων, τῆς συμμέτρου καὶ δικαίας ἐπιμετρουμένης δίκης, καὶ τοὺς μὲν εἰς τέλος ἀσεβήσαντας ἢ ἁμαρτήσαντας πρὸς τὴν ἀτελεύτητον κόλασιν παραπεμπούσης, τοὺς δὲ ὁσίως καὶ δικαίως βιώσαντας πρὸς τὴν αἰωνίαν ζωὴν ἀναφερούσης.

Ταῦτα καὶ φρονοῦμεν παρὰ [b]τῶν ἁγίων μαθόντες καὶ φρο-
p. 169. νοῦντες πιστεύομεν, οὐδὲν ὑπ' αἰσχύνης ἢ δέους παρέντες ὧν ἐμάθομεν, οὔτε μὴν [c]ἐπ' αἰσχύνης ἢ φιλονεικίας προστιθέντες πλεῖον ἢ διαστρέφοντες, οὐδὲ συνειδότες οὐδὲν ἀπηχὲς ἢ δύσφημον, ὁποῖα πλάττουσι καθ' ἡμῶν οἱ συκοφαντοῦντες ἢ διαβάλλοντες, [d]ὧν τὸ κρῖμα ἔνδικόν ἐστιν [1]).

1) Rom. 3, 8.

a. Insolitum adverbium.

b. Ne quis forte γραφῶν excidisse putet; ubique sic Eunomius loquitur. Non tamen cum Gregorio hinc colligam, quod adducto illo Apol. 2. fr. 15. addit: ἀκόλουθον δ' ἂν εἴη ἁγίους αὐτὸν καὶ μακαρίους ἄνδρας οἴεσθαι λέγειν Μανιχαῖον, Νικόλαον, Ἀκόλουθον, Ἄετιον, Ἄρειον καὶ πάντας τοὺς τοῦ αὐτοῦ χοροῦ, οἷς ἀκολουθῶν ταῦτα νομοθετεῖ; certe non in omnibus sequutus est, nec solos; sequi etiam se putabat, ut Iustinum Mart., Clementem Alex., alios omittam, Paulum, ipsum Servatorem. Omnium autem maxime, quod non putabat, sequutus est Aëtium et Aristotelem.

c. Valesius vertit *per impudentiam*, quod non capio. Mihi quidem, nam in Eunomio divinatione saepe opus est, ἐπ' αἰσχύνης dixisse videtur vel ut ἐπ' ἀληθείας, itaque foret *cum pudore, ita ut nos ipsos suppudeat*, vel αἰσχύνης activo sensu repetiit, ut sit *ut alios pudefaciamus*. Mire autem delectabatur eiusmodi

una cum propriis membris ac partibus, nullo deficiente aut immutato p. 168.
ex iis, quae uniuscuiusque corpus componebant dum viveret. Praeterea credimus iudicium, quod postea fiet, eorum, quae male cogitata atque acta fuerint in vita, et omnium pariter operum ac verborum et actuum, cogitationum ac sensuum, qui fuerint in hac vita, ita ut nihil omnino lateat, nec maximum quidquam nec minimum, nihil negligatur ex iis, quae illegitime aut iniuste gesta sunt ac perpetrata, sed iusta et aequa merces rependatur, et ii quidem, qui usque ad exitum vitae impie se gesserint aut peccaverint, sempiterno tradantur supplicio, ii vero, qui iuste ac pie vixerint, ad aeternam vitam perducantur.

6. Haec sentimus prout a Sanctis accepimus, et sentientes credimus, nihil eorum, quae accepimus, prae pudore aut prae metu p. 169.
omittentes, sed neque per impudentiam aut pervicaciam aliquid amplius addentes aut pervertentes, nec nobis consii ullius impietatis ac blasphemiae, cuiusmodi adversus nos confingunt calumniatores, *quorum iusta est condemnatio.*

fallacia vocis bis paucis interpositis positae nunc hoc nunc illud ostendentis et quasi *ἀντιστρεφομένης*, ut supra p. 618. not. b. p. 622. not. a.

d. Mihi quidem et hic, et multo magis quum supra legerem *τῶν ἐπιχαιρῶς δοξαζομένων*, in memoriam revocabantur Vigilii Tapsi illa: *εἴ τις θέλει σωθῆναι* etc., et frigidus ille, sed acerbissimus Gregorii Naz. iocus, or. in S. baptism. [pag. 727 A.]: *εἰ δὲ αἰτίας ἕξει*, sic initiandum alloquitur, *καὶ μὴ καταδέχῃ τὸ τέλειον τῆς θεότητος, ζήνει τὸν βαπτισθέντα ἢ καταβαπτιστήν· ἐμοὶ δὲ οὐ σχολὴ τέμνειν θεότητα καὶ νεκρόν σε ποιεῖν ἐν καιρῷ τῆς ἀναγεννήσεως.* Si respexit ad Phil. 3, 2., pugnantia secum composuit; si Isocratis *καταφρονητικὰς* imitatus est, elegantiae captandae causa iniurius est. Sed mire sibi in sanctissimis illis ludens istis placuit, ut latius persequeretur in fine ex ad Arianos [p. 615]. Haud paullo horridior Eunomius idem sensit, ac tristem sententiam dixit in Apologia prima. Legat ibi qui velit ad finem cap. 27. Adeo vere de se suaeque aetatis theologis iudicavit Gregorius Naz. in Apol. [p. 50 D]: *πάντες ἐσμὲν εὐσεβεῖς ἐξ ἑνὸς μόνου, τοῦ καταγινώσκειν ἀλλήλων ἀσέβειαν.*

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ.

---

p. 99. Καὶ πρὶν κομίζεσθαι τὰ παρὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν γράμματα, περιήγγειλεν εἰς ἡμᾶς ἡ φήμη καὶ τὸ τῆς πίστεως ὑμῶν ἀκραιφνὲς καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους παρατεταμένον καὶ πρὸς τὰ παθή-
p. 100. ματα τὰ ὑπὲρ Χριστοῦ καρτερικὸν καὶ τῆς εἰς Θεὸν [b]ἀγάπης καὶ τὸ τῆς μελλούσης ἐλπίδος ἐν ὑμῖν βέβαιον. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς γράμμασι τῆς εὐλαβείας ὑμῶν ἐντετυχήκαμεν, εἴδομεν ὄντως Ἐκκλησίας ἀποστολικῆς χαρακτῆρα καὶ ποιμένων ἀγαθῶν ζῆλον καὶ σπουδὴν ἄσκνον ἀληθινοῖς Χριστιανοῖς πρέπουσαν. τὸ γὰρ μήτε τῆς ὁδοῦ μῆκος ὑπολογίσασθαι μήτε διεσπασμένως τὰς πεύσεις προσαγαγεῖν, ἀλλὰ κοινῇ διὰ τῶν γραμμάτων ποιήσασθαι τὴν ἐρώτησιν, λίαν ἡμᾶς εὐέλπιδας πεποίηκεν, ὅτι συμφώνως ἐπιστείλαντες συμφώνως καὶ τὰς ἀποκρίσεις παρ' ἡμῶν [a]δέξασθε, καὶ οἷόν τι προοίμιον τῆς τελειοτέρας ὁμονοίας τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὑμῶν ὁμόνοιαν ἐδεξάμεθα. καὶ δι' εὐχῆς μὲν ἦν ἡμῖν καὶ τὸν θαυμασιώτατον καὶ μετὰ πάσης αἰδοῦς ὀνομαζόμενον ἐπίσκοπον Βασίλειον καὶ παρόντα δέξασθαι τῇ συνόδῳ καὶ κοινωνὸν μᾶλλον δὲ ἔξαρχον τῶν πρὸς ὑμᾶς [d]γραμμάτων ἔχειν, ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνον ἀρρωστία σώματος ὑπερβάλλουσα πρὸς τὴν ἄφιξιν διεκώλυσεν, τελείας μέν ἐστιν ἀγάπης ὑμῶν μήτε τὰ τῆς ἡμετέρας βραχύτητος παριδεῖν γράμματα. οὐ μέντοι τὴν ἁγίαν ὑμῶν ἐκκλησίαν ἄμοιρον καὶ τῆς ἐκείνου φωνῆς περιείδομεν, ἀλλ' ἔχοντες αὐτοῦ [e]σύγγραμμα περὶ ταύτης ἰδικῶς αὐτῷ τῆς ὑποθέσεως πεπονημένον κἀκεῖνον διὰ τοῦ γράμματος ἔχομεν ἡμῖν συμφθεγγόμενον.

p. 101. Τίς οὖν ἡ πρὸς τὴν πεῦσιν ἀπόκρισις; τὴν ἁγίαν σύνοδον τῶν πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον ὄντως καθολικὴν καὶ ἀπο-

a. Al. *Ἀμφιλοχίῳ Βασίλειος.* Insignis ista epistola non potest esse Basilii, ut legenti patebit, sed est synodica Amphilochii, qua meo quidem iudicio respondet synodicae Episcoporum alterius provinciae, qui circa Macedonii haeresim de Spirito

AMPHILOCHII

EPISCOPI ICONII.

1. Antequam literae a caritate vestra missae afferrentur, frequens p. 99.
fama ad nos perduxerat vestram in fide sinceritatem et ad pericula
constantiam nec non ad patiendum pro Christo fortitudinem, caritatis
in Deum *ardorem*, denique erga futura spei firmitatem. Postquam au- p. 100.
tem literas quoque pietatis vestrae accepimus, agnovimus revera Ec-
clesiae apostolicae characterem, bonorum pastorum zelum, et impigrum
studium, quod veros Christianos deceat. Nam quod nec viae longitu-
dinem reputaveritis, nec separatim detuleritis quaestiones, sed com-
muniter per literas interrogaveritis, id nos bona spe replevit, futurum
ut qui una voce scripsistis, unanimi etiam consensu responsionem
nostram sitis recepturi, ac velut exordium perfectioris concordiae ve-
stram in literis consensionem suscepimus. Et optabamus quidem
maxime admirandum omnique cum reverentia nominandum Episcopum
Basilium praesentem excipere in nostra synodo et socium seu potius
principem habere in dandis ad vos literis; verum quia gravis eum
morbus detinuit ne adveniret, vestrae est perfectae dilectionis nostrae
mediocritatis epistolam nequaquam despicere. Neque vero sanctam ve-
stram Ecclesiam passi sumus illius voce carere, sed habentes librum
ipsius, quem de hoc peculiariter argumento elaboravit, ipsum pariter
nobiscum in scripto loquentem obtinemus.

2. Quodnam igitur est ad interrogationem responsum? Sanctum p. 101.
Concilium Nicaenorum Patrum pro vere catholico et apostolico Concilio

sancto fluctuabant et dissentiebant. Doctrina autem tota est Amphilochiana, Basiliana, Gregoriana.

b. Videtur deesse aliquid.

c. Al. *δέξεσθε*.

d. Al. *πραγμάταν*.

e. Librum de Spiritu sancto.

p. 101. στολικὴν γνωρίζομεν, καὶ πίστιν τὴν ἐκτεθεῖσαν ὑπὸ τῶν πατέρων τηνικαῦτα φυλάττομεν [a]ἀκίνητον, καὶ πρὸς τὸ διηνεκὲς ἀσπάρακτον μένειν [b]εὔχομαι. γέγονε δὲ τότε τοῖς πατράσιν ἀναγκαιότερον πλατύτερον ἐξηγήσασθαι περὶ τῆς δόξης τοῦ μονογενοῦς, ἐπειδὴ τότε νεωστὶ φυομένην τὴν αἵρεσιν τοῦ Ἀρείου διὰ σπουδῆς ἔσχον ἐκκόψαι, τὰ πρῶτα αὐτῆς προαναιροῦντες σπέρματα πρὶν τελέως ἐκπραχυνθῆναι τὴν ἄκανθαν. σεσιγημένου δὲ τηνικαῦτα τοῦ κατὰ τὸ πνεῦμα ζητήματος διὰ τοῦτο πλατύτερον μὲν οὐδὲν προσέθεσαν. τοῖς μέντοι γε συνετῶς ἀναγινώσκουσιν αὐτάρκης καὶ ἡ περὶ τοῦ πνεύματος ἐν ἐκείνῃ τῇ πίστει διδασκαλία. ὥσπερ [c]εἰς πατέρα καὶ υἱὸν πιστεύειν, οὕτω καὶ εἰς τὸ πνεῦμα πιστεύειν ἐδογμάτισαν, μήτε ἑτέραν τινὰ φύσιν ἐπεισάγοντες τῇ θείᾳ καὶ μακαρίᾳ τριάδι, μήτε τι τῶν ἐκ τῆς τριάδος ἀποτέμνοντες εἰς τὴν τῆς πίστεως ἔκθεσιν. ἐπεὶ δὲ πρόσφατον ὁ σατανᾶς διασαλεύειν τὰς ἐκκλησίας ἐπιχειρῶν ἐνέβαλέ τισι περὶ τοῦ πνεύματος διαστασμόν, ἀναγκαῖον ἐπὶ τὴν πηγὴν ἀνατρέχειν τῆς πίστεως, ἐξ ἧς καὶ οἱ κατὰ Νίκαιαν πατέρες ἀναρυσάμενοι τὴν ἔκθεσιν τῆς πίστεως ἐπαίνησαν.

p. 102. Τίς οὖν ἡμῶν ἡ τῆς πίστεως τελειότης; ἡ τοῦ κυρίου παράδοσις, ἣν μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς ἐνετείλατο, προστάξας· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος[1]). δῆλον ὅτι τὴν ἐντολὴν ἐδεξάμεθα οὐ μόνον εἰς τὸ βαπτίζειν οὕτως, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ μαθητεύειν οὕτως. ὡς διὰ ταύτης τῆς ἐντολῆς καὶ τὴν Σαβελλίου νόσον ἀποκλεισθῆναι, τῶν τριῶν ὑποστάσεων καθαρῶν ἡμῖν παραδοθεισῶν, καὶ τῶν Ἀνομοίων καὶ τῶν Ἀρειανῶν καὶ τῶν Πνευματομάχων [d]ἐμφραγῆναι τὰ στόματα, τῶν μὲν προσώπων καὶ τῶν ὑποστάσεων τριῶν δηλουμένων, τῆς δὲ φύσεως καὶ τῆς θεότητος μιᾶς δμολογηθείσης. ἀνάγκη τοίνυν οὕτως ἡμᾶς βαπτίζειν ὡς ἐδιδάχθημεν, καὶ οὕτω πιστεύειν ὡς ἐβαπτίσθημεν, καὶ οὕτω δοξάζειν ὡς ἐπιστεύσαμεν. πολλὰ γὰρ τῇ διανοίᾳ περισκοπεῦντες καὶ πανταχοῦ στρεφόντες τοῖς λογισμοῖς οὐδὲν ἐπινοῆσαι δυνάμεθα μεταξὺ τοῦ κτίσαντος καὶ τῆς κτίσεως, ὥστε εἰ τῆς θεότητος τὸ πνεῦμα χωρίζομεν, [e]ἀνάγκης μετὰ τῶν κτισμάτων αὐτὸ καταριθμεῖν. εἰ δὲ κτίσμα τολμήσομεν εἰπεῖν, πῶς δυνατὸν ἐν τῷ βαπτίσματι μιχθῆναι; τὴν πολυθεΐαν οὕτως ὡς καὶ τὴν ἀθεΐαν καλίζομεν, καὶ οὔτε τρεῖς ἀρ-

p. 103. χὰς οὔτε τρεῖς θεοὺς οὔτε τρεῖς διαφόρους καταγγέλλομεν φύσεις, ἀλλὰ ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸν πατέρα γινώσκοντες οὔτε τινὰ τῶν

1) Matth. 28, 19.

agnoscimus, fidemque esse, quae tunc tempore exposita fuit a Patri- p. 101.
bus, servamus immotam, atque ut in perpetuum maneat inconvulsa exoptamus. Porro fuit tunc Patribus necessarium enarrare fusius de Unigeniti dogmate, quandoquidem Arii haeresim ea tempestate recens exortam excindere nitebantur, prima illius semina statim abolendo, antequam ad summam asperitatem perveniret spina, cumque eo tempore de quaestione circa Spiritum sanctum taceretur. Ideo nihil amplius addiderunt. Verum iis, qui prudenter legerint, sufficiens videbitur doctrina de Spiritu, quae ea in fide continetur. Docuerunt enim, sicut credi debet in Patrem et Filium, ita etiam credendum esse in Spiritum, nec aliam quampiam inducentes in divina beataque Trinitate naturam neque quidquam de Trinitate resecantes in illa fidei expositione. Sed quia nuper Ecclesias concutere aggressus Satanas immisit quibusdam dubitationem de Spiritu, necesse est ut ad fidei fontem recurramus, e quo cum Nicaeae congregati Patres etiam hausissent, fidei expositionem confecerunt.

3. Quaenam ergo est nostrae fidei perfectio? Domini traditio, p. 102.
quam postquam resurrexisset a mortuis mandavit sanctis suis discipulis, praecipiens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Constat accepisse nos mandatum non solum hoc modo baptizandi, verum etiam pari modo docendi, adeo ut per hoc praeceptum tum Sabellii intercludatur morbus per tres hypostases pure nobis traditas, tum Anomoeorum Arianorumque et Pneumatomachorum obturentur ora, tribus quidem personis ac hypostasibus declaratis, una vero natura et divinitate confessa. Quamobrem oportet eo nos modo baptizare, quo edocti sumus, atque eo credere, quo fuimus baptizati, eo autem glorificare, quo credidimus. Multis siquidem mente volutatis et in omnes partes cogitationibus conversi nihil possumus medium advertere creatorem inter et creaturam. Quocirca si a divinitate Spiritum seiunxerimus, necessario illum cum creaturis debemus annumerare. Quod si ausi fuerimus creaturam dicere, qui fieri potest ut in baptismo coniungatur? Eo pacto Deorum multitudinem redarguimus una cum negatione divinitatis, et neque tria principia neque tres Deos neque tres diversas praedicamus naturas, p. 103.
sed Patrem pro universorum principio agnoscentes nullam trium hy-

a. Al. post hanc vocem add. τε καὶ ἀσάλευτον.
b. Fortasse εὐχόμεθα.
c. Al. ins. γάρ.
d. Al. ἀποφραγῆναι.
e. Al. ἀνάγκη.

p. 103. τριῶν ὑποστάσεων ἀθετοῦμεν, καὶ τὸ σεμνὸν τῶν [a]τριῶν γραφῶν καὶ τὰς ἐφ' ἕκαστον μαρτυρίας προσάγοντες.

Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μέτρον ἐπιστολῆς ἐκφεύγει τὸ περὶ τούτων λεπτολογεῖν, καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ἐπιστεύσαμεν ἀρκεσθήσεσθαι τῷ κεφαλαίῳ τῆς ἡμετέρας ἐκθέσεως καὶ τὰ λοιπὰ προσθήσειν οἰκοθεν, δίδου γάρ, φησί, σοφῷ ἀφορμὴν καὶ σοφώτερος ἔσται[1]), καὶ ταῦτα ἀποχρώντως γεγραφέναι νομίζομεν· οἷς ἀρκεῖ βραχεῖαν προσθεῖναι παράκλησιν. παρακαλοῦμεν γὰρ μένειν ὑμᾶς υἱοὺς εἰρήνης, ἵνα πληρώσητε τὴν ἀποστολικὴν ἐντολήν· σύμψυχοι, τὸ ἓν φρονοῦντες[2]), καὶ τῶν παθημάτων τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ κεκοινωνηκότες. μὴ δῶτε τῷ πονηρῷ διαζεῦξαι τὰ καλῶς συνημμένα, μήτε τοῖς λύκοις ἑαυτοὺς εὐαλωτοτέρους ποιήσητε, τῇ διχοστασίᾳ τὰς ἐκείνων βεβαιοῦντες εὐχάς. ἐμάθομεν γὰρ ὅσους ἄθλους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ὑπέστητε. τὰς οὖν ἀπειλὰς καὶ τὰς ἀνάγκας τὰς πεφὰ τῶν ὑπεναντίων νικήσαντες μηδένα δῶτε διαστάσει καιρόν, μήποτε κατὰ βραχὺ παρεισρυόμενον μῖσος ἐὰν σχῇ τόπον, μεγάλους ὑμῖν κρημνοὺς ὑποθήσει. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς δοξολογίαις τὸ
p. 104. πνεῦμα πατρὶ καὶ υἱῷ [b]συνδοξάζειν, καὶ εἰδέναι τοῦτο, ὅτι οἱ τὴν ἀσυγχώρητον ἁμαρτίαν διὰ τῆς εἰς τὸ πνεῦμα βλασφημίας[3]) ἐξαμαρτάνοντες εἰκῇ παραιτοῦνται τὴν πρὸς τοὺς Ἀρειανοὺς κοινωνίαν· μετὰ γὰρ ἐκείνων κατακριθήσονται. εὐχόμεθα δὲ ὑμᾶς ἄτμητον τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ἀφιλονείκως φυλάξαντας εἰρηνικῶς μὲν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι τὸν λειπόμενον διάγειν χρόνον, ἐνδόξως δὲ ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως παραστῆναι τῷ τοῦ Χριστοῦ βήματι.

1) Prov. 9, 9. 2) Phil. 2, 2. 3) Matth. 12, 31.

a. Fortasse θείων. b. Al. ins. χρή.

postasum infitiamur, sacrarum Scripturarum maiestatem ac singulis probandis testimonia proferentes. p. 103.

4. Sed quoniam epistolae modum superat accurata de istis disputatio, credimusque caritatem vestram contentam fore expositionis nostrae summa ac reliqua de se addituram, *Da* enim, inquit, *sapienti occasionem et sapientior erit*, haec sufficienter scripsisse nos arbitramur, quibus satis est adiicere brevem adhortationem. Hortamur namque vos, ut maneatis pacis filii, quo apostolicum mandatum impleatis: *unanimes, id ipsum sentientes*, et communicantes passionibus pro Christo. Nolite illud dare Malo, ut disiungat quae pulcre connexa sunt, neque vos lupis efficiatis captu faciliores per dissensionem illorum vota confirmando. Didicimus quippe quanta certamina pro recta fide sustinueritis. Quocirca minis et aerumnis, quae per adversarios intentabantur, devictis nullam praebete dissidio occasionem, ne forte paullatim illapsum odium, si locum invenerit, magna vobis supponat praecipitia. Sed et oportet in doxologiis Spiritum una cum Patre et Filio glorificare, atque hoc intelligere, quod ii, qui irremissibile peccatum per blasphemiam in Spiritum admittunt, frustra repudiant communionem cum Arianis, quia scilicet cum iis condemnabuntur. Precamur autem et optamus, ut vos corpus Ecclesiae indivisum citra contentionem servantes pacifice quidem in praesenti saeculo reliquum vitae tempus transigatis, gloriose vero in die iudicii assistatis tribunali Christi. p. 104.

INDICES.

I.

INDEX SCRIPTURARUM.

EX GENESI.

I.
1. p. 48. 84. 108.
2. p. 48. 108.
5. p. 314.
19. p. 68.
II.
7. p. 494.
8. p. 312.
III.
8. p. 522.
IV.
1. p. 200.
26. p. 408.
V.
3. p. 492.
24. p. 408.
VI.
8. p. 408.
VII.
11. p. 426.
IX.
12. p. 426.
25. p. 282.
XV.
6 p. 408.
XVIII.
1 sqq. p. 408. 552.
XIX.
24. p. 458.
XXII.
8. p. 94.
XXVII.
18. p. 94.
29. p. 282.
XXVIII.
12. p. 408.
13. p. 120.
16. p. 304.
17. 18. p. 408.
XXXI.
11. p. 120.
13. p. 120.
47. p. 238.
XXXII.
24 sqq. p. 408.
XL.
8. p. 200.
XLVIII.
16. p. 166.

EX EXODO.

II.
2. p. 118. 552.
6. p. 118. 490.
14. p. 118. 490.
15. p. 50.
IV.
1. 2. p. 350.
22. p. 124.
VI.
2. 3. p. 50.
VII.
1. p. 386. 550.
XIV.
20. p. 400.
31. p. 240. 242.
XV.
3. p. 490.
XVI.
18. p. 424.
XVII.
6. p. 240.
XIX.
12. 13. p. 496.
16. p. 350.
18. p. 350.
24. p. 384.
XX.
19. p. 244.
XXIII.
25. p. 340.
XXIV.
1. p. 384.
XXV.
9. p. 192.
30. p. 192.
XXXI.
3. p. 276.
XXXIII.
21. p. 304. 386.
22. p. 390. 386.
23. p. 386.
XXXIV.
34. p. 286.
XXXVII (XXXVIII. LXX.).
7. 8. p. 518.

EX NUMERIS.

XI.
25. 26. p. 302.
XII.
8. p. 550.
XXI.
9. p. 240.
XXII.
22. p. 522.
XXV.
8. p. 8.
XXXVI.
5. p. 200.

EX DEUTERONOMIO.

III.
12 sqq. p. 340.
IV.
24. p. 52. 490.
26. p. 238.
VI.
7. p. 372.

X.
22. p. 554.
XII.
13. 14. p. 304.
XIX.
15. p. 322.
XXXII.
1. p. 238.
8. p. 166.
39. p. 36.

EX LIBRO IOSUAE.
X.
13. p. 68.
XXIV.
27. p. 238.

EX LIBRO IUDICUM.
XIII.
22. p. 352. 410.

EX LIBRO SAMUELIS I.
(Regum I. sec. LXX. et Vulg.)
I.
2. p. 108.
II.
12—17. 22—25. p. 350.
IV.
18. p. 350.
